

NOVUS THESAURUS VETERUM INSCRIPTIONUM

TOMUS QUARTUS.

BAN

NOVUS THESAURUS VETERUM INSCRIPTIONUM

TOMUS QUARTUS.

NOVUS
THESAURUS
VETERUM
INSCRIPTIONUM
IN PRAECIPUIS EARUMDEM COLLECTIONIBUS
HACTENUS PRAETERMISSARUM,
COLLECTORE
LUDOVICO ANTONIO
MURATORIO
SERENISSIMI DUCIS MUTINAE BIBLIOTHECAE PRAEFECTO.
TOMUS QUARTUS.
Cum Indicibus locupletissimis totius Operis ad instar Gruterianæ editionis.



MEDIOLANI, MDCCXLII.

EX ÆDIBUS PALATINIS.
SUPERIORUM FACULTATE.

CELSISSIMO PRINCIPI
JOSEPHO WINCISLAO
DE LICTEINSTEIN,
SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPI

&c. &c. &c.

ECce tamdem Quartum, postremum videlicet Inscriptionum a me collectarum Tomum, Tibi sisto, CELSISSIME PRINCEPS, atque illum Indicibus opportunis instructum, quibus praecipue id genus Opera indigent. Aliena sane a Musarum contubernio, a Literarum studiis tempora nunc fluunt, quando tot intestinis motibus bellicis atque calamitatibus Germania vestra atteritur; atque utinam prae ceteris ditiones Celsitudinis Tuae non senserint, quid militum furor, quid belli licentia possit. Quot etiam aerumnarum minis eamdem ob caussam exposita jam sit Patria mea, nihil est quod memorem. Diffiteri tamen nolo: inter tot rerum perturbationes dejectus stupidusque evasit animus meus, usque adeo ut vix tantum virium receperim ad hoc Opus absolvendum. Verum alia Tibi est, praestantissime Princeps, Virtus, animique constantia; fortem enim, ac tenacem propositi Virum nihil perturbat, eumque impavidum vel ipsius cadentis Orbis ruinae ferirent. Quare justa mihi spes est, nihil obstitura tam turbida tempora, quo minus amore & gratia, qua complecti soles Literas, earumque Cultores, hunc etiam Librum sis excepturus.

Enixis interea precibus Deum O. M. pulso, ut exoptatam ab omnibus, necessariam omnibus Pacem diutius exsulare non sinat. Ubi haec afflictis Populis restituatur, praeter publica commoda & beneficia, quae omnium maxime expetenda sunt, mihi quoque privatum quoddam fortassis obveniet, tuus scilicet in Italiam adventus: quo nihil mihi gratius contingere posset. Nam qui tuam comitatem, atque elegantiam morum, tuamque potissimum eruditionem, & politiorum Artium culturam, longe positus hucusque suspexi, eo majori hilaritate Te praesentem intuens, Virtutibus & praeclaris dotibus tuis coram frui me posse confiderem. Hujusmodi spe recreatus, meum erga Te obsequium numquam interiturum qua debeo veneratione, meique nominis subscriptione confirmo

CELSITUDINIS TUAE

Mutinae Prid. Kal. Apriles, MDCCXLIII.

Humillimus, Addictissimus, & Obsequentissimus Famulus
Ludovicus Antonius Muratorius.

LUDOVICI ANTONII MURATORII PRAEFATIO.

QUarto hoc Tomo absolutam do veterum Inscriptionum Collectionem a me concinnatam. Indices quoque adjeci, non quales optare forsitan aliquis possit, sed quales ego praebere potui; neque enim sat mihi patientiae fuit, ut accuratius illos conficerem, ac pleniores exhiberem. Immo tempus etiam defuit, urgentibus crebris literis amicorum structuram eorumdem atque expeditionem, ne diu differretur Tomi editio. Miratus certe non semel fui, quei Joseph Scaliger, magnus ille Vir, tantum a se impetrasse potuerit, ut ad amplissimum Indicem Gruterianum contexendum complures menses studiis suis eripuerit. Quam improbus sit iste labor, nemo noscat, nisi qui periculum faciat in Opere simili, ac tantae molis. Vel solum ordinare tot nominum millia, distinguere Officia, ac res multiplicis generis, mirum est, quantum temporis exigat, quantum toedii pariat. Equidem ad haec omnia amicorum subsidium implorare coactus fui. Quare Lectorem exoratum volo, si qua heic desideret, aut male consuta, vitiataque offendat, praeter Operarum sphalmata, a quibus cavere nemo sibi potest, me excusatum apud se velit. Ne ipse quidem Scaliger tam defaecatos perfectosque dedit Indices suos, quin opus fuerit Holstenio eosdem in altera editione Anni 1707. ingenti labore expurgare atque reficere. Potissimum vero ab honestis Viris ignoscendum mihi spero, quod non paucas Inscriptiones in hoc Opere dederim repetitas. Nihil facilius, quam in Collectione tam vasta, & dum a tot diversis Libris Marmora excerpuntur, aut ab amicis compluribus mittuntur, eadem monumenta modo in unam, modo in alteram Classem conjicere. Proinde non solum in Gruteriano Thesauro, atque in Fabretti Sylloge, sed & in ipsis Collectionibus longe minoribus eadem Marmora non semel edita animadvertas. Eò autem excusatione dignior ego, quod Operis editionem sub oculis meis procurare mihi non licuit. Dum enim novae in dies supervenirent Inscriptiones, ipsasque continuo ad Mediolanenses Typographos reliquis addendas mitterem, integrum non fuit mihi perspicere, an easdem antea misissem. Sed quod potissimum spem veniae ingerit, illud est, scilicet hujusmodi Inscriptionum repetitionem in nullius incommodum aut fraudem vergere. Indicare autem Lectori, quaenam fuerint bis editae, superfluum duxi. Ex Indice Nominum id unusquisque, dum velit, intelliget.

Quod autem longe ab oculis meis eadem haec editio instituta fuerit, in alterum ego scopulum impegi. Quum enim Inscriptiones identidem ab amicis acciperem, easque sine mora Mediolanum mittere oporteret, quasdam interdum Notas addidi, non pacata consultatione digestas, sed tumultuaria festinatione conceptas. Norunt Eruditi, quantum emolumenti secundae curae ferant, & quam multa corrigere possit, qui sua a Typographis descripta accipiat, antequam proelo tradantur. Hujusmodi beneficiorum expers ego fui. Si quas igitur conjecturas aut interpretationes Lector offendet, quae sibi minime probentur, ne sit asper exactor, aut rigidus castigator, etiam atque etiam rogo. Egomet nonnulla emendavi currens, aut immutavi in Indice errorum subnectendo. Reliqua vero ad examen revocare mihi neque vacavit, neque licuit; adeo nón dicam prostratum, certe a meditatione alienum animum meum calamitates Patriae meae Anno praecipue 1742. effecerunt. Haec autem dum scriberem, redditus est mihi fasciculus Inscriptionum aliquot nondum editarum, quibus post Praefationem istam suus erit locus. Debeo istas singulari humanitati V. Cl. Johannis Gothofredi Richteri, publici in Lipsiensi Academia Professoris, qui sponte easdem mihi obtulit. Ut ille ad me scripsit, istas olim congessit Italus quidam, misitque ad Cl. Goetzium Bibliothecae Senatoriae Praefectum, post cujus obitum ad Illustris Mascovii manus devenere. Veniam isto faciente, easdem praelaudatus Richterus descripsit, atque ex ejus munere nunc ipsis Literaria Respublica fruetur.

E L E N C H U S

T O M I   Q U A R T I.

INDICES UNIVERSI OPERIS

PER CLASSES DISTRIBUTI.

APPENDIX.

1 *Augustæ Vindelicorum ante portam Gymnasii.*

D. · M

VICTORINI

LONGIN EQ. AL II

FL SING CL LATINVS

AEDITVVS SINGVLA

RIVM H F C

Inscriptionem hanc edidit, atque eruditâ Exegesi illustravit laudatus in Præfatione Joh. Gothofredus Richterus V. Cl. Anno 1739.

3 *Neapoli in ædib. Ferdinandi Sanfelicii Patricii Neap. E schedis Illustris Mascovii, misit Richterus.*

AVRELIO SYM

PHORO AVG LIB

(*sic*)
OFICIALI VETERI A MEMO

RIA ET A DIPLOMATIBVS

EXORNATO ORNAMENT

DECVRIONALIBVS

ORDO SPLENDIDISSIM

CIVI

OB AMOREM ET

INSTANTIAM ERGA

PATRIAM

CIVESQVE

Emendatior, quam apud Reinesium pag. 399.

5 *Neapoli in angusto & infrequenti vico post Collegium PP. Soc. Jesu lapis valde exesus ignobili charactere.*

EX IVSSO I. O. M. HELIO

POLITANI AVR. THEODO

RO SACERDOTI FILIO CVRATO

TEMPLI------IENSIVM

AD AMPLIAND---DONIS IO

VEM ET VE----------

ELINCOPHORIO SVO PRO

CVRANTE ACILIO SECVNDO

- - - - - - - - - - - - - - IR - -

MIAS - - - - - - - - - - - -

2 *In vico* Oberhaus *agri Augustæ Vind. Misit Jo. Goth. Richterus.*

D . M

T. FL. PRIMANO PATRI ET

TRAIAN CLEMENTINAE

MATRI ET

T. FL. CLEMENTI FRATRI

MIL. LEG. III. ITALIC

EXACTO COS

QVI VIXIT ANNIS XXIIII

T. FL. MARTIALIS SIBI

ET PARENTIBVS SVIS

VIVVS ⊕ FECIT

4 *Ibid. in eisd. ædib. Misit idem Richterus.*

GAVIAE M. F.

FABIAE RVFINAE

HONESTISS. MATRON. ETRA

(*sic*) (*sic*)
RISSM. FEMIN. M. AVR. PROC

SVMMAR. RAT. VXORI M. GAVI PVTE

OLANI II. VIR. AED. CVR. MVNER. GLA

DIATORI QVADRIDVO ET OMNIBVS

HONORIB. ET MVNERIB PERFVNC

(*sic*) (*)
FILIAE M. GAVI FABI IVSTI SILENDI

DIDISS. EQ. R. AVGVR [illegible]

CVR. MVNER. GLAD. ET OM [illegible]

RIB. ET MVNERIB. PERFVN [illegible]

RESPVBLICA PEQ. SVA OBLAT [illegible]

(*) Pro *Splendidissimi.*

6 *Aquis-verbigenis in columna.*

IMP. CAESARI

DIVI NERVAE

F NERVAE TRA

IANO AVG GERM

PONT MAX TRIB

POT. COS. II. P. P.

DES. III. P. LXXXV.

7 *Ad Capuam veterem.*

(*sic*)
----AS IND. P. REGNATE

DOMNO IVSTINO IMP

EODEM COS.

1 *Isinissæ nunc Isna.*

IMP. CAESAR. L. SEPTIMIVS. SEVERVS. PIVS. PERTINA. AVG
ARABIC. ADIAB. PARTHICVS. MAXIMVS. PONTIFEX. MAX. TRIB. POT. VIIII.
IMP. XII. COS. II. P. P. PROCOS. ET. IMP. CAESAR. M. AVREL. ANTONINVS
PIVS. AVG. TRIB. POT. IIII. PROCOS. F. VIAS. ET PONTES RESTI
A CAMB. M. P. XI.

2 *Noviduni in fragmento lapidis.*

ANTABRO
VR. C. R. CONVEN
HELVETIC. II. VIRO
IVLIAE GELL. MARCELL
CORNELIAE Q. F.
MARCELLAE

3 *Aquis-verbigenis in Ara.*

DEO INVICTO
(sic)
TIB. CASSIVS
SANCTVS
ET. TIB. SANCTE
IVS VALENS
IEVI. L.

4 *Ad Capuam veterem.*

A. HORDIONI O. H. S. S
PACTVMEIA CRESTE FECIT

5 *Ad Capuam veterem.*

SEX. GRATTIO
SEX. LIB. THEOGENI

In imo lapide alio charactere.

ITVM AMB SITVM SIBI ET SVIS QVEM

6 ------ *in Regno Neapolit.*

DN. FL. VAL.
CONSTANT
INO PIO FE
LICI INVICTO
- - - AVGVSTO
DIVI CONSTAN
TI PII FILIO
- - - -XVIII

7 *Neapoli in angusto vico post Collegium PP. Soc. Jesu.*

D . M
M. VIBI SECV
RI OMNIBVS
HONORIBVS
BIS DIGNE
FVNCTI CVMIS
L. CAESIVS AM
PHIALVS HER

8 *Casertæ.*

CAECILIAE SALVTARIS MAT.

Inferius.

P. OCTAVIO P. L. SVCCESSO
LIC. IIVIRALI CAI. VAL
CAECILIAE Q. F. SALVTARIS
SIBI SVISQVE SOLO PRIVATO
VIVI FECERVNT

9 *Certiaci lapis in duo frusta discissus.*

M. IVNIO. M. F. VOLT. CERTO
DOMO. VIEN. VETERAN
MIL. LEG. XIII. GEMINAE
CERTVS ET AMIANTHVS
(sic)
PII HAERAEDES FECER

10 *Aquis-verbigenis lapis diffractus.*

L. VECNATIO
POL MAXIMO DO
FOR COR. MIL LEG
XI G. P. F ƧGVSORIO
ANNO XLVIII STIP XX
H S E
C. ROSCIVS OMPHA
LVS. HER FAC. CVR

1 *Ad veterem Capuam.*

EX TESTAMENTO CN. NVMIDI BERVLLI
ALLIO L. F. QVARTINO FILIO SVO
VIXIT ANNIS VII. ET MENSES V. ET
ALLIAE NYSAE CONCVBINAE SVAE ET SIBI
ET PRIMIGENI L. ET LIBERTIS SVIS
ET C. VALERIO MELANTAE
ET C. RVFELLIO CHILONI
H.M.S.S.E.H.N.S

2 *Neapoli in ædib. N. V. Ferd. Sanfelicii.*

D . M
L. PLVTIO
GEMSINO
FRATRI
L. DOMITIVS
GAMIO

3 *In Oppido* Marcianise *agri Campani.*

ANNIAE CN. L
APRODISIAE
FELICVLAE O. H. S. S.
CN. LIVINIVS CN. L.
ARIA COLLIBERTVS
FECIT

4 *In ruderibus Atellæ.*

VBONIVS L
TESTAMENTO
SVO LEGAVIT

5 *In vico* Capodevise *agri Campani.*

CLODIO. CLODIAE
L. L. SALVIO L. L
DI SALVI. THELETE
TV. PRIMI L.

Ideſt *Clodio L. L. Salvio Clodiae L. L. Thelete . . . Clodi Salvi* (fort.) *arbitratu Primi L.*

6 *In Sancti Laurentii* della Padula.

D . M
L. BRVTIO VICTORINO
BRVTIA VICTO
RIA MARITO

7 *Casertæ in Palatio Principis.*

D . M . S
MENLIAE VERAE
LIBERTAE
MATER FILIAE
PIENTISSIMAE
FECIT

8 *Ad veterem Capuam.*

VERGILIAE Ↄ. L.
CONCHINIS
O. H. S. S

9 *Neapoli.*

D . M
LVCILLAE L. BOVIVS L. F
ET SEXTIA L. F. NERVLA
PARENTES FIL. DVLC. FEC.
VIX. A. VIII. M. III. D. XXIII.

10 *Non longe a vetere Capua in loco* S. Pietro in Corpo.

L. ALTIVS MAXIMVS
VIVVS SIBI ET MEMORIAE
MELIAE CHRYSOPOLIS
VXORIS SVAE
BENE DE SE MERITAE

11 *Ad veterem Capuam.*

P. CONFVLEIVS MENESTEVS ET
TVLLIA CHELENE SIBI ET SVIS

12 *Ibidem.*

CARBONIAE EGLOGE
LIBERIA MATER FECIT

13 *Ibidem.*

DIS
MANIBVS
LVCCEIAE TYCHE

1 *Ad veterem Capuam.*

D. M. S.
CHEREAE FIL
NEREIS ET
CHEREAS
PARENTES

2 *Ibidem.*

D . M . S
L. PAPINIVS VERVS ET
CAMPANIA FELICISSIMA
VIVI FECERVNT SIBI QVI
VIXERVNT INTER SE
ANNIS LXVIII. D. X.

4 *Ibidem.*

DIS MAN. SAC.
C. MINVCIO
PROCILLIANO
EVHODVS LIB

6 *Ibidem.*

MVLVTIA
FELICVLA
SIBI SVISQ
F

8 *Ibidem.*

MVCIA P. L.
LAIS
SVMMANIMA
PATRONVS

10 *Ibidem.*

P. SVET
IVS P. L.
MVSICV
O. H. S. S

12 *Ibidem.*

D . M
ANNIAE
EVTYCHIAE
L. ANNIVS
CORINTVS (*sic*)
CONIVGI
OPTVMAE

3 *Ibidem.*

D . M . S
HOSTIAE FELICISSI
MAE VIXIT
ANN. XXIIII. M.
VIII. DIEB. XXI
HOSTIA VITALIS
MATER MISERA

5 *Ibidem.*

CARMELIAE Ɔ. L
ICONIONIS
EX TESTAMENTO

7 *Ibidem.*

BONITATI CESELLIAE
PVDENTIS OSSA HEIC SITA
SVNT

9 *Ibidem.*

TVRCIAE MARCELLAE
C. F.
CONSVLARIS VIRI TILII
CONIVGI TVS (*sic*) SIBI

11 *Marani sexto abs Neapoli lapide.*

SCVRACINE M. F.
VENERANDAE
...AELIVS HERMES
CONIVGI RARISSIMI
EXEMPLI

13 *Atrani, prope Amalphiam.*

C. AVEDIO
AVEDIA
CONIVGI
MO FECIT
QVO VIX AN

14 *Ibidem in agro Amalphitano.*

D . M
P. SENATIO AT
PATRONO OP

1 *Atrani in agro Amalphitano.*

D . M
ANNIAE. C. FIL.
LONGINAE V
XORI INCON
PARABILI
T. IVNIVS
HERMES
MARITVS
FECIT

2 *Ibidem.*

D . M
SEX. POMPEIO
MERCVRIO
SEX. POMPEIVS
DEMETRIVS
PRIVIGNO
SVO POSVIT

3 *Ibidem ad S. Salvatoris.*

APRIO EVTYCHIANO
FLAVIA EVTYCHIA FILIO
CLARISSIMO

Supra dedi pag. MCXXXII. 7. Haec plenior.

4 *In vico Pastena prope Amalphiam.*

DIS MANIBVS
C. MECLONIO
PARTHINO
V. A. II. M. V.
IVVENTIA
EPHESIA
MATER

Hactenus Inscriptiones ad me a Clarissimo Richtero missæ.

5 *Amalphiæ in Templo Cathedrali.*

DIS MANIBVS
P. POPILIO APOLLONI
POPILIA EVTYCHIS
ET SERGIVS ANICIVS C
TRIVMPHALIS PA. B. M

6 *Ibidem ad ædem sacram Annuntiatæ.*

P. PETRONIO MER
CVRIO. V. ANN. XIIX. M. IIX.
DIEB. XI. H. S. E. D. PETRONIVS
EPICTETVS PATER
FILIO PIENTISSIMO
FECIT

7 *Ibidem, in Templo Sanctimonialium Nobilium urna continens aquam lustralem.*

T. IVLI
THEATRICI

8 *Atrani primo ab Amalphia lapide.*

Q - - - - - RAECI
IDAEI VIATORI
AED. PL.

9 *Pisis.*
Ex Ephemeridibus Litterariis Florentinis.

D . M
M. ANNIO M. F. PAL. PROCVLO
DECVRIONI COL. OST. FLA. DIVI
VESPASIANI. PATRONO FABRVM
NAVALIVM OST. VIXIT AN. XXV.
MEN. VI. DIE XXVIII. H. IIII

In parte dextra Lapidis.

D . M
ANNIAE IVCVN
DAE M. ANNI
PROCVLI MATRIS

1 *Cippus repertus mense Julio anni 1742.*
in Viridario PP. Minimorum in Monte Pincio.
Misit Reverendiss. P. Chiappinius Abbas & Proc. Gen. Canonicor. Reg.

NOBILITATIS CVLMINI
LITTERARVM ET ELOQVENTIAE LVMINI.
AVCTORITATIS EXEMPLO
PROVISIONVM AC DISPOSITIONVM MAGISTRO
HVMANITATIS AVCTORI
MODERATIONIS PATRONO
DEVOTIONIS ANTISTI
PETRONIO
PROBO ❦ V C ❦ PROCONSVLI AFRICAE
PRAEFECTO PRAETORIO
PER ILLYRICVM ITALIAM ET AFRICAM
CONSVLI ORDINARIO
OB INSIGNIA ERGA SE REMEDIORVM GENERA
VENETI ADQVE HISTRI PECVLIARES EIVS
PATRONO PRAESTANTISSIMO

In latere dextro lapidis.

DEDICATA
VI IDVS AVG
❦ DD ❦ NN ❦
VALENTE VI ET
VALENTINIANO II
AVGG. CONS. (*sic*) ❦

In Museum Capitolinum translatus fuit Lapis curâ Sanctissimi D. N. BENEDICTI XIV. Pontificis Maximi.

2 *Romæ.*
Misit idem.

HERCVLI
INVICTO
P. LVCILIVS P. F
OVF. SVC. CES.
SOR. MEDIOLAN
QVOT. VOTVM
FECERAT
CENTVRIO
PP. SOL. L. M.

3 *Ibidem.*
Misit idem.

M
PATERNO. VIX. AN
I. MEN. XI. D. XIX
MOSCHIS. MATER
CONLACTIS

1 *Ex Actis Regiæ Soc. Londin. excerpsere Socii Florentini.*

ANNO V HADRIANI
IMP THATERI
MEROS PRAEF
AVDIT MEMNONEM
XIII. MART HORλES
PVNISVLAN λVERTVLIVS
CLETTAFRICANI PRAEF
VXOR AVDI MEMNONEM
PRID CR HORAIS
ANNO I IMP DOMITIANI AVG
CVM IM M TERTIO VENISSEM
T. FI TITIANVS--------
PREFECT-------- (sic)
AVDIT--------
MEMNONEM-------
TR APRIL--------
IIII FLAM LI------
HORA----------

2

L. IVNIVS CALVINVS
L M ET MONTIS BERENI
AVDIVI MEMNONEM CV
MINICINRVT-----
LIXANC ET LIBERTVS
PROCVRATOR VSIACVS
C MANIVS HANIOCHVS
CORINTI-------

3

ΗΛΙΟΔΟΡΟΣ ΖΗΝΩ
ΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΠΑ
ΝΙΑΔΟΣ ΗΚΟΤΣΑΔΡΑΙ
ΕΜΝΗΣΘΗΝ ΤΗΩΝΟΣ
ΚΑΙΑΙΑΝΟΤΑΔΕΑΩΗ

4

CLAVDIVS MAXIMVS
LEG XXII AVDI------
MEMNONEM HORAI
- - CAMILLVS - - - -
- - HORA PRIMA - - - - -
- - SIMIS AVDIVI - - -
- - MEMNONIS - - -
TETRONIVS
PRAEF - - - - -

5

HORAM CVM PRIMAM CVMQV
HORAM SOLES FECVNDAM
PROLATA OCEANO LVMINANT
ALMA DIES
VOX AVDITA MIHI EST TER BENE
MEMNONIA

Ex antiquissimæ Ægyptiacæ Urbis Thebes jamdiu eversæ parietinis hæc fragmenta collegit Anno 1737. D. Norden Danicæ navi Præfectus, illuc jussu Christiani VI. Daniæ Regis missus, atque ad Regiam Societatem Londinensem misit. Statuam *Memnonis* olim in ea Urbe positam, quæ percussa ab exorientis Solis radiis vocem eliciebat, agnovere Strabo, Plinius Senior, Tacitus, Pausanias, & Philostratus, ut alios omittam. Magicum opus plerique putant. Imposturam ego suspicor Sacerdotum illorum, qui ut major loco accederet veneratio, testes editæ & auditæ vocis sibi procurabant, atque in marmore conscribendos curabant.

1 *In Oppido Montis Clari ad S. Pancratii. Exſcripſit D. Bernardinus Conradus Nob. Mutin.*

IELIVS P. F.
SIBI ET
SECVNDAE
ET
ANDIDO

Ideſt *Candido*. Primum quoque nomen mancum eſt.

2 *Brixiæ in via S. Dominici. Idem exſcripſit.*

MEFAN
IANV·AR
IN AGR. P. XX
IN FR. P. XX

3 *Venetiis. Miſit P. D. Stanislaus Santinelli Cl. Reg. Somaſch. Vir doctiſſimus.*

D . M
ZIBEA. G. Q.
MA. FI
SO. FR.
AMI. NE.
HIC. IAC.
S. DVO. T.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. I. col. 1 ſcribe *Suecorum*.
Pag. II. col. 2. ſcribe *confinxiſſe*.
Pag. III. 2. In Adnotatione pro *Ælio Antonino Vero* lege *Lucio Vero Auguſto*.
Pag. VIII. 10 Pro POL. ſcribe PAL. ideſt *Palatina Tribu*.
Pag. XVI. 8. *Junonibus*. Scribe *Dianis*.
Pag. XVIII 1. ſcribe *a Romanis*.
Pag. XXVIII. 3. Dele verba illa: *Dummodo in Norico &c.*
Pag. XXXV. 6. Dele Notam, & ſcribe: Julia Auguſta appellata fuit *Mater Caſtrorum & Senatus*.
Pag. XLV. 5. Adnotationi adde. Cluverius Ital. ant. Lib. I. Cap. 9. & Boucheus Chorogr pag. 283. legunt FEL. SAL. ideſt *Felix Salinienſis*. Urbs Alpium Maritimarum fuit *Salinienſis*.
Pag. LIII. 7. Dele *Sive Hymnus*.
Pag. LXIII. 4. ſcribe *Siglas*.
Pag. XCI. 8. ſcribe *heic mihi*.
Pag. XCVI. 2. ſcribe *Pana cultum*.
Pag. XCVII. 3. ſcribe *quia BFRG.*
Pag. CXVI. 4. Inſcriptionem hanc jam dederat Gruterus pag. L. 6. Varia tamen lectio ne hoc quidem exemplum inutile reddet.
Pag. CXIX. 1. Adnotationi addendum in fine. Verum Dominicus Bricherius Columbus juvenis doctiſſimus, in Diſſert. de veterum *Collegiis*, quam edendam brevi ſpero, in eam ſententiam inclinat, agi heic de *Tribulis*, conſtituentibus *Tribum* ſeu *Phratriam* ſacram.
Pag. CXXXVIII. 3. In Adnotatione lege: Is interpretatur *Ex Situ*, pro *Ex Situ*, & quidem recte pro *Ex Scito* ſive *Decreto*. Pro *Finibus Cremonenſium* Gruterus habet *Civibus Cremonenſium*.
Pag. CXLI 1. Addendum in Notis: Vide Gaſſendum in Vita Peireſcii, qui hæc pondera explicat.
Pag. CXLI. 2. ſcribe *Ædilis*.
Pag. CXLVI. 5. ſcribe *offendis*.
Pag. CLXXII. Pro *Romæ* ſcribe *Aquileja*.
Pag. CLXXIII. ſcribe *Antoniniani*.
Pag. CLXXXII. 1. In fine Adnotationis pro *Patris* lege Patroni.
Pag. CXCI. 4. ſcribe *divinet*.
Pag. CXCII. 4. ſcribe *Libertis*, & *Marmorum*.
Pag. CCXIX. 1. Dele Notam, & ſcribe: *Triumviro R. P. C.* Fortaſſe *Rei Publicæ Conſtituendæ*.
Pag. CCXXXII. 3. ſcribe *Bimardi*.
Pag. CCLXXI. ſcribe *tranſiret*.
Pag. CCXCVIII. 3. ſcribe *memoratos*.
Pag. CCCVI. 3. Quum plures feminas exhibuerim, geminis uno tempore viris, ut mihi viſum fuit, nuptas, docti quidam viri opinionem hanc adverſari moribus & legibus Romanorum cenſuerunt; neque enim Polygamia apud eos, uti apud Barbaros, locum habuit. Animadverte heic indultum Militibus, qui uxorem duxiſſent, aut ducturi eſſent, *dumtaxat ſinguli ſingulas*.
Pag. CCCXLIV. 3. ſcribe *quod eſt ad alteram*.
Pag. CCCLI. 1. ſcribe *ſuffectus fuiſſe videtur*.
Pag. CCCLXIII. ſcribe *præferendus*.
Pag. CCCLXVI. ad Annum Ch. 271. lege L. DOMITIVS AVRELIANVS IMP. AVG. II. Uti & ad Annum 274. L. DOMITIVS AVRELIANVS IMP. AVG. III. Et rurſus ad Annum 275. L. DOMITIVS &c. Ibidem ad Annum Ch. 279. lege IMP. M. AVRELIVS PROBVS AVG III.
Pag CCCLXVIII. & ſequentibus pro C. AVR. VALERIVS DIOCLETIANVS ſcribe C. VALERIVS DIOCLETIANVS.
Pag. CCCLXVIII. 1. Pro *Ne vitio quidem &c.* ſcribe: MARTIS pro MARTIIS.
Pag. CCCXCVII 5. ſcribe *Dolens* pro DOLIS.
Pag. CDXIV. 8. In Adnotatione lege *Anaſtaſio Perpetuo Auguſto Conſule*.
Pag. CDXXX. 2. ſcribe VIR BEATISSIMVS.
Pag. DCXL. 1. ΥΠΑΤΑΙΟΝ. Ideſt *ex Urbe Hypatá*.
Pag. CDXLIV. 2. Pro *Inſtitutionibus* ſcribe *Inſcriptionibus*.
Pag. CDXLV. 2. ſcribe (inceſſus puto).
Pag. CDLXIII. 7. Pro CONSTANTII Boucheus legit CONSTANT. AVG. PII. FILIO.
Pag. CDLXXXVI. 8. In ſchedis Vindobonenſibus legitur: SCENAM LATAM TEGVM L. TVRANIO CVRANTE.
Pag. DXIV. 1. QVINQ. CORP. Fortaſſe *Quinquennales Corporati* heic indicantur.

Pag.

Pag. DXXI. 4. Adnotationi adde: Sed retinendo GENI, ſtatuere oportet *Collegium* hominum colentium *Genium Fori Vinarii* .

Pag. DXXVII. 3. Poſtrema verba Adnotationis dele, & ſcribe : *Pabularios* quoque non uno in Lapide agnovit Fabrettus .

Pag. DXXXVI. 1. Pro *Numeri Attiani &c.* ſcribe *Natione Attia Nicopoli* .

Pag. DXLI. ſcribe *nihili facit* .

Pag. DL. 2. ΛΕΓΙΩΝΟΣ Α ΑΘΗΝΑΣ . Ideſt *Legionis I. Minerviæ* . Hæc a Domitiano inſtituta , atque in aliis Lapidibus memorata . Propterea dele duas priores lineas Adnotationis .

Pag. DLXXXIV. In Adnotatione pro *quum inde multum* , ſcribe : *nam inde multum* .

Pag. DXCVIII. In Adnotatione pro *Phocidis Urbs fuit* ſcribe *Phocidis Urbs fuere* .

Pag. DCXVI. 3. Pro *Trajanus quoque* in Adnotatione ſcribe *M. Aurelius quoque* .

Pag. DCXVIII. 3. In Adnotatione pro *niſi Ædiculam* ſcribe *niſi Ædicula* .

Pag. DCXXI. 2. In Adnotatione pro *ſi viciſſet* , *promittens* , ſcribe : *quod viciſſet* , *gratulatus* ,

Pag. DCXXXII. 1. ΚΑΙ ΑΝΤΙΟΧΕΑ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΔΑΦΝΗΝ. Ideſt Civem ex *Antiochia* , *quæ eſt ad Daphnem* . Vide pag. MXXV. 3. ubi eadem recurrit.

Pag. DCXLVIII. 1. In poſtrema linea . ΤΗΝ ΕΤΖΑΡΤΗΣ ΑΣΠΙΔΑ . Corrige ſcribendo ΤΗΗ ΕΞ ΑΡΓΟΙΣ ΑΣΠΙΔΑ . Ideſt *Argivum Clypeum* .

Pag. DCLXXIII. n. 4. Hanc Inſcriptionem dele ; repetita quippe eſt pag. DCCXV. n. 9. & quidem emendatior .

Pag. DCXCV. 2. In Adnotatione pro *diverſos* ſcribe *diverſi* .

Pag. DCXCVII. 1. Scribe : *Si par animi virtus* .

Pag. DCCXIII. 9. Pro *proprium* lege in Adnotatione *peregrinum* . Atque adde : Sed ſiglæ L M. ſi eas interpretaris *Libens Merito* , votivam tabulam indicare videntur .

Pag. DCCXVI. n. 5. PREF. AFR. SAT. Scribe PREF. AER. SAT. Ideſt *Præfectus Ærari Saturni* .

Pag. DCCLXV. n. 4. *In Gruteriano lapide pag. 36. 9.* ſcribe *XIII. 4.*

Pag. DCCLXXI. 1. In Notis pro *nil minus* lege *nil mirum* .

Pag. DCCLXXIX. 8. In Adnotatione pro *Præfecto* lege *Præfectus* .

Pag. DCCLXXX. 3. Pro *Viginti millia numero* lege *viginti millia Nummûm* .

Pag. DCCLXXXVIII. 6. Pro *Natione Apamenſi* lege *Natione Pannonica* .

Pag. DCCCII. 8. In Adnotatione pro *Valerius* ſcribe *Valeſius* .

Pag. DCCCVII. 3. In Adnotatione dele *ſeu Dacicus* .

Pag. DCCCX. 3. In Adnotatione verbis illis *Libertorum Suorum* adde : *vel Supraſcriptorum* .

Pag. DCCCXIX. Adnotationi addendum : *Suſpicatur autem idem Polidorus* , *Caſſanum* Urbem nunc illuſtrem ex corrupto nomine *Coſſenniæ* ſuum potuiſſe accipere nomen .

Pag. DCCCXX. 4. Pro *interierit* in Adnotatione ſcribe *interſerit* .

Pag. DCCCXXIV. 1. In Adnotatione ſcribendum *Manca* .

Pag. DCCCXXV. In Adnotatione lin. V. pro LALARIAE ſcribe BALARIAE .

Pag. DCCCXXVI. n. 5. ſcribe : *Tarenti in S. Cataldi* . *Miſit Ludovicus Maria Gualterius* .

Pag. DCCCXLII. 1. Pro *Triremum* ſcribe in Adnot. *Triremem* .

Pag. DCCCLXI. 4. Pro *Ex Valeriis* ſcribe in Adnot. *Ex Velariis* . Pro *in Duplicarium* ſcribe *in Duplicariorum* .

Pag. DCCCLXXIV. 6. Adnotationi addendum poſt *neſcio*: Reliqua obſcura ſunt , & fortaſſe LIB. LEG. IIII. eſt *Librarius Legionis Quartæ* . Propterea dele : *At hinc diſcimus &c.*

Pag. DCCCLXXVII. In Adnot. pro *Archimincus* lege *Archimimus* .

Pag. DCCCXCV. 6. Pro *Galenus* in Adnot. ſcribe *Galeus* .

Pag. DCCCXCVI. 1. In fine Adnotationis pro *Erit Ergo &c.* ſcribe : Erit *Condere* pro *Sepelire* , ſcilicet alterum corpus .

Pag. CMXVII. n. 8. ORN. DEC. D. Scribe in Notis : Hic *Ornamentis Decurionalibus Decoratus* dicitur . CL. SCAVAR. Civitas fuiſſe videtur , ubi is Decurio . *Claudia* in Norico memoratur Plinio Lib. III. Cap. 24. *Claudia Sabaria* celebris Pannoniæ Colonia , neſcio an heic locum habere poſſit .

Pag. CMXXIII. col. 2. lege : *tanta tamen avaræ gentis &c.*

Pag. CMXXXV. 1. Pro *Servius* in Adnot. ſcribe *Servus* .

Pag. CMXLVII. 7. In Adnot. Scribe : Non mares tantum Servos , ſed & feminas &c.

Pag. CMLXXI. 7. In Adnot. ſcribe : *Sive quod ad Vela Dominorum* .

Pag. CMLXXV. 2. Dele notam , & ſcribe : Ideſt *Reipublicæ* , ſeu potius *Rufii Primitivi Servus Actor*.

Pag. MXXIV. 4. In Adnotatione ſcribe : *Sexaginta Millia Nummûm* .

Pag. MXXIX. 5. In Adnot. ſcribe *Ptolemæo* . In eadem pag. n. 4 ſcribe *Arrhorum Civitati* .

Pag MXXX. 7. Et heic ſcribe *Ptolemæum* ; uti & pag. MXXXII 2. & alibi .

Pag. MXXXIV. 3. In Adnot. ſcribe : *Sed & FRERIACVS appellatur* . Ibidem n. 7. Adnotationi adde : ac *ſerius* invecta fuit formula *Pius Felix Invictus* .

Pag. MXXXVIII. Dele in Adnot. verba illa : *At de Aquenſibus nihil mihi &c.* & ſcribe : Plinii verba ſunt Lib. III. Cap 12. *Albenſium Alba ad Fucinum* . Silius vero Italicus Lib. VIII. de Bello Pun. hæc de ea Urbe habet :

——— interiorque per udos
Alba ſedet campos .

Pag. MXLVII. 4. In Adnot. ſcribe : *nomen novum* .

Pag. ML. 7. Dele poſtrema verba : *Ceterum fides hujus Lapidis &c.* Et pro iis ſcribe : *Hæc illuſtrata aliquando habebis a Clariſſ. Abbate Polidoro* .

Pag. MLIV. In Adnot. ſcribe : *Ad utram ſpectet* .

Pag MLXIV. n. 4. *Romæ* . Scribe *Aquilejæ ex Canon. Bertoli V. Cl.*

Pag. MXCVII. 3. In Adnot. ſcribe : *cui fortaſſe nomen ab aliquo Licinio obvenerit* , *ſed nequaquam a Licinio Auguſto* , *cui nulla fuit dominatio in Urbe* .

Pag. MCVIII. n. 5. Addatur : Sed fortaſſe tribuendum lapicidæ illud *Forojuliirienſium* pro *Forojulienſium* .

Pag. MCXXXIX. n. 7. Pro *Aquilano* ſcribe *Aquilejenſi* .

Pag. MCXCI. n. 4. Scribe in Adnot. Collectanea quoque Inſcriptionum Aquilejenſium Canonici Bertoli V. Cl. habent MINICIAE .

Pag. MCCXL. 8. Pro TIMHTI cenſet amicus Bricherius Columbus legendum THI MHTPI , ut ſit *ac Matri Heryllæ* .

Pag. MCCXLIV. 3. Legendum puto *M. Aureli Severi* , & *Martiæ Sp. F. Sabinæ* .

Pag. MCCLVII. 8. EX PRAEP. AVGVR. Dele Notam , & ſcribe : Ideſt *Ex Præpoſito* , ſeu *Ex Præpoſitis Augurum* .

Pag. MCCLIX. 14 Pro *legant* ſcribe *legatur* .

Ibid. Scribe : aut MO. explicemus *Monumentum* .

Pag. MCCLXVI. 7. Adnotationi addendum in fine: Sed fortaſſe VIVET poſitum heic fuit pro VIVIT .

Pag. MCCLXVII. 3. Fortaſſe poſſit aliquis heic legere M. METILIVS EVPORTATE . Sed hiſpidum Liberti nomen ſive cognomen videatur .

Pag. MCCLXXII. 7. Dele verba illa: *Numquid Patri &c.*

Pag.

Pag. MCCXCII. 7. Dele Notam, & scribe: Idest, *Dis Manibus*, *& aeternae memoriae L. Iuliae*.
Pag. MCCXCIX. n. 10. Lege *Quinquaginta Millia Nummûm*. Dele quae de TEMPTAVERIT, & SEPVLCHRVM dixi. Nam quod est ad postremum, Gellius repugnat Lib. II. Cap. 3. & de primo videndum quod habet Landinus in Comment. ad Horatium.
Pag. MCCCVI. 2. Illud SO. videtur S Q. idest *Sine Querela*.
Pag. MCCCVII. 1. Adnotationi adde: Subsequentem alteram pag. MCCCVIII. 10.
Pag. MCCCIX. 8. Θ. K. Idest *Diis Inferis*, seu *Manibus*. *Aurelio &c.*
Pag. MCCCXVII. 2. Fortasse legendum *Summoarinae Myrae*, idest *Serva Myrae*.
Pag. MCCCXXIII. 1. Suspicatur amicus Bricherius Columbus pro ΑΓΕΝΤΙ legendum esse ΑΓΝΕΤΙ, ita ut non *Chresta*, sed *Agnes* fuerit hujus mulieris nomen.
Pag. MCCCXLII. 9. Adnotationi adde: Christiana Inscriptio propterea videtur.
Pag. MCCCLX. 5. Siglae S. A. S. explicandae *Securitati Aeternae Sacrum*.
Pag. MCCCLXIX. 6. Scribe: ΔΙΕΤΤΥΧΕΙΤΕ, quo verbo significatur *usquequaque feliciter agere*.
Pag. MCCCLXXI. 1. Corrige P. VIII.
Pag. MCCCLXXII. 11. Dele Notam, & scribe: Legendum opinor *MARio STEphano VLPia ZOE Conjugi dulcissimo*.
Pag. MCCCLXXIII. 6. Fortasse legendum: *Quae periit Annor. XLVI.*
Pag. MCCCLXXVI. 2. Christianae mulieri posita Inscriptio.
Pag. MCCCLXXVIII. 12. Corrige AN. L.
Pag. MCCCXC. Pro *Gallia* scribe *Gallica*.
Pag. MCCCXCI. 12. Dele Notam.
Pag. MCDXVI. 9. Pro *Nesper* scribe *Hesper Nymphidiae Libertus*, sive *Servus*.
Pag. MCDXXVII. 4. In linea postrema lege *Quinquaginta millia Nummûm*. Hanc eamdem correctionem adhibe MCDXXXI. 10.
Pag. MDCXLII. 10. Scribe: Vix enim credas, puellum appellatum *Hominem innocentissimum*.
Pag. MCDXLVI. 11. Lege *Nutritus* a Cottia, *veneno ereptus* ab invidis.
Pag. MCDXLVII. 1. Dele verba: *Sed Baronii sententia stat* usque ad finem. Re enim diligentiori examine in Annalibus meis Italicis deinde pensata, certum puto, Johannem IX. Papam Anno Ch. 900. finem vivendi fecisse. Fortasse pro *Quinta* in marmore habetur *Quarta Indictio*.
Pag. MCDL. 6. Dele Notam, & scribe: Posita fuit Inscriptio haec a Milite *Classis suprascriptae*, cujus nomen excidit.
Pag. MCDLXVI. 7. Scribe ΩΡΑ ΚΑΙ ΤΥΧΗ, idest *Occasio & Fortuna*. Adagium apud veteres.
Pag. MCDLXVII. 5. Dele Notam, & scribe F. C. SVO, idest *Fecit Conjugi Suo*. Propterea ad praecedentem Classem spectat Lapis.
Pag. MCDLXXIV. 8. Doctissimus Amicus meus Dominicus Bricherius Columbus susceptam habet Inscriptionem hanc; non enim a Tribunis Plebis, seu a Tribunicia potestate, sed a Pontificibus Maximis (quo munere tunc fungebantur Imperatores) venia petebatur transferendi cadavera, sive ossa vitâ functorum.
Pag. MCDLXXXI. 3. Pro DEDICATO legendum videtur DELICATO.
Pag. MDXVIII. 12. Fortasse legendum ANATELLON.
Pag. MDXLVII. 13. lin. 7. Lege MANSVETINVS.
Pag. MDCCXXIII. 2. Scribe: ad Feminas Ethnicas spectare videntur.
Pag. MDCCXXIX. 11. In Nota scribe: *Aeternam mihi incolumitatem*.
Pag. MDCCXXXIX. 9. Dele Notam.
Pag. MDCCCLXXXIV. 4. Scribe: *Athenodore*.
Pag. MDCCCXCVIII. 7. Pro *Mulieres* scribe *Mulieris*.
Pag. MCMXXXIX. 6. lin. 2. Scribe INCOMPARABILIS.
Pag. MCMXLVIII. 4. Dele Inscriptionem, quae eadem est cum praecedenti.
Pag. MCMLXXII. 3. Adnotationi addendum: Superposita Figura videtur exhibere Deum Elagabalum, a perditissimo Imperatore Elagabalo sub figura lapidis rotundi in conum desinentis exultum. Sed quia Herculi, non Soli, dicata est Inscriptio, nihil hac de re affirmare audeo.
Pag. MCMXC. 9. Haec addito Notae: Nisi malis: *Magister Triere*, seu *Triremi Libero Patre*.
Pag. MMXI. 6. Adde in fine Notae. Attamen ad Constantinum juniorem haec potius referenda videtur.
Pag. MMLIII. 6. Addendum Adnotationi. Postquam haec edita fuere, reddita est mihi Dissertatio Johannis Georgii Altmanni V. Cl. Linguae Graecae & Ethicae in Academia Bernensi Professoris, qui post alios eruditos Viros hanc ipsam Inscriptionem felicibus auspiciis interpretatus est, atque illustravit. Ita vero is eamdem legit: *Soli*, *Genio Lunae*, *Sacrum*. *Ex voto pro salute Augustorum P. Clodius Cornelianus*, *primus Curator Vikanorum Lousannensium*, *iterum Sevir Augustalis*, *Consulto Civium Romanorum Conventus Helvetici*, *de suo dedit*. Nullus dubito, quin ejus conjecturis, multiplici eruditione ornatis, Literaria Respublica plaudat.
Pag. MMLVII. 4. Scribe: alium opponere.
Pag. MMLXXI. 9. Eamdem alibi protuli.
Pag. MMLXXXIII. 2. Pro *Parthenopes* in Adnotatione scribe *Sulpiciae Parthenopae*.

INSCRIPTIONES CHRISTIANÆ.

CLASSIS XXV.

1 *Extra Romam, in S. Pauli.*
E ſchedis Donii, miſit Ant. Franc. Gorius V. Cl.

...ABIDARI...
...XX. ET CVM.
..VM PC FLAVI
...ICT. PRIMA

Quæ Chriſtianorum Inſcriptiones *Indictionem* præferunt; pleræque ad Sæculum VI. VII. & ſubſequentia referendæ videntur. Inter mirandas opiniones, quas nimium ferventis ingenii vir P. Harduinus evulgavit, non ea poſtrema eſt pag. 508. Oper. Varior. ſcilicet tantummodo ſub Mauricio Auguſto ſub finem Sæculi ſexti nomen & uſum *Indictionum* in Acta publica fuiſſe deductum, confictaſque eſſe omnes illas, quæ in Theodoſiani Codicis Legibus occurrunt. Ad ejuſmodi opinionem dejiciendam, præter alia argumenta, ſatis erunt Marmora quædam, quæ in hac ipſa Collectione dedi ad Claſſem V. Conſularium. Vide Inſcriptionem 4. pag. CDXII. ubi Anno Ch. 484. habetur IND. XII. Ita pag. CDXV. num. 6. ad Annum 502. ſignatur IND. X. Præterea pag. CDXI. n. 4. cum Anno 508. conjungitur IND. I. Reliquas omitto. Mauricii Imperium iſtæ præcedunt.

2 *Ibidem.*
Ex Johanne Vignolio V. Cl.

ABIENTIA. CESQVET IN PACE
DEPOSITA. XIII. KAL. MAR
QVAE. VIXI. ANN. L. MEN. II. DIES. VII.

Ceſquet pro QUIESCIT, ſive ex incuria Marmorariorum, ſive ex corruptione Linguæ Latinæ, depravatum verbum occurrit in aliis bene multis Chriſtianorum tumulis.

3 *Catanæ,*
in urna plumbea Anno Chriſti 1727. effoſſâ.
Eam ſupplevit atque interpretatus eſt
P. Hieronymus Juſtinianus Chienſis Soc. Jeſu.
Miſit Ignatius Maria Como Neapolit.

πΙCΤΕΩC μνήμης ΧΑρί
Ν ΑΒΡΑΜια
CΕπΙ ΚΟΛΠΟΙC
ΑΧΩΝ ΕΥΤΥΧΙα
εΝΘΑΔΕ ΚΙΤΕ
ζησΑCϾΤΗ ΛΕ ΤΕλευ
ΤΗ Μ ϛ ΕΙΔΩ
ΡΡΙΩΝ

☧

Ideſt:

Ad fidelitatis monumentum
Abramias
in ſinu
degens felicitatis,
heic jacet.
Vixit Annos XXXV. Obiit ad VI. Idus Februarias.
Chriſtus.

4 *Romæ, in Cœmet. S. Saturnini.*
Ex Marangonio V. Cl.

DOMINAE MERENTI ET BENEVIVENTI ACAVIAE
GARAMANTIAE CONIVGI SVAE QVAE VIXIT ANNIS
N. XXV. VAL. IVLIANVS CONIVCAE DVLCISSIMAE POSVIT

Ibi Vas vitreum, Corona, & Palma.

5 *Ibidem, in Cœmeterio Calliſti.*
Ex Abbate Marco Antonio Boldetto V. Cl.

ACCEPTISSIME COCIVGI BENEME
RENTE QVAE VXIT ANNIS. P. XXXV
DEP. IN. P. III. KAL. IVL.

6 *In Muſeo Kempiano.*
Miſit Clariſs. Præſes Mazaugues.

ΕΚΟΙΜΗΘΗ ΑΧΙLLΙΑ
ΝΕΟΦΩΤΙCΤΟC ΕΝΙ
ΑΥΤΟΥ ΜΗΝΩΝ. Ε. ΤΡΙ. Ζ.
ΚΑΛΑΝΔΩΝ ΜΑΡΤΙΩΝ ΗΜΕΡΑ
CΕΛΗΝΗC

Hìc Figura Columbæ.

Ideſt:

Defuncta eſt Achillia.
Neophyta unius Anni
Menſium V. VII. Kal.
Martias die Lunæ.

7 *Extra Romam, in Sancti Pauli.*
Ex P. Margarino.

BENEMERENTI IN PACE ACHINI QVI VIXIT ANNOS
XIII. M. OCTO DI. VII. DEPOSITVS III. NONAS ....
DIES VENERIS

1 *Extra Romam, in Sancti Pauli.*
Ex P. Margarino.

.........ACILIV. CARBONARIV
.........II. KAL. AGT. IND. XI

C. DIMTAE RELICT

Hic artem Carbonarii exercuisse videtur.

2 *Romæ, ad S. M. Trans-Tiberim.*
Ex P. Lupo e Soc. Jesu, V. Cl.

ACVRINVS QVI BIXIT AN. PL (*sic*)
M XXI. BENEMERENTI IN PACEI

3 *Ibidem.*
Misit Franciscus Ficoronius V. Cl.

VI. IDVS DECEMBRE DEFVNC
TVS ES ADBENTIVS. QVI BIXIT
ANN. II. MESIS. X. ADBENE
BIX ET ARTARESIA IK

4 *Extra Romam, in Sancti Pauli.*
Ex P. Margarino.

LOC. ADEODATI PRAESB. TIT. PRISCAE
LOC. ADEODATI PRAESB. TIT. PRISCAE
HIC REQVIESCIT CONIRBICA DEI IN PACE DEI

5 *Lucæ, in Basilica S. Martini.*
Ex Florentinio.

HIC POPVLI LEGES SAXI SVB MOLE SEPVLCRI
HIC. IVS. PAXQVE. IACENT. HIC PATRIAE AVXILIVM
HIC CVBAT ALA SCVTVM DOLOR LACRYMAEQVE REPOSTAE
HIC OCVLVS CECI HIC PIETAS VIDVAE
PES CLAVDI VESTIS NVDI SOLAMEN EGENI
NOSTER ADALBERTVS DVX BONVS ATQVE PIVS
GENTIBVS EXTERNIS TIMOR ATQVE PAVOR MINITANDVS
MILITIBVS PROPRIIS GLORIA SVMMA SVIS
QVAM FORTIS FVERIT NOVERVNT VLTIMA THVLE
QVA BONITATE FVIT DICERE LINGVA NEQVIT
IN SEXTO DECIMO SEPTEMBRE NOTANTE CALENDAS
HIC POSVIT MEMBRA FVNEREO GEMITV
QVISQVIS LEGIS TVMVLVM CVLPARV̄ FACTA SVARVM
ANTE DEVM RECITA IN PRECIBVSQVE IVVA

Funebre hoc elogium positum fuit *Adalberto II. Tusciæ Duci*, cui cognomentum *Dives*. Anno Christi 916. aut 917. magnificus iste Princeps finem vivendi fecit. Multa de eo habent Florentinius in Vita Comitissæ Mathildis, & Cosmus de Arena in Serie Ducum Tusciæ. Plura ego in Part. Prim. Antiquit. Estens. utpote qui validissimis conjecturis ductus censui, ex ipso descendere Marchiones & Duces Estenses, simulque Regiam Brunsvvicensium Ducum progeniem.

6 *Romæ.*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

AELIA BICTORI
NA POSVIT
AVRELIAE
PROBAE

Ibi visitur effigies *Ovis*, & *Pavonis*; symbola videlicet Christianæ feminæ: de quibus egere Bosius, & Aringhius in Roma subterranea.

7 *Florentiæ, apud Nobb. Gaddios.*
Ex Gorio.



P. AELIVS. EVTY
CHES. AELIAE
EPICTESI. CON
IVGI BENE
MERENTI. FECIT



Piscis & Anchora fuere symbola Christianorum, uti jam doctissimi viri animadverterunt.

1 *Romæ.*
Exscripsit Vignolius.

VIX. ANNIS III
DECESSIT. VII. IDVS
FEBRARIAS
AELIA. SYNCLETICE
MATER. FILIAE
B . M . F

2 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini.*
Ex Marangonio V. Cl.

AEMILIAE VICTORINAE CONIVGI
CASTISSIMAE ET INCOMPARABILI FEMINAE
QVAE VIXIT ANNIS LXIC (*sic*) M. III. ET IN CONIVGIO
PERSEVERAVIT ANNIS XXXVII. M. VIII
TREMELIVS FORTVNATVS MARITVS

Vas ibi vitreum aut figulinum Christianæ feminæ, fortassis & Martyris, indicium creditur. Nullum tamen Literæ præbent vestigium sanctissimæ Religionis.

3 *Ibidem,*
in S. Mariæ in Equitio.
Ex Donio.

FLOS. DECVS. ET. VITAE.
HIC. SITVS. AETERNAM.
OMNIBVS. EDOCTVS. STVDIIS.
RELLIGIONE. POTENS.
BIS. DENOS. CARPENS.
QVATTVOR. ADIVNGENS.
AEMILIANE. MIHI. SEMPER. KARISS
DEO XIIII. KA

4 *Extra Romam,*
in Basilica Sancti Pauli.
Ex Margarino.

HIC REQVIESCIT FIDELIS IN PACE
AEMILIANA CLARISSIMA PVELLA
DEVTERIVS SENATOR.........
BIRI SPECTABILIS . BIXIT
ANNOS LXXVIII. M. VIII. IN PACE ET REQVE

A ☩ ω

5 *Romæ,*
in Museo Albano.
Misit Franciscus Blanchinius V. Cl.

D. F. P
AEMILIANA. X. KAL. AVG.
QVE VIXIT ANN. II. MENSIB. VII
D . I . F . B . X

6 *Extra Romam,*
ad Sanctæ Agnetis.
E schedis meis.

II. AEMILIVS. ET TIMOCLEA FECERVNT
FILIO DVLCISSIMO QVI VIXIT ANN IIII
MENSIBVS X. DIEB. XXIII. REDEDIT
XII. KAL. NOBEMBRIS IN PACE

7 *Romæ,*
apud Helpidium Benedictum.
E schedis Ptolomeis.

DIOSTIO. PRI. KAL. MAI.

AERENIVS REPEN
TINVS AERIVS PV
BLILIAE FLORENTIAE
CASTISSIME CONI
GI QVE VIXIT AN......

............PACE

Hinc visitur Cœtum evomens hominem, Symbolum Resurrectionis Christi. Inde imago mulieris stantis manibus junctis ante Columbam. Prima vox DIOSTIO est heic pro DEPOSITIO.

8 *Coloniæ.*
Ex Browero.

HIC IACET IN TERRIS
AETHERIVS QVI VIXIT
ANNIS XXV. FIDELIS IN
PACE RECESSIT

A ☧ Ω

9 *Galistei in Lusitania,*
ex Emerita.
Inter Donianas.

AETERNALIS FA
MVLVS DEI VIXIT
AN. XLVI. REQ. IN
PAC. VI. KAL. SE
PTEM ERA DNI
D. XLVIII

Idest Anno Christi 510.

1 *Ferentini, in Cathedrali. Ex Boldetto.*

AFRODISIAE. CONIVGI BENEMERENTI
QVAE VIXIT VITA AETATIS SVAE
ANNIS XVIII. MENSIBVS VIIII.
DIEBVS XXVIII. QVAE FECIT
MONVMENTVM VALORIS CVI. N
ANNO III. M. VIIII. DIE XXVIII. MAII
DEMETRIVS. MR.

Ideſt, ut puto, *Valoris* (nomen pueri) *Qui vixit*. In fine *Demetrius Maritus*.

2 *Romæ, in Cœmeterio S. Saturnini. Ex Marangonio.*

AFVSIO CECILIO DIABONI
COIVGI KARISSIMO IN
COMPARABILI LICINIA
VICTORIA CONIVX FECIT
CVM QVEM VIXIT ANNIS XXXV
QVI DORMIT IN PACE

3 *Extra Romam in S. Pauli. Misit P. Blanchinius.*

AGAPE ET RVSTICA ET ERENE
FECERVNT SIBI LOCVM
TRISOMVM

4 *Romæ, in Cœmeterio Prætextati. Ex Marangonio.*

AGAPENI BENEMERENTI
QVAE VIXIT ANNIS IIII
FECIT FRATER DOLENS
DEPOSITA XII. KAL. IVNIAS AGAPE IN. P.

5 *Ibidem, in Cœmeterio Gordiani. Ex Boldetto.*

......PANFFNON AFRODISIVS
......VS PALVBVS AFRODISIVS
FECIRINT
DEPOSITVS. II. IDVS
......SIMO AFRODISIO QVI VIXIT ANNIS
......D. V. DORMIT IN PACE

6 *Ibidem, in Bibliotheca Sancti Gregorii, in Monaſterio Clivi Tauri. Ex Mabillonio V. Cl.*

SANCTORVM VENERANDA COHORS SEDET ORDINE.........
DIVINAE LEGIS MYSTICA VERBA DOCENS
HOS INTER RESIDENS AGAPETVS IVRE SACERDOS
CODICIBVS PVLCHRVM CONDIDIT ARTE LOCVM
GRATIA PAR CVNCTIS SANCTVS LABOR OMNIBVS VNVS
DISSONA VERBA QVIDEM SED TAMEN VNA FIDES

Nempe *Sacerdos* iſte aut divinarum Scripturarum Codices, aut varia Sanctorum Patrum volumina coëgerat, e quibus Bibliothecam ſtruxit, ubi eorum Imagines depictæ fuerunt.

7 *Catanæ, apud PP. Prædicatores. Miſit Antonius Pantò, J. C. Panorm.*

ΑΓΑΘΗ
☧ C ΕΤΕΛΕΥΤΗCΕΝ
ΕΤωΝ Ξ ΠΑΡΑ ☧ C
ΕΚΕΤΗΤΕC Θ ΑΠΟ ΚΑ
ΛΑΝΔωΝ CΕΠΤΕΜ
ΒΡΙωΝ ΕΞΕΚΟΜΙCΘΗ
ΔΑΙ CΑΒΒΑΤΟΙC
ΧΑΡΙCΟΥ Τω ΚΥΡΙω
ΚΑΙΤω ΧΡΙCΤω

Ideſt:

Agatha
Defuncta eſt
Annorum LX. Ad Chriſtum
Vocata IX. Kalen-
das Septem-
bres Abiit
Sabbato.
Gratias Age Domino
..... Chriſto.

8 *Romæ, in Cœmeterio Cucumeris. Ex P. Lupo.*

A. GA. TE. BI. V
A. S.

Ideſt: *Agate Vivas.*

9 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

CRESCENS NV
TRITORI. AGA
THODORSO. BE. ME

10 *Ibidem, in Cœmeterio S. Hermetis. Ex eodem.*

MERENTI AGATHONICO
VIXIT ANN. XXXXVIII. MENS. V
II TE IN PACE FRATER MINOR
FECIT

11 *In agro Ravennate, effoſs. Anno Chr. 1736. Miſit Petrus Franciſcus* Manetti, *Mutinenſis.*

AGINIA PROCVLA CONIVGI
BENE MERENTI
DE SE POSVIT

Chriſtianam arbitror, quia ibi ſculpta Columba. Reliquum literarum evanuit.

1 *Ravennæ, in Palatio Archiepiſcopi.*
Exſcripſit Vandellius Mutinenſis.

PONTIFICIS REQVIEM CAELESTI MVNERE........
AGNELLVS VIRTVTE DI NON PERDIDIT ILLAM
QVI OPTATAM MERVIT LVCIS COGNOSCERE PACEM
CORPORIS IPSE SVI TEMPLVM SERBAVIT VT ESSET
IVSTVS CVM SCIS XPO MEDIANTE RESVRGET
SIC QVOQVE PRO MERITIS GAVDET QVI TALIA GESSIT
HIC RQ IN PC AGNELLVS ARCI EPISC.
QS ANN. XIII. MENSE VNO DIES VIII
QVI VIXIT ANNOS OCTVGINTA TE TRES
DEPOSITVS EST SVB D. KAL. AVG. IND. II

QS. ideſt *qui ſedit*. Legitur hoc ipſum Carmen in Vitis Archiepiſcoporum Ravennatium, a vetuſtiſſimo Scriptore Agnello conſcriptis, atque a Cl. Bacchinio ex Eſtenſi Codice editis, & in Collectione Rerum Italicarum a me rurſus evulgatis. Ejus exemplo uſus ſum ad ſupplenda, quæ pauca in Marmore exciderunt. At rurſus ex Vandellio Mutinenſi Mathematices publico Profeſſore, qui ſub oculis habuit Marmor, emendanda ſunt edita. Secundùm calculos Hieronymi Rubei, qui in Epitaphio legebat IND. XIV. Agnellus iſte Archiepiſcopus Ravennas debitum naturæ ſolvit Anno Chriſti 566. Sed Vandellius nihil aliud ibi legit niſi IND. II. ac propterea mors ejuſdem Agnelli referenda videtur ad Annum Chriſti 569.

2 *Ibidem.*
Ex Agnelli Vitis Archiepiſcoporum Ravennatum.

✠ SALVO. DOMNO. PAPA. AGNELLO. DE. DONIS. DEI
ET. SERVORVM. EIVS. QVAE. OBTVLERVNT. AD
HONOREM. ET. ORNATVM. SANCTORVM
APOSTOLORVM. ET. RELIQVA. PARS. DE
SVMMA. CERVORVM. QVI. PERIERANT
ET. DEO. AVCTORE. INVENTI. SVNT
HAEC. ABSIDA. MVSIVO. EXORNATA. EST

Ad eumdem Agnellum Archiepiſcopum Ravennatem, cujus Epitaphium nuper accepiſti, ſpectat præſens Inſcriptio.

3 *Romæ,*
in Cœmeterio Calliſti.
Ex Boldetto.

DEPOSSIO. AGAPITI. XI. KAL. SEPTEMB
QVI. VIXIT. ANNIS. XVIII. MENSIS. X. DIES
XII. BENEMERENTI. PARENT.

Ibi Lancea ſculpta cum vitreo Vaſe: ſigna Martyrii pro Chriſto conſummati.

4 *Carmen Sancti Damaſi Papæ, Anno Chriſti 1728.*
Romæ in Sanctæ Agnetis effoſſum.
Miſit Alexander Marchio Capponius.

FAMA REFERT SANCTOS DVDVM RETVLISSE PARENTES
AGNEN CVM LVGVBRES CANTVS TVBA CONCREPVISSET
NVTRICIS GREMIVM SVBITO LIQVISSE PVELLAM
SPONTE TRVCIS CALCASSE MINAS RABIEMQ. TYRANNI
VRERE CVM FLAMMIS VOLVISSET NOBILE CORPVS
VIRIBVS IMMENSVM PARVIS SVPERASSE TIMOREM
NVDAQVE PROFVSVM CRINEM PER MEMBRA DEDISSE
NE DOMINI TEMPLVM FACIES PERITVRA VIDERET
O VENERANDA MIHI SANCTVM DECVS ALMA PVDORIS
VT DAMASI PRECIBVS FAVEAS PRECOR INCLYTA MARTYR

In editis multa ſunt ex his emendanda.

1 *Grabedonæ,*
ad Lacum Larium.
Ex Tatti Annalibus Sacris.

AGRIPINVS
FAMVLVS XPI
COM. CIVITATIS
EPS HOC ORAT
ORIVM. SCTAE IVS
TINAE. MARTYRIS
ANNO. X. ORDINA
TIONIS SVAE. A FON
DAMENTIS. FABRI -
CAVIT. ET SEPOLTV
RAS. IBI. ORDENA
BIT. ET. IN OMNI
EXPLEBIT. AD. GLO
✠ DICABIT

Agrippinus iste Episcopus Comensis, circiter Annum Christi 586. floruisse creditur.

2 *Romæ, in Cœmeterio Gordiani.*
Ex Marangonio.

AGZAIDA
CLAVDIAINVS
VIXIT ANNIS
XVI

3 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti.*
Ex Boldetto.

AIETIO VALENTINAE COMPARI
SANCTISSIME QVE VIXIT ANNIS
XXXVIII. MEN. XI. DIES XXVI
BENEMERENTI IN PACE A. CONSTANTIVS
PIVS POSVIT

4 *Extra Romam, in Sancti Pauli.*
Ex Margarino.

LOCVS ALLIS PONTI IOVINI ET FLAVIE CVSTATIE IN CHRISTO
HIC REQVIESCIT IN PACE INNOCENS PETRVS QVI VIXIT ANNOS
DVOS DEPOSITVS D. VIII. IDVS SEPTEMB

Misit etiam P. Blanchinius, qui tamen primam tantummodo lineam legit, & quidem sic:
LOCVS ALLIS PONTI IOVINI ET FLAVIE C.

5 *Carpentoracte,*
ad tumulum Episcopi Airadi,
Lapis repertus in muro Sacelli
Mense Junio, Anno Christi 1712.
Misit Joseph Bimard de la Bastie Montis Seleuci Baro.
V. Clariss.

ARTVS AIRADI REDOLENT
VELVT VNCCIO NARDI
HIC PRESVL VERVS PARADISI
MVNVS ADEPTVS
PRIDIE SVB MARCI FINEM
SCITOTE KALENDAS
AMEN

Vivebat Airadus circiter Annum Christi 980.

6 *Romæ, in Cœmeterio S. Hermetis.*
Ex P. Lupo.

ΑΛΚΙΝΟΩΝ ΔΥΟ CΗΜΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΕ CΥΝΕΜΩΝ
ΤΡΕΙC ΔΩΔΕΧΕΤΕΙC ΠΙCΤΟΥC ΓΕΝΕΤΗ ΠΡΟΕΠΕΝΨΑ
ΙΧΘΥC
Γ

Ideſt:

Geminorum Alcinoorum Sepulcrum, Alexandrique Consanguineorum. Tres Duodennes Fideles Mater Præmisi. Piscis III.

ΙΧΘΥΣ, ideſt *Piscis*, uti perquam notum, literis suis indicat nomen *Jesu Christi Dei Filii Salvatoris*.

7 *In Urbe Gaditana,*
supra fores Ædis Sanctæ Mariæ.
E schedis meis.

ALEXANDRA CLARISSI
MA FEMINA VIXIT
ANNOS PLVS MINVS
XXV. RECESSIT
IN PACE
ERA DXXXIII
PROBVS FILIVS
VIXIT ANNOS
DVOS MENSES
. . . .
. . . .

Posita fuit hæc Inscriptio Anno Christi 495.

8 *Romæ,*
effossa in Cœmeterio Callisti, nunc Urbini.
Ex Boldetto.

ALEXANDRIAE
CONIVGI
SANCTAE
MASSVRIVS

9 *Ibidem, ex eodem.*

ALEXANDRO. FRATRI. BENEMERENTI. VOTVM
MERENTI. FRATRES. REDDIDERVNT. VIXIT. IN. CHRISTO
ANNIS XXXIII. DECESSIT. IDVS IVNIAS

1 *Romæ, in Cœmeterio S. Hermetis. Ex Marangonio.*

ALISGINI MEDICO
QVI VIXIT ANNIS. XX.
V. MINSIS SI. DIEBVS

2 *Interamnæ, juxta Sancti Andreæ. Ex Donio.*

ALTILIO. BONAE. MEMORIAE
QVI. VIXI. ANNVS. LXXIIII.
ET. MENSIBVS. TRES
ET. DIES. XII. IN. PACE
FILII. POSVERVNT. V......
AVGVSTI

3 *Romæ, ad S. M. ad Fontem Olei. Ex P. Lupo.*

AMANLIVS IN PACE QVI VIXIT
ANNOS N. XXV MARITO DVL
CISSIMO FECIT

Fortassis A. MANLIVS, aut AMANTIVS. Desideratur nomen Mulieris.

4 *Aquilejæ. Ex Philippo a Turre Episcopo Hadriensi.*

PARENTES. FILIAE
SVAE. INNOCENTISSIMAE
AMANTIAE. QVI. BIXIT
ANNOS. PLVS. M. VII. M. V
DEPOSIT. PRIDIAE
NONAS. IVLIAS. IN PACE

5 *Romæ, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

AMANTIAE CONIVGI DVLCISSIMAE BENE
MERENTI. DVM VIXIT ANN. XXXV.
M. VI. D. VIII. DEP. VI. ID. DEC.
IN ☧ PACE

6 *Ibidem, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

G. AMICOS ARTEMIDORO
FRATRI MERENTISSIMO
QVI. VI. IN SECV. ANN. XVII
IN PACE

7 *Calari, in Cœmeterio. Ex Bonfanto.*

BONE MEMORIE
INNOCENTI AMANTIO
QVI VIXIT ANNOS
VIII. DIES SEX
QVIESCENTI IN
SINVS ABRAHAE
ISAC ET IACOB
IN PACE XTI DMNI
P̄S. VIIII. KAL. IAN.

8 *Parmæ, in Cathedrali. E schedis Cyriaci, apud Philippum Stosch Baronem.*

AMBROSI QVID VIS. PATER HIC TVA MEMBRA QVIESCVNT
SED QVO QVESO TIBI MENS TVA CEPIT ITER
FILI MAGNA PETIS TAMEN HIC IN FINE PATEBVNT
CVM SIMVL ADDENTVR QVAE MODO SPARSA IACENT
EN PATER O FILI TRIVII QVO DOGMA RECESSIT
QVADRIVIIQVE SINVS DIVITIAEQVE TVAE
MI FILI SECRETA TACE. NON MVLTA LOQVARIS
VERBA FERENS MATVRVS ERIS FRENABIS ET IRAM
CEDE LOCVM NEC TVRPE REFER. MISEREBERE CVNCTIS
ATQVE MORI FAC MENTE HABEAS. NEC LAEDERE QVEMQVAM

TRIVII & QVADRIVII mentio satis prodit, spectare Inscriptionem ad Sæcula Barbarica, nempe post Annum Christi 600. Vix enim antea istarum vocum vestigia occurrunt. Uti Vossius, Du-Cangius, & alii animadverterunt, *Trivii* nomine significabatur Grammatica, Rhetorica, & Dialectica. *Quadrivii* vocabulo indicabantur Astrologia, Geometria, Arithmetica, Musica. Omnes hasce Artes *Ambrosius* iste calluisse credendus est. In tertio Versu pro HIC IN FINE scribendum HAEC IN FINE &c.

9 *Romæ, in Collegio Patrum Societatis Jesu. Misit P. Contuccius Contucci. Museo Kircheriano Præfectus.*

☧ AMERIMNVS
RVFINAE COIV
GI. CARISSIME
BENE. MEREN
TI. SPIRITVM
TVVM. DEVS
RE. FRI. GERET

10 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

AMIAS GORGONIO
COIVGI CARISSIMO
QVI BIXIT MECVM ANN
VIII. BENEMERENTI
IN PACE FECIT

11 *Ibidem, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex eodem.*

AMPHELIDI AVIAE PIENTISSIMAE QVE VIXI
ANN. CENT. DVO. VIDVA. ANN. XXX. ABVNDANTIA
NEPVS. D. D. D. III. NON. IANVARIAS. IN PACE

1 *In Cœmet. Romanis, ex Marangonio.*

Ibi Columba cum ramo viridi.

INNOCENS

AN FAMIDORO
FILIO DVLCISSIMO
QVI VIXIT. M. XI. D. III
DATVS ET ARMIDORA. PAR.
ET IN PACE

Ibi altera similis.

IN DOMINO

2 *Romæ, in Cœmet. Callisti. Ex Marangonio.*

DVLCIS ANATOLIA REFRIGERI

FRATER SORORI PRIMITIBE IN PACE

YSVNVM. IN PACEM. DEPOSITVS. III. NON. SEBTEN. BRE

3 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex Margarino.*

ANICO CAL.......
FRATRI QVI VIXIT
ANN. P. M. XXV.
ORENTIVS FRATER

An Christiana sit hæc Inscriptio, non liquet.

5 *Interamnæ, in Cœmeterio Valentiniano. E schedis Donii, misit Gorius.*

ANASTASIVS. ANDREAS. IOANNES. ET LEO
FILI. PATRI BENEMERENTI. ET. MEMORABILI
FECERVNT. IN. PACE
CLAVDILIO. PATRITIO. QVI. BIXIT
ANNIS LXVIII
ORA ς A ☧ ω

Ideſt: *Horâ Saxtâ.*

6 *Romæ, in S. Saturnini Cœmet. Ex Marangonio.*

DVLCISSIMO FILIO ANASTASIO
QVI VIXIT ANN. XVIII. IN PACE

7 *Ibidem, in Museo Eminentiss. Cardinal. Alexandri Albani.*

MIRE BONITATIS AC BENIGNITATIS ANNIE
BONIFATIE QVE VIXIT ANNIS PL. M. XX. QVE
FECIT CVM MARITO ANNOS V. M. VII. D. XIII. IN
PACE. FECIT MARITVS

4 *Romæ, in Sancti Nicolai in Carcere. Ex Illustriss. Fontaninio.*

✠ DE DONIS DI ET
SCE DI GENETRICI MARIE
SCE ANNE SCS SIMEON ET SCE
LVCIE EGO ANASTASIVS MA
IORDOMV OFFERO BOBIS PRO NATA
LICIES BESTRE BINEA TABVLVM
PP IN PORTV SEV
BOBES PARIA II IVMENTA SV PECORA
XXX. PORCI XX FVRMA DE RAME LIBRAS
XXVI. LECTV SISTRATV IN VTILITA
TE PBR SEV ALEO LECTO SITRA
TO AT MANSIONIONARIIS EQVI
SEQVENTIBVS

In Palatio Regum Gothicorum Italiæ dominantium, uti & Langobardorum, & Francorum, splendidissima ac prima Dignitas fuit *Major Domus*. Sed quum in Ordine Romano memorentur *Majores Domus Ecclesiæ Romanæ*: incertum prorsus est, quonam in Palatio ejusmodi munere functus fuerit ANASTASIUS iste. Equidem novi, in altercatione inter Ecclesias Arretinam & Senensem apud Ughellium occurrere *Ambrosium Majorem Domus* Liutprandi Langobardorum Regis. Attamen veri mihi videtur similius, Donatorem hunc Romanum, non Langobardum fuisse. LECTV SISTRATV est mihi *Lectus stratus*. FVRMA DE RAME pro *Forma ærea* usurpatum crederem: qua voce tamen quid signetur, nescio. Fortasse fuit Imago quædam.

1 *Romæ,*
in Basilica Sancti Clementis, non longe ab Amphitheatro Vespasiani.
Misit Illustriss. Henricus Henriquez Gubernator Campaniæ & Maritimæ.



FALLIMVR..
QVAM RETINET SAEVA MORS DICIONE SVA
QVAE RAPVIT FAMVLOS CLEMENTIS MARTYRIS APTOS
MEMBRA SIMVL QVORVM CONTEGIT HOC TVMVLVM
EST QVIBVS ANDREAS NOMEN CRESCENTIVS ATQVE
AMBO SACERDOTES ISTIVS ECCLESIAE
CARDINALIS ERANT AC ARCHIPRESBYTER ALMAE
PRIMATVM CAVLAE QVISQVE TENENS PROPRIAE
CANTV PERFECTI SAPIENTES ATQVE MAGISTRI
FLABRA DABANT FIDIS MVSICA DISCIPVLIS

A MIGR.............
VITAE SV.........
PRAEPHAT.........
CRESCENTI........
CARDIN............
M̂.............

Gemini isti viri in Clero Basilicæ Sancti Clementis Papæ & Martyris innutriti, ibique demum sepulturæ traditi, fuerunt *Cardinales* Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & *Archipresbyteri* in duabus Parochialibus Urbis. Vetustis enim temporibus iidem erant Parochi Romani, atque Cardinales. *Scholæ* quoque *Cantorum* præfuerant, discipulosque docuerant Artem pulsandi Organa pneumatica. Ante Annum Christi Millesimum floruisse mihi creduntur.

2 *Ibidem,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Boldetto.

A. VI. KL. SEPTEMBRES
ANIANVS DIDIMETI CO
IVGI SVE BENEMERENTI
SEPVLCRVM FECIT QVE
BIXIT ANNIS XXI. MESIS
DVO FECIT CVM COMPARE
SVO ANNIS XII. DIES. V
REQVIESCIT IN PACE

3 *Ibidem,*
in Cœmet. Gordiani.
Ex Marangonio.

ANICETVS ET CERTA
PARENTES. NVNE
CHIAE. INFANTI
DVLCIS. SIMAE
QVAE VIXIT. M. VII
D XVI

4 *In Oppido Sancti Marci.*
Misit Ignatius Maria Como.

ANICIA COMA COMINO FILIO SVO
B. M. FECIT. QVI. BIX. ANN. VIII. M. III. H. IV
DEPOSIT. III. KAL. IANVARIAS

5 *Romæ,*
in Cœmet. S. Saturnini.
Ex Marangonio.

ANNA QVE VIXIT ANN. XVIII. M. III.
DIES XVIII. B. M ☧ IN PACE

6 *Ibidem,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

ANNIBONIVS FECIT SIBI ET SVIS
LOCVM HOMIBVS N VIII IN FRO FORMAS
ECTON EMON PANTON TVTO EMON

Ideſt, ut opinor:

Erit meorum omnium: hoc verò meum.

Videtur hic locum paraſſe HOMIBVS pro *Hominibus numero octo in fronte Formæ*. Contiguâ in ſede ſuum ſibi conſtituit ANNIBONIVS iſte.

7 *Genevæ,*
fragmentum epitaphii Anſegiſi Epiſcopi Genevenſis.
Miſit Bimardus.

NON MERITIS PRECOR VIV
PRAEVALEAT PIETAS QV
ET QVICVMQVE LEGIT E
SIMQVE SVIS PRAECIBVS F
ADSIS ALMIFICVS VICTOR
PERPETVIS VALEAM
ANSEGISVS ERAM P
SIS MEMOR IPSE MEI

Diem ſuum obiit Anſegiſus Epiſcopus Genevenſis Anno Chr. 840.

1 *Vercellis.*
Misit Franciscus Rogerius Canonicus Vercellensis.

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI AMEN
SACERDOS CHRISTI HOC TVMVLO ANSELBERTVS CONSEDIT
AMATOR IVGENIO BENIGNVS QVIESCIT IN VRNA
QVEM PVRA ORNAVIT FIDES ET GRATIA SEMPER
HIC PIETATE BONVS SAPIENS ET MENTE BENIGNVS
NAMQVE TALIS FVIT DIGNVS, QVI SEDIBVS ESSET
AETHEREIS REGNIS KAL. MAII OBIIT ANSELBERTVS
PRAESVL ET VITA TOTIVS ECCLESIAE QVI HIC REQVIESCIT

Si Ughellio fides, *Anselbertus* iste Vercellensis Episcopus floruit circiter Annum Christi 754. Illius Epitaphium quæsivit, at minime invenit idem Ughellius. En ipsum.

2 *Belignæ, in agro Aquilejensi.*
Misit Canonicus Bertoli.

SVMVS V̄ ME BONV̄ D̄S E ... S ACCIPE DONV̄
PATRIAGVE ANSFREDI

Neque in Aquilejensium, neque in Gradensium Patriarcharum Catalogo occurrit quispiam *Anfredus*. Tantummodo circiter Annum Ch 950. *Engelfredus* Aquilejensi Ecclesiæ præfuit. Sit-ne is idem cum *Ansfredo*, an quisquam Patriarcha hactenus nobis ignotus, decernat qui potest. Certe heic una cum PATRIAGVE, seu *Patriarchæ*, jungendum videtur nomen *Ansfredi*. Animadverte etiam versum Leoninum.

3 *Romæ,*
apud Marchionem Capponium.
Ex P. Lupo.

ΑΝΤΙCΘΕΙΑ ΠΙC
ΤΗ. ΦΗΚΙΤ. ΜΑ
ΡΕΙΤω ΜΕω
ΚΑΝΙω ΚΟΔΡΑ
Τω ΔΤΛΚΙCCΙ
Μω. ΕΤ. ΦΕΙ·ΛΙ
ΑΙ. ΚΛΑΤΔΕΙΑΙ
CΑΒΕΙΝΑ·Ι ΚΑ
ΡΙCCΙΜΕ

Ideſt:


Antistia Fidelis Fecit Marito Meo Canio Codrato Dulcissimo, Et Filiæ Claudiæ Sabinæ Carissimæ.

4 *Ibidem.*
in SS. Martini & Silvestri.
Misit P. Blanchinius.

LOC ANTONINI QVEM
SE BIBVM COMPARAVIT

5 *Ibidem,*
in S. Mariæ Transtiberim.
Ex eodem.

ANTONIAE FILIAE DVLCISSI
ME PAREN TES IN PACE
QVAE VIXIT ANNIS IIII
MESES VIIII D. XX. IN PACE



Habes heic Palmam & Coronam. At quis puellam nondum quinquennem inter Martyres referre audeat? Hac de re multa disserui in *Antiquitat. Italicar.* Dissertatione LVIII.

6 *Ibidem, in S. Martini in Montibus.*
E schedis Donii, misit Gorius.

LOC ANTONINI QVEM SE BIBVM COMPARAVIT HIC REQVIESCIT
PRISCVS QVI VIXIT AN LX. DEP IN PACA III KAL OCTOBRIS

7 *Extra Romam, in Sancti Pauli.*
Ex eisdem schedis, misit idem.

QVISQVE LEGIS TITVLVM. SOLEN
CONTINET ANTONI TVMVLVS HIC MEMBRA
NAM QVOD ES. ISTE FVIT QVONIAM
TELLVS ET CELVM PONTVS SET ET OMĪA MECVM
ILLIVS MISERERE VIVENS SPIRAM
FLEBILIS ANTONI FRATER
PES COSMI PETRVS PAVLVS CV

1 *Romæ,*
in Cœmeterio Gordiani.
Ex Boldetto.

DVLCI. S ANTONIO. KARI. SSI. MO. SED. VERO. DVLCIS
SIMO FILIO SIMO. FILIO ANTONIV. BITANT. AL. VXV
POS. VIT RIAT. VA. ANTO. NI. VBI TANT. E DELICIAE
T. VAE. ANTONI. TAVTA. FOTINVS PATER SVO

Ideſt:

*Antonio Kariſſimo Sed Verè Dulciſ-
ſimo Filio Antoni, Ubi Tanta Luxu-
ria Tua? Antoni, Ubi Tantæ Deliciæ
Tuæ? Antoni iſta Photinus Pater Suo
Dulciſſimo Filio Poſuit.*

2 *Ibidem,*
in Cœmeterio Prætextati, ex Marangonio.

ANTONIVS QVI VIXIT PLVS MINV
S ANNOS XXV. FECIT COIVX CESQVENTI IN
PACE DEPOSITV PRID. KL. IVLI

3 *Ibidem,*
in S. Cæciliæ.
E ſchedis Donii miſit Gorius.

QVI. IACET. ANTO
NI. DIO TE GVARDI
ET. IACOBA. SVA
VXOR



4 *Ibidem.*
Ex eiſdem.

MADOÑA IVVAÑA VX
OR DE CECHO DELLA SIDIA



5 *Ibidem,*
in S. Blaſii ſub Capitolio.
Ex eiſdem.

ITE DELLA DICTA ECHIESIA




Tria hæc Epitaphia legere neminem pigeat, non vetuſtiſſimis quidem Sæculis, ſed iis tantùm compoſita, quibus Lingua Vulgaris Italica ex Latina emergebat. Intermixtas heic vides Italicas, & Latinas voces, atque intelligis, quo pacto ex *Eccleſia* primo prodierit *Echieſia*, tum *Chieſia*, denique *Chieſa*. Candelabri figura Judæos homines indicare conſuevit. Attamen tituli iſti ad Chriſti Fideles ſpectare videntur.

6 *Calari, in Cœmeterio.*
Ex Bonfanto.

AVLA MICAT VBI CORPVS BEATI SANCTI
ANTIOCI QVIEBIT IN GLORIA
VIRTVTIS OPVS REPARANTE MINISTRO
PONTIFICIS XPI SIC DECET ESSE DOMVM
QVAM PETRVS ANTISTES CVLTVS SPLENDORE
NOTABIT MARMORIBVS TITVLIS
NOBILITATE FIDE DEDICATVR
XII. KAL. FEBRV.

Quo tempore floruerit Calaritanus iſte Epiſcopus, ſive Archiepiſcopus, Eruditi Sardi nobis ediſſerant.

1 *Calari, in Cœmeterio.*
Ex eodem.



B. M. ANTONIVS
APPELLES EXITVM
FECIT VENVSTAE
CONLIBERTAE SVA
E VIXIT ANNI XI

Uti in Antiquitat. Italicar. Dissertatione LVIII. monui, Bonfantus ex Inscriptione ista, & ex aliis quamplurimis, in Sardinia effossis, *Martyrem* Christi exsculpsit: literas illas B M. interpretatus *Beatus Martyr*. Nihil est, quod supinum hominis errorem heic ultra attingam. In ejusmodi monumentis B. M. nihil aliud est, quàm *Bonæ Memoriæ*, aut *Bene Merens*, seu *Bene Merenti*, ut omnes norunt. Heic verò Anchora symbolum est Christianæ Spei, ut in alis istiusmodi lapidibus.

4 *Ibidem,*
in Cœmeterio Gordiani.
Ex eodem.

Α Π Ε Γ Ε Ν Ε Τ Ο Α Φ Ρ Ο Δ Ι C I C
Ζ Η C Α C Ε Τ Η I I I. Μ Η Ν Α C Θ
Η Μ Ε Ρ Α C Κ
Μ Η Λ Τ Π Ο Τ Τ Ε Κ Ν Ο Ν Ο Τ
Λ Ι C Α Ο Ν Α Τ Ο C

Ideſt:

Deceſſit Aphrodiſius
Qui Vixit Annos III. Menſes IX.
Dies XX.
Ne Contriſtere, Fili. Oblivioni Non
Tradêris natus.

8 *Romæ,*
in Cœmeterio S. Thrasonis.
Ex Marangonio.

M. APRILIS
SORORI MERENTI
DIANESI. Q. V. AN. XXXV
M. VIII. D. IIII. ID. AVG

9 *Ibidem,*
in Cœmeterio S. Hermetis.
Ex Marangonio.

AQVISITE BENEME
RERENTI ALVMNE MERE
NTIQVE VIX. AN. IIII. M. V

2 *Romæ,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

ANTONIO PRIVATO QVI VIXIT ANIS
LXXIII ⳩ MENSIBVS IIII. DIEBVS. X
ANTONIVS PRIVATVS PATRI BE
NEMERENTI FECIT

3 *Ibidem.*
Ex Marangonio.

ANXIVS METRODO
RVS XI KLE VI
ANFIONIS ANIMA·
DVLC.

5 *Ibidem,*
in S. Cæciliæ Transtyberim.
Misit P. Blanchinius.

APENI ANIMAE DVLCI
FECIT IVSTVS

6 *Ibidem,*
in ædicula Johannis VII. Papæ,
olim adjunctâ Basilicæ veteri Vaticanæ.
Ex Donio.

LOCVS. QVEM. EMIT. SE. . . . .
FILIA. EIVS. APOLLINARIA . . . .
IVLIAS. DIE. LVNIS. POS

7 *Nolæ, in Basilica.*
E Francisco Blanchinio.



HIC REQVIECIT APOL
LONIA SACRA VIRGO
DOM. SOROR LEONIS. EPISC. VIX. ANN
PL. M. LXXV. DEPOST........
SEXXIES. P. CONSVLATVM..........

10 *Ibidem,*
in Cœmeterio Prætextati.
Ex eodem.

Α Ρ Α Β Ι Ω Ν
Ε Ν Θ Α Δ Ε Κ Ε Ι Τ Α Ι
Ε Τ Ω Ν Ι Θ ·Η Ε Ι Δ Ω Ν Ι Ο Τ Ν Ι Ω Ν

Ideſt:

Arabion heic jacet Annorum XIX.
VIII. Idus Junias.

11 *Ibidem,*
in Cœmeterio S. Hermetis.
Ex Marangonio.

ASELLE CAIGNOS
PALVMBA SINE FEL
QVE VIXIT ME
SES. X D. XXI. ⳩

1 *Romæ,*
In Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

APOLONIVS SVMPLICIVS
QVI BIXIS ANNIS XII
MENS XXXς I PARENTES
BENEMERENTI FECIT

Ideſt *Menſes XXXVII.*

2 *Ibidem, in ædibus Barberinis.*
E ſchedis Ptolomeis.

APRILENTI BENEME
RENTI FECIT PATER

3 *Ciceræ,*
in Vico Ripariæ Sancti Julii Diœceſis Novarienſis,
marmor Româ advectum
cum corpore viri, reputati Martyris.
Miſit Lazarus Auguſtinus Cotta.

APRŌ BENEMERENTI
QVI VIXIT ANNIS XXXIII

4 *Romæ,*
in Collegio PP. Soc. Jeſu.
Miſit P. Contuccius Contucci.

APVLEIA DONATA
QVE VIXIT ANNIS N XXS
CVM VIR FECI ANN
V. M. ET DIES QVINQVE
IN PACE

5 *Florentiæ,*
lapis effoſſus An. Ch. 1736.
in S. Felicitatis.
Miſit Antonius Franciſcus Marmius Eques.

HIC REQVI
ESCET. AQVILIA
VALENTINA. QVAE
VIXIT ANNOS P M
IIII. DI. VIII. DES
SVB D XVIII KA
DECEMBRIS I
PACE

6 *Romæ, ad S. Mariæ Trans Tiberim.*
Ex P. Lupo Soc. Jeſu.

ARGENTILLVS BENEROSE CC
IN PACE

CC. Ideſt CONIVGI.

7 *Ibidem, apud Johannem Petrum Stephanonium.*
Ex Donio.

ARISTIVS RES
TVTVS BENE
MERENTI IN
XRISTO IN PA
CE ANIMAE
DVLCIS

8 *Vaprii, in agro Mediolanenſi.*
Ex Mabillonio.

HIC REQVIESCIT
IN PACE B̄. M̄. ARIVKL. V. H
QVI VIXIT IN SAECVL.^{S} ANN.^{S} PLVS
MINVS V. DEPoS. SVB DIE XVIII. KL.^{S}
HOCTVB.^{S} IND. VIII. K̄ĒĒL̄.^{S}

Nomen iſtius V. H. ideſt *Viri Honorabilis* (Langobardicum potiùs, quàm Gothicum) fuiſſe videtur ARIVLFVS, aut ARNVLFVS. Poſtremæ Literæ K̄ĒĒL̄.^{S} fortaſſe ſignifiiant *Kyrie Eleiſon*, ideſt *Domine Miſerere.*

9 *In oppido Arſagi agri Mediol.*
in B. Mariæ del Monticello.
Miſit Philippus Argelatus à Secretis Cæſaris.

B ☧ M
✠ ARNVLFI CORPVS TVMV
LO CONCLAVDTVR ISTO
CVIVS ABANTIQVIS CLA
RA P PAGO FVIT
DILEXIT PACĒ LITES
ET IVRGIA SPREVIT
ET SIBI LAETITIA SEMP
AMICA FVIT
ANNOS BIS DENOS ET LV
TRVM VIX IN ÆVO
HINC VITA ECESSIT
SIDERA CELSA PETENS
HEC QVI CVM QVENIS LEC
TVRVS SCRIPTA VIATOR
ISTIVS ANIME DC MSERERE DS
OBIIT ANNO INCRNTIONS DN NRI
IHV XPI · DCCC · XCIII · DE
XII · MEN APRIL · INDIC X

10 *Politiani.*
Ex P. Lupo.

SEX. ARRI. CEZTES

11 *Romæ,*
in S. Martini in Montibus.
E ſchedis Donii, miſit Gorius.

ASELLVS QVI BIXET A
D XI DEPOSITVS
IN PACE

1 *Romæ, in Museo Albano. Ex Illustriss. Fontaninio.*

ASELLV BENEMBERE
NTI QVI VICXIT ANNV
SEX MESIS OCTO DIES
XXϚII

Ideſt *Dies XXVIII.* Viſuntur ibi Capita Sanctorum Petri & Pauli cum monogrammate
Pro *Benemerenti*.



2 *Calari, in Cœmeterio. Ex Bonfanto.*

✠ HIC IACET B. M. ASTERIV
MINVS XXX. DEPOSIT
Ϛ. KAL. FEBRVARIA
✠ HIC IACET B. M. ZENZI
MN. XX. QVIEBIT IN PACE
✠ HIC IACET BM MARIA QVE VI
SIT ANN. PLVN XL. QVIEVIT
IN PACE ID AGS

Ϛ. KAL. ideſt *Sexto Kalendas* &c. PLVN pro PLVS MINVS. Poſtrema verba ID AGS ſignificant *Idus* aut *Idibus Auguſti*.

3 *Romæ, in Cœmet. Calliſti. Ex Marangonio.*

ASELLO ☧ IN PACE
QVI VIXIT. ANNV
DECESSIT. VI. KAL. NOB. IN PACE

4 *Ibidem, in Cœmeterio Prætextati. Ex Marangonio.*

EX. SIBIT. D. VIII. KAL. MAIAS
IVS ☧ TVS ASELLVS IN PACE K
AL ENDAS FEBRVARIAS NAT
VS SEPTIMV DECEM. V. KAL

EXSIBIT pro EXIVIT.

5 *Ibidem, in S. Pancratii. Miſit P. Blanchinius.*

ASINIVS PB TIT SCI MARCI
LOCV SE BIBO CO......

6 *Ibidem, in Sancti Nicolai in Carcere. E ſchedis meis.*



ASSVRIVS
IN PACE
ONESIMVS
FRENE

Fortaſſis ET IRENE

7 *Calari, in Cœmeterio. Ex Bonfanto.*

✠ HIC IACET B. M. ASVINA
QVE BIXIT AN. PL. M. XV
REQVIEBIT Ϛ. KS. IVN
INDICT. Ϛ I.

Ideſt *Sexto Kalendas Junias, Indictione Septimâ*.

8 *Romæ, in Cœmeterio Calliſti. Ex Boldetto.*

ASVRIO VICTORI FILIO DVLCISSIMO BENE
MERENTI. QVI VIXIT ANNIS IIII. MESES
II. DIES XXV. DORMIT IN PACE. DECESSIT
XI. KAL. APR. DEPOSSONE X. KAL. APRI





DEPOSSONE pro *Depoſitione*.

1 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex Margarino.*

HIC QVIESCIT ATA
NAGIVS REGINVS
QVI VIXIT ANNOS
......IN PACE

2 *Romæ, apud Marcum Milesium. E schedis Donii, misit Gorius.*

ATEILAE QVE VI
XIT MENS. V. ET. D. XXVII
BENEMERENTI IN PACE
DEP X KAL SEP

3 *Ibidem, in Cœmeterio SS. Thrasonis & Saturnini. Ex P. Lupo.*

ΑΘΗΝΟΔΩΡΕ ΤΕΚΝΟΝ ΤΟ ΠΝΕΥ
ΜΑ COY ΕΙC ΑΝΑΠΑΥCΙΝ

Idest:

Athenodore Fili, Spiritus Tuus In Requiem.

4 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex Margarino.*

MIRARIS AMICE
E SVNT COMMVN
ATIANVS EGO CO
ELIS TOTV DEREL

Fragmentum lapidis videtur, e quo exciderunt voces aliquot.

5 *In Monasterio Leonensi, agri Brixiani. Ex Paulo Galeardo Canonico Brixiano.*

B. M.
ATTIAE. INNOCENTIAE
SVMMAE
CASTITATIS AC SAPIENTIAE
FEMINAE QVAE
VIXIT AN. P. M. XLIII.
M. VIIII. D. IIII. IVL. AVGVSTI
NVS SVBDIAC. CONIVGI
DVLCISSIMAE CVM QVA
VIXIT AN. VIII
M. II. D. XX. CONTRA VOT
B. M. M. P.

Subdiaconum conjugatum heic habes. Sed is fortasse carnis commercio renuntiaverat.

6 *Romæ, in Cœmeterio Callisti. Ex Marangonio.*

ATTICE SPIRITVS TVS
IN BONV ORA PRO PAREN
TIBVS TVIS

7 *Ibidem, in Cœmeterio S. Saturnini. Ex eodem.*

ATTICVS SATVRNINO FRATRE
BENEMERENTI POSVIT



8 *Ibidem, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

ATIVS CRECVS ATTIVS GAIVS
PATRI BENEMERENTI FECIT IN PACE

9 *Ibidem, ex eodem.*

CASTITATIS PVDICITIAE ATI
LIAE FECIT VICTOR VIRGINIAE
SVAE QVI VIXIT CVM AEO ANNIS XIII.

Vocabulum VIRGINIAE heic æquipollet alteri *Conjugi*, ut sæpe infra monebo.

10 *Ibidem, in Cœmeterio Prætextati. Ex Marangonio.*

INNOCENTI FILIO SVO
AVCVPI FECI QVI BIXIT
(*sic*)
ANIS DVO N. N VIIII DIE XIII
RER IDVS SEP

11 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini. Ex eodem.*

ANIMA DVLCIS. AVFENIA VIRGO
BENEDICTA Heic imago QVE VIXIT. AN. XXX
DORMIT. IN. Mulieris manibus expansis. PACE

Literæ & Imago in marmore erant auro illitæ. Ex Vasculo apposito reputata fuit Martyr.

12 *Ibidem, in Cœmeterio S. Urbani. Ex P. Lupo.*

AVGENDE. SPIRITV
CVM IREN



1 *Romæ,*
in Cœmeterio SS. Thrasonis
& Saturnini.
Ex P. Lupo.

AVGVSTE IN
BONO REFRI
GERES DVLCIS





In prima linea Marangonius legit AVGVSTVS.

2 *Ibidem,*
in Sanctæ Agnetis.
Ex Sirmondo.

HOC AVGVSTE QVIDEM TVMVLO TVA MEMBRA TEGVNTVR
SED NVMQVAM MERITVM PARVVLA CLAVDIT HVMVS
CORPVS HABET TELLVS ANIMAM CAELESTIA REGNA
SIC SEDES PROPRIAS SINGVLA RITE TENENT
DEVOTVS DOMINO VIXISTI CORDE FIDELI
PRESBYTERI OFFICIVM SVB PIETATE GERENS
LARGVS PAVPERIBVS DIVES TIBI CARVS AMICIS
DIVINA LEGIS IVSSA VERENDA COLENS
ET FELIX TANTO LAVDVM CVMVLATVS HONORE
PERPETVIS MERITO IAM FRVITVRE BONIS

In octavo Versu pentametro legendum puto DIVINÆ LEGIS.

3 *Ibidem, in Cœmeterio Prætextati.*
Ex Marangonio.

LOCVS AVGVSTI
LECTORIS DE BELA
BRV

Idest *de Velabro*, Loco nempe Urbis.

4 *Ibidem.*
Ex eodem.

AVGVSTINVS IN PACE
ROMAN ☧ SABINVS
ALEXANDRA IN PACE

5 *Ibidem.*
in Cœmeterio Sancti Thrasonis.
Ex Marangonio.

BONE MEMORIAE. AVR
CASTORIAE. QVAE. VIXIT ANN. XXX
ET DIES XXIV. DORMIT IN PACE

6 *Ibidem,*
in Cœmeterio S. Saturnini.
Ex eodem.

AVRELIA
FELICISSIMA
QVE VIX. ANNIS
XXX. D. XIIII. KAL
OCT

7 *Ibidem,*
in pavimento Ecclesiæ Sanctorum IV. Coronatorum.
Ex Donio.

AVRELIA LEGITIMA VNIVIRA
QVE ABVIT. BIRCINIVM
XVI. KAL. MAR. IN PACE

Idest: *Quæ nupta fuit Virginio*, quod nomen proprium-ne Mariti fuerit, an *Maritum* tantummodo pro more significet, decernere non ausim.

8 *Ibidem, in Hortis Ludovisiis.*
E schedis Ptolomeis.

VNICI EXEMPLI ADQVE
EGREGIAE CASTITATIS
FEMINAE AVREL. IVSTAE
C. MAECIL. CANDIDIA
NVS. V. P. VIRGINIAE SVAE
CVM QVA VIXIT ANN
XXXI. OB EIVS ERGA SE AD
FEC. SIBI ET AVREL. IVSTAE SYN
CRYTIVS MATRI PIISSIMAE ET
SVI AMANTISSIMAE IN PACE

VIRGINIA, ut rursus moneam, appellabatur *Conjux*, vel blanditiarum caussâ, vel quod Virgo traducta fuerit.

9 *Aquilejæ,*
in Sancti Felicis.
E schedis Farnesiis.
Misit etiam Comes Beretta.

AVRELIAE. ANIMAE. DVLC
QVAE. VIXIT. IN. PACE
ANNIS. IIII. MENSIB
VI. DIEBVS. XXIIII
AVRELIVS. ET. PRIMA
PARENTES. FILIAE
DVLCISSIMAE. FECERVNT

10 *Romæ, in Villa Carpinea.*
Ex Boldetto.

AVR. AGAPETILLA
ANCILLA. DEI. QVE
DORMIT. IN PACE
VIXIT. ANNIS. XXI
MENSES. III. DIES. IIII
PATER FECIT

Sanctimonialis hæc fuit.

1 *Romæ, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

AVRELIA AMANTIA FECIT SIBI ET
COMPARI SVO QVI FECIT INTER
ILLA ANNOS XII

2 *Ibidem, in Cœmet. Gordiani. Ex Marangonio.*

AYPEΛIA
BENERIA DVRMAT
EN PAKAI





PENTVRVS

3 *Gradi, in Templo maximo. E schedis Farnesiis, & Capponiis.*

AVRELIA. EVSTOCHIA
VIXIT. ANN. II. MENS. X. DIES. XVIII.
CVIVS. PATER. K. SEPVLTVRAE
TRADIDIT
NATA. EST. DIE. VENERIS. HORA. XI.
EO. DIE. DEFVNCTA. EST
HORA. SECVNDA. DIE. VENERIS
I. S. B. IOVINA
QVAE. VIXIT. ANNOS. III. IOVINVS
N. A. XI. M. III. D. VI
REQVIESCIT. IN. P.

4 *Romæ, in Cœmeterio S. Saturnini. Ex Boldetto.*

AVRELIE FI
LVMENETI
FLAVIVS TERENTI
VS CONIVGI SVAE

5 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti. Ex eodem.*

AVR. MAXIME. PIENTISSIME. ET. DVLCISSIME
QVAE. VIXIT. ANNVM. ET. MENS. III. ET. D.XXIIII
DEPOSITA III. KAL. IN PACE

6 *Ibidem, in Cœmeterio Sancti Hermetis. Ex Marangonio.*

AVRELIAE
SECVNDI
.NE QVE ET LV
TICVRRIA PO
SVIT FELICISSI
MVS COIVX

7 *Ibidem, in Cœmeterio S. Saturnini. Ex eodem.*

AVR MARIN
A POLICRO
NIO BENE
MERENTI
IN PACE

8 *Ibidem, ex eodem.*

AVRELIA
MAXIMINA SE BIBA
FECIT SIBI IN PACE

9 *Ibidem, in Museo Albano. Misit Blanchinius.*

AVRELIA
SVSILLA
MATER
FECIT FILIAE ☧
MATERNE
IN PACE
☧

10 *Ibidem, ex P. Lupo.*

(*sic*)
AVRELIA. VICTORA. QVAE. VIXIT. A
AVRELIVS. BASSVS. COIVGI
CVN. QVEN. VIXIT. ANNIS. VII. M
IN PACE

11 *Mediolani, in Sancti Francisci. E schedis Cicereji.*

M . M
AVRELIAE VITALIAE MATRI
PIISSIMAE QVAE VIXIT ANNIS XL
IVLIANAE CONIVGI SANCTISSIMAE QVAE
VIXIT ANNIS XX. ET DOMNINAE
SORORI QVAE VIXIT ANNIS II.
AVRELIVS EVSEBIVS CONTRA VOTVM
FIDELES PAVSANT

Ad Christianas feminas spectat Inscriptio. Proinde nemo subscribat Alciato, interpretanti M. M. *Malis Manibus*. Credo ego *Memoriæ*, aut *Monumenta*. Gruterus pag 1050. num. 9. hanc non satis emendatam produxerat.

1 *Extra Romam, in Basilica Sancti Pauli. Ex Margarino.*

AVRELIA ZENONINA
FECIT SIBI SE VIVA

Misit etiam P. Blanchinius Presb. Orat., qui tamen præponit 

2 *Ibidem. Ex eodem Margarino.*

AVRELIANA H F
DEPOSITA V. IDVS IVLIAS POS CON.

. . . .

Literæ H. F. significat *Honesta Femina.*

3 *Florentiæ, in Museo Riccardio. Ex Gorio V. Cl.*

AVRELIANO IN
SAPIENTIAE FIL
IN SEC. ANN. III. N

INSAPIENTIAE scriptum pro *Insipientiæ*: Clarifs. Salvinius pro *Filio insipienti*, seu *stulto* vocabulum hoc accepit. Mihi creditur ita appellatus puer pro *Filio Christianæ Religionis*, seu *Crucis*, quæ Gentibus *Insipientia*, seu *Stultitia* videbatur secundùm Apostolum in I. ad Corinth. Cap. primo & sequentibus.

4 *In Basilica Nolana. Ex Blanchino.*

 DPS. SANC. M. DMN. AVRELIANI EPIS. IN PACE QVI BIXIT ANNS
PL M LXXX SEDIT ANN XXVIII DEP. ES. OCTABV. KAL. AVG.

5 *Romæ, in Cœmeterio Prætextati. Ex Marangonio.*

ΑΤΡΑΙΛΑΝΟC
ΠΑΦΛΑΓωΝ ΘΕ
ΟΤ ΔΟΤΛΟC ΠΙCΤΟC
ΕΚΟΙΜΗCΕ ΕΝ ΕΙΡΙ
ΝΗ ΜΝΗΘΗ ΑΤΤΟΤ Ο
ΘΕΟC ΕΙC ΤΟΤC ΑΙωΝΑC

Ideſt:

Aurelianus Paphlagon
Dei famulus fidelis
Dormit in pace. Re-
cordetur ipsius Deus
in sæcula.

6 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

CESQVE IN PACE	☧	DINOPARI FILI FCERVT

In aversa parte lapidis.

ΑΤΡ. ΑΙΛΙΑΝΟC
ΠΑΦΛΑΓωΝ ΘΕ
ΟΤ ΔΟΤΛΟC ΠΙCΤΟC
ΕΚΟΪΜΗΘΗ ΕΝ ΕΙΡΗ
ΝΙ. ΜΝΕCΘΗ ΑΤΤΟΤ Ο
ΘΕΟC ΙC ΤΟΤC ΑΙΩΝΑC

Ideſt:

Aurelius Ælianus
Paphlagon, De-
i Servus Fidelis,
Obdormivit In Pa-
ce. Recordetur Illius
Deus In Sæcula.

7 *Ibidem. Ex eodem.*

AVRELIO AGAPITO DRACONTIO. EQ. R.
CONIVGI DVLCISSIMO ADQVE INCO
NPARABILI QVI VIXIT MECV ANNIS
XXX. SINE VLLA QVAERELLA. AVRELI
A AMAZONIVS FECIT QVIESCEN
TI IN PACE OMNIBVS AMI
CVS OMNIBVS
CONVICTOR
BONVS

8 *Ibidem, in Cœmeterio S. Thrasonis. Ex Marangonio.*

AVRELIVS AGAPITVS ET AVRELIA
FELICISSIMA ALVMNE FELICITATI
DIGNISSIMAE QVAE VICXIT
ANIS XXX. ET VI
EPPETE PROCEISNIANVS CONIVGEM

Ideſt: Et *Pete pro Ceisniano Conjuge*, sive roga Deum pro eo.

9 *Ibidem, in Cœmeterio Pentiani. Ex Comite Malvasia.*

AVRELIVS ANTIGONVS SIBI. ET
BENEDICTAE CONIVGI SE VIVO
BENEMERENTI IN PACE FECIT

1 *Romæ, in pavimento Sancti Salvatoris in Curte. Ex Donio.*

AVR. APION. ERMOPOL..........
QVI VIXIT AN. XXXXVI. ME......
DEPOSITVS. KAL. DECEMBRIB.....
IN PACE

2 *Pisauri, apud Episcopum Oliverium. Ex N. V. Hannibale Oliverio.*

AVR. BERINVS VLPIAE CANDIDIE COIVGI
SVE BENEMERENTI FECIT IN PACE ANNORVM XXXV



3 *Romæ, in Cœmeterio Gordiani. Ex Boldetto.*

ΑΤΡ. ΚΛΑΤΔΙΑΝΟΣ
ΣΕΜΝΗ ΣΤΜΒΙω
ΓΛΤΚΤΤΑΤΗ

Ideſt:

Aurelius Claudianus
Honestæ Conjugi
Dulcissimæ.

ΣΕΜΝΗ, seu *Semne*, num proprium hujus Feminæ nomen?

4 *Ibidem. E schedis meis.*

AVREL. CVTTINI. QVE VIXIT AN. XXVII
DIES XXX. REQVIESCIT IN PACE

5 *Ibidem, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

AVR. DIONYSIVS. AVRELIAE
SVRINE COIVGI BENEMERENTI
IN PACE

6 *Pisauri, ex Cœmeterio Romano Commodillæ. Ex Oliverio.*

AVRELIO ERCVLIO IN PA
BENEQVENTI
QVI VISSIT ANNV. ET MESIT Q. ☧

7 *Florentiæ, apud Donios. Ex Gorio.*

AVR. EVBODIVS ET
AVR. RVFINIANE
PARENTES FILIO
DVLCISSIMO. EV
BODIO. QVI. VIXIT
AN. XVIIII. MESS
VIII. BENEMEREN
TI. IN. PACE

9 *Romæ, in Cœmeterio Prætextati. Ex Marangonio.*

AVR. FILERVS. QVI BIXIT
ANNIS. XVI. MESES. II. D X
IN PACE

10 *In Cœmet. Romanis. Ex Marangonio.*

IN PACE
AVRELIO. FELICI. QVI. BIXIT CVM COIVGE
ANNOS. X. M. III. DVLCIS IN COIVGIO
BONE MEMORIE BIXIT. ANNOS. LV
RAPTVS ETERNE DOMVS. XII. KAL. IENVARIAS

8 *Romæ, in Sancti Sebastiani. E schedis meis.*

AVRELIVS EVCENIVS IN PACE
AVRELIA BEROSA IN PACE

EVCENIVS pro *Eugenius*. In exscribendis vetustis lapidibus facile G apparet C.

11 *Ibidem, in Cœmeterio Sanctæ Agnetis. Ex Boldetto.*

SOMNO AETERNALI
AVRELIVS GEMELLVS. QVI. BIXIT ♡ AN. III.
ET. MESES. VIII. DIES. XVIII. MATER. FILIO
CARISSIMO. BENAEMERENTI. FECIT. IN PACE
CONMANDO BASSILA. INNOCENTIA. GEMELLI

Christiana Inscriptio est, in quam tamen ex Ethnicismi consuetudine irrepsit *Somnus Æternalis*; a qua phrasi abhorret Christi Religio. CONMANDO num pro COMMENDO?

1 *Romæ,*
Ex Cœmeterio S. Saturnini, nunc ad S. Mariæ Trans Tiberim.
Ex P. Lupo.

ΑΤΡΗΛΙΟϹ ΕΙΜΕRΙS ΜΕΤΑ ΤΟΥ ΤΙΟΥ ΜΟΥ ΖΗΘΟΥ
ΕΠΕΙΔΗ ϹΤΝΕΖΗϹΕΝ ΜΕΤ ΕΜΟΥ ΤΟΥ ΑΝΔΡΟϹ
Η ϹΤΡΑΤΟΝΕΙΚΗ ΝΕΟΦΥΤΑ ΕΞΕΛΘΕΝ ΕΚ ΤΟΥ ΚΟϹΜΟΥ
ΕΑΥΤΗϹ ΚΑΛωϹ ΚΑΙ ϹωΦΡΟΝωϹ ΕΤΙ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ



ΚΑΙ ΚΑΤΕΘΑΙΜΗΝ ΙϹ ΤΟ ΑΓΕΙΟΝ ΜΑΡΤΥΡΙΝ ΕΤΚΕΙΤΕ ΙϽΙΕΤΑ ΕΙΡΗΝΗϹ
ΚΑΙ ΕΜΝΗϽΙΟΝΕΤϹΑ ΑΥΤΗϹ ΕΜΕϹ ϹωΦΡΟϹΥΝΗϹ
ΚΑΙ ΠΕΝΤΑΙ·ΕΤωΝΤΙ ΕΝΤΗΚΟΝΤΑ
ΕΠΟΙΗϹΑ ΚΑΛωϹ ΜΕΤΑ ΤΟΥ ΤΙΟΥ ΜΟΥ ΚΑΙ ΕΚΤΜΗΘΗ

Ideſt:

Aurelius Imeris Una Cum Filio Meo Zetho.
Poſtquam Vixit Juncta Mihi Suo Viro
Stratonice Neophyta, Egreſſa Eſt De Hoc Sæculo.
Egit Illa Bene Ac Modeſte Annos Triginta;
Eamque Depoſui In Sacrum Martyrium .... In Pace;
Et Recordatus Illius Erga Me Modeſtiæ,
Et Quinque Annorum Quinquaginta,
Feci Bene Cum Filio Meo. Et Requievit.

2 *Ibidem,*
in Sanctæ Praxedis.
E ſchedis meis.

M. AVRELIVS LEONTIVS
BONE MEMORIE
QVI BIXIT ANNIS LVI. IN PACE
DECESSIT IIII. KAL. IANVARIAS

4 *Ibidem,*
in Cœmeterio Prætextati.
Ex eodem.

AVRELIO MACROBIO
CORNELIA VICTORINA CONIVGI
CARISSIMO ET AVRELIVS
DEMETRIVS ET GENNADIVS FILII PATRI
IN PACE

6 *Ibidem,*
in Cœmeterio Gordiani.
Ex Boldetto.

AVR. MERCVRAIVS. QVI VIXSIT ANN.
V. ET MESIBVS. II. DORMIT IN PACE DIE
XIII. KAL. SEPTEMBRES. DEPOSSIONEM
ABET

Fortaſſe ſcribendum AVR. MERCVRIVS. Ut non ſemel vidiſti, ac videbis, DEPOSSIO pro DEPOSITIO.

3 *Ibidem,*
in Cœmeterio Calliſti.
Ex Marangonio.

AVR. LEONTIVS
DAMALETI
VXORI SVE POSVIT

5 *Ibidem,*
Ex eodem.

AVRELIO PARA
TO. BENEME
RENTI IN PACE ☧

7 *Ibidem,*
Miſit Ciampinus.

AVRELIVS LVCERNI
O. COIVGI SVAE AV
RELIAE PELAGIAE QVAE
FECIT CVM COIVGE
SVO ANNIS II. MESES
IX BENEMERENTI
IN PACE

1 *Romæ, in Cæmeterio S. Saturnini. Ex Marangonio.*

M. AVR. MELLITO. FILIO DVLCISSIMO
QVI VIXIT MESIBVS XI. DIEBVS 7I
ORAS 7. MELLITVS ET CASTA PARENTES

Illud 7. numerum Senarium pro more Græcorum significare mihi creditur.

2 *Ibidem, in SS. Silvestri & Martini. Misit P. Blanchinius.*

MIRACVLI BENIGNITATE
ADQVAE INNOCENTIAE CVM
M. AVR VAL SVRVLE ANTONIVS
IVLIVS IASON MARITVS ET VAL
D. N. MAXENTI AVG T VAL ANTONI

3 *Ibidem. in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

AVRELIO SYMPHORO HOMINI DVLCISSIMO
BENEMERENTI FECIT IMA CONIVGI OPTIMO
ET FILI SVI PATRI ET MAGISTRO INCOM
PARABILI DORMIENTI IN PACE

4 *Ibidem, in hortis Ludovisiis. E schedis Ptolomeis.*

D M DI
AVRELI
THEODORI EMI
NENTISSIMAE
VARIA MEMORIAE VIRI SVO
OCTABIANA DEPOSSIO DIE INNOCIN
C. F. CONIVGI III. NON. IVNIAS TISSIMO FECIT

Siglæ D. M. DI. fortasse *Deo Magno Dicatum*. Sed præstaret rursus scrutari Marmor, atque inspicere, an revera ita se habeant.

5 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti. Ex Marangonio.*

AVR VENERIVS. IVLIAE VITALINI CONIVGI
IH BENEMERENTI. QVE VIXIT MECVM. ANNIS XVIII
M. III. D. X. DEP. XI. KAL. MART. DORMIT IN PACE
QVAE VIXIT. ANN. XL.

6 *Ibidem, in ædibus Principis Prænestini. E schedis Ptolomeis.*

AVRELIVS VERVS
AVRELIO HILARIANO
FILIO DVLCISSIMO
DEPOSITO
IDIB. MAIIS

7 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

S. AVR. VINCENTII. M. QVI. VIX. ANN. LX
DECES. IIII. IDVS. NOV



Litera S. pro SEPVLCRVM. Altera M. pro MARMORARII. Ad illius enim artem indicandam sculptum heic vides Malleum & Quadram.

8 *Ibidem, ad S. Mariæ Trans Tiberim. Ex P. Lupo.*

AVR. VICTOR. PAREGORIE
COIVGI. PVDICISSIME. BENE
QVESQVENTI IN PACE. DEP. XVI. K
AVG

Hanc Marangonius ponit in Cœmet. Gordiani, & ita legit:

AVR. VICTOR. PARECORIAE COIVGI
PVDICISSIME BENEQVESCENTI IN. P.
DEP. XVI. KAL. AVGVSTI

9 *Ibidem, in ædibus Barberinis. E schedis Ptolomeis.*

AVSTERNI GROSE
COIVGI IN PACE

1 *Romæ,*
in Cœmeterio S. Urbani.
Ex P. Lupo.

AVXENTI DEPOSSO
IDVS ☧ FEB
BENEMERENTI COIVGI

2 *In oppido Ægabræ,*
in Vandalicia Hispaniæ,
ad fores Ecclesiæ S. Johannis.
E schedis P. Cattanei.

✠
ARA
S C A
D. N. T
✠
CONSECRATA E
BASELICA HEC
SCE MARIAE
II KL. IVNIAS
E. DCXXVIII
✠
DEDICAVIT
HANC AEDEM
D. M. S
BACAVDA
EPS CPS

Leguntur hæc in marmore quadrato, habente has literas in qualibet facie. Spectat Inscriptio ad Annum Ch. 590. Heic innui videtur per siglas EPS CPS *Episcopus Carpensis*, aut *Cabrensis*, si pro CPS legas potius CBS.

3 *Romæ, in Cœmeterio Cyriacæ.*
Ex Boldetto.

IN CRVPTA NOBA RETRO SAN
CTVS EMERVM SE VIVAS BALER
RAE ✠ SABINA MERVM LOC
V BISONI BAPRONE ET A
BIATORE

Atque hinc etiam deducere potes, *Sanctos*, Martyrum videlicet Corpora, in Catacumbis fuisse tumulata. Ceterum hæc ita legenda sunt: *In Crypta Nova Retro Sanctos Emerunt Se Vivi Valeria Et Sabina Merum Locum Bisomum Ab Aprone, & Viatore.*

4 *Ibidem, in Cœmeterio SS. Marcellini & Petri.*
Ex Bonarota Senatore Clariss.

BENE QVE
SQVENTI
FRATRI BAC
CHILO IN PACE
FRATRES



5 *Bononiæ,*
in Sancti Stephani, in Vase marmoreo.
E Malvasia.



VMILIB VOTA SVSCIPE DNE
DD NNR LIVTPRANTE ILPRANTE REGIB
ET DN BARBATV EPISC SCTE ECCL
BNNSS HIC I H L R SVA PRECEPTA
OBTVLERVNT VNDE VNC VAS
INPLEATVR IN CENAM DNI SALATS
ET SI QVA MVNA C. MINVERIT DS
REQ

Hæc ita lego:

Humilibus Vota Suscipe, Domine.
Domnorum nostrorum Liutprante & Ilprante Regibus,
Et Domno Barbato Episcopo Sanctæ Ecclesiæ
Bononiensis. Hic In Honorem Loci Religiosi Sua Præcepta
Obtulerunt, Unde Hunc Vas
Impleatur in Cœnam Domini Salvatoris.
Et Si Qua Munera Cuisquam Minuerit, Deus
Requiret.

Quo in loco tunc Latina Lingua foret, hinc discere potes: qua de re egi in Antiquitatib. Italic. Dissertatione *de Origine Linguæ Italicæ*. Circiter Annum Christi 740. Epigraphe hæc in marmoreo Vase illo insculpta fuit. Hanc verò eruditâ Dissertatione illustravit inter Marmora Felsinea Comes Valerius Zani.

6 *Romæ, in ædibus Barberinis, ex Donio.*

Θ Α Ρ C Ι
Μ Α Ξ Ι
Μ Ι Ν Α
Ο Τ Δ Ι C
Α Θ Α Ν Α
Τ Ο C

Ideſt:

Bono animo esto
Maxi-
mina.
Nemo
immorta-
lis.

Heic feminæ effigies,
orantis manibus
ad Cœlum sublatis.

Β Α Ρ Γ Ο C
Τ Η Ι Δ Ι Α
C Τ Μ Β Ι Ω
Ε Π Ο Ι Η
C Ε Ν Ε Ν
Θ Α Κ Ι Τ Ε
Ε Τ Ω Ν Ι Θ

Ideſt:

Bargus
Suæ
Uxori
Fecit
Immature (subaudi *defunctæ*)
Ann. XIX.

7 *Ibidem,*
in Cœmeterio S. Saturnini,
Ex Marangonio.

BASILEVS. QVI VIXIT
ANNIS P. M. XL. D. XIIII. KAL
IVLIAS IN PACE

1 *Romæ, in Cœmeterio Prætextati. Ex Marangonio.*

DEP. IIII. KAL. NOVE. BASILIA. IN PACE
QVAE VIX. AN. VIII. DIES XX.

2 *Ibidem, in Sancti Pauli. E schedis meis.*

LOCVS BASILI PRESB
ET FELICITATI EIVS SIBI FECERVNT

3 *Ibidem, in Cœmeterio Sanctæ Agnetis. Ex Boldetto.*

CVRATORI R. III. BASILICO. IN. PACE
VIX. AN. XLIIII. M. V.

Curator hic fuit *Regionis Tertiæ*, scilicet in Urbe æterna; quæ, ut notum est, divisa erat in varias *Regiones*, nunc *Rioni*.

4 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex Marangonio.*

LOCVS PRESBYTERI BASILI TITVLI SABINE

5 *Neapoli. Misit Ignatius Maria Como.*

CREDO QVIA REDEMPTOR MEVS BIBIT ET IN NOBISSIMO DIE
DE TERRA SVSCITABIT ME ET IN CARNE MEA VIDEBO DOMI
NVM MEVM EGO BASILIVS FILIVS SALIBVDI E GREGORIA
CONIVGE VIVVS DVM IREM IN MANDATVM IPSORVM
MALVS HOMO APPREHENDIT ET PORTABIT ME IN
RIBVM ET OCCISIT ME MORTEM CRVDELEM IN INFAN
TIAE MEAE ANNORVM DVODECIM IND. XIV. MENSIS
MAGI DIE XXVI.

6 *Romæ, in S. Sabinæ. Ex Montfauconio.*

BASSILIANVS AESSORCISTA
COIVGI BENEMERENTI IN PACE

Pro EXORCISTA.

7 *Ibidem, in Cœmeterio S. Saturnini. Ex Marangonio.*

BELLATOR
IN PACE
D. P. PR. K. DEC

8 *Bononiæ, in Typographia PP. Prædicatorum. Exscripsit Gherardius.*

BENEMERENTI. FILIAE. DVLC.
(*sic*)
FECIT. MATER. QVI. BIXIT. ANNIS. X IIII
BENERIA. I. PACAE. RECESSIT. VIII. KAL. OC

Pro VENERIA IN PACE.

9 *Extra Romam, in Sancti Pauli. E schedis Donii, misit Gorius.*

LOCVS BENIMNI ET ROMANE

10 *Ibidem, in Basilica Sancti Pauli. Ex Margarino.*

HIC BENEDICTVS ADEST MERITO SVB RVPE SEPVLCHRI
QVEM TENET ANGELICVS COETVS IN ARCE POLI
QVI FVERAT FORTVNA PIVS NATVRA DECORVS
MORIBVS ET CASTIS FVLSIT IN ORBE SATIS
DOGMATIS EGREGII PRORSVS DOCVMENTA MINISTRANS
OSTENDIT MVLTIS LVCIS ADIRE VIAM
AVREA SAECLA CVI PATEANT SINE FINE PER AEVVM
SORTE BEATIFICA SCANDAT VT AETHEREA.

1 *Romæ,*
in S. Stephani in Monte Cœlio.
Misit Comes Franc. Beretta Utinensis.

HIC REQIESSIT CORPVS DEVOTVS X̅P̅I̅
FAMVLVS ARCHIP̅B̅R̅ BENEDICTVS DIA̅C̅S̅ SCE MA
RIE Q̅ A̅ DOM̅ICA. OM̅S QVI AD HANC BASILICA̅ IN
GREDITIS DIGNEMINI ORARE PRO ME PECCA
TORE X PER X̅P̅I̅ NOMEN OM̅S CONIVRANS VT
NVLLVS HOC TVMVLO VIOLARE AVDEAT. SI QVIS
AVTE̅ VIOLARE PRESV̅PSERIT A PATRE ET FILIO ET SP̅S
SC̅I ANATHEMATE IMPP DA̅NATVS EXISTAT

Hanc antea dedit Clariss. Crescimbenius Lib. II. Cap. VIII. Hist. S. Mariæ in Cosmedin. Fuit hic *Benedictus* Cardinalis Diaconus S. Mariæ in Domnica circiter Annum Ch. 972. sub Johanne XIII. Pontifice, uti Ciacconius animadvertit.

2 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Misit P. Joseph Blanchinius.

HIC DEPOSITVS EST BENEMERITVS
VESTITOR IMPERATORVM

3 *Romæ, in Cœmet. Callisti.*
Ex Marangonio.

O ☧ BENERO O QVI VIXIT ANN VII. M. IIII.
O BENEMERENTI O ET DIES VIII. DEPOSITVS
O O IN PACE III. N. IVN.

4 *In vinea Didaci Mazæ N. V. Salernit.*
Misit Ign. M. Como Patric. Neapolit.

HIC REQVIESCIT IN PACE
BENVS FILIA REBBITIS
ABVNDANTI QVI VIXIT
ANNIS IL M XVII. D. P. II. ID
IVN. [illegible]
[illegible]

Interpretem hæc optant, si tamen parum accurate descripta quisquam interpretari poterit. Ex conjectura ita lego: *Ulach assalom bessalom betach banbalò.* Idest *Et Fratri pacifico in Pace secura possessio ejus.* Cetera prorsus tenebrosa. Quod interim magni faciendum est, hinc discimus Characterum Rabbinicorum antiquitatem, atque insuper formulas *In Pace*, & *Deposita* non Christianis tantum, sed & Judæis fuisse communes. Et fortassis illas a Judæis mutuati fuere Christiani. Neque enim opus est, ut Lectores moneam, positum fuisse hunc titulum puellæ Judaicæ.

5 *Romæ,*
ad S. Mariæ Trans Tiberim.
E schedis meis.

BENVSTINVS
LEAE FILIAE
IN PACE QVAE
BIXIT ANNVS XXCIII
M XI D XV

6 *Capuæ.*
Ex Donio.

BENEMERENTI BENVSTILLAE
QVAE. VIXIT. MECVM. ANNOS. LXV
IN PACE

7 *Romæ,*
in S. Agnetis.
Misit P. Blanchinius.

IN PACE DEPOSITVS
BERICVNDVS VII. KAL
IVNIAS VIXIT AN. VIII

8 *Calari,*
in Cœmeterio.
Ex Bonfanto.

✠ HIC IACET. B. M. BERNACELLIS
QVI BISSIT ANNIS PLVS MINVS XV
REQVIEBIT IN PACE XϚ. KAL. DEC
EMB. IND. X.

Idest *Sextodecimo Calendas.*

9 *Romæ,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Boldetto.

BERNACLE BENEMERENTI PARENTES
FECERVNT. VIX. ANNO M. III.

1 *Lucæ,*
in Basilica Sancti Martini.
E Francisco Florentinio.

HOC TEGITVR TVMVLO COMITISSAE CORPVS HVMATVM
INCLITA PROGENIES BERTA BENIGNA PIA
VXOR ADALBERTI DVCIS ITALIAE FVIT IPSA
REGALIS GENERIS QVAE FVIT OMNE DECVS
NOBILIS EX ALTO FRANCORVM GERMINE REGVM
KAROLVS IPSE PIVS REX FVIT EIVS AVVS
QVAE SPECIE SPECIOSA BONO SPECIOSIOR ACTV
FILIA LOTHARII PVLCHRIOR EX MERITIS
PERMANSIT FELIX SAECLO DVM VIXIT IN ISTO
NON INIMICVS EAM VINCERE PRAEVALVIT
CONSILIO DOCTO MODERABAT REGMINA MVLTA
SĒPER ERAT SECVM GRATIA MAGNA DEI
PARTIBVS EX MVLTIS MVLTI COMITES VENIEBANT
MELLIFLVVM CVIVS QVAERERE COLLOQVIVM.
EXVLIBVS MISERIS MATER CARISSIMA MANSIT
ATQVE PEREGRINIS SEMPER OPEM TRIBVIT.
CLARVIT HAEC MVLIER FORTIS SAPIENSQVE COLVMEN
TOTIVS VIRTVS GLORIA LVX PATRIAE
IDIBVS OCTAVIS MARTIS MIGRAVIT AB ISTA
VITA CVM DOMINO VIVAT (*) IN REQVIE (*) Heic supple VT
MORS EIVS MVLTOS CONTRISTAT PRO DOLOR EHEV
EOVS POPVLVS PLANGIT ET OCCIDVVS
NVNC EVROPA GEMIT NVNC LVGET FRANCIA TOTA
CORSICA SARDINIA GRAECIA ET ITALIA
QVI LEGITIS VERSVS ISTOS VOS DICITE CVNCTI
PERPETVAM LVCEM DONET EI DOMINVS
AMEN
ANNO DOM. INCARNATIONIS DCCCCXXV. INDICT.
XIII. OBIIT DE MVNDO

Berta uxor *Adalberti II Ducis Tusciæ* Patrem sortita est *Lotharium*, famosum Lotharingiæ Regem, Lotharii I. Augusti filium: Matrem verò VValdradam illius pellicem. Plura de illa habet Liutprandus Historicus. Ego quoque in Part. Prima Antiquitatum Estensium de illa egi.

2 *Romæ,*
in Cœmeterio S. Saturnini.
Ex P. Lupo.

PVELLAM BIBI
A. N. ET. M. A. N
N. X. X. II. DEFVN
CTA

Idest: *Bibianetem Annorum* XXII.

3 *Ibidem,*
in Cœmet. Prætex.
Ex Marangonio.

BIBIANVS . . . . . .
CVM COMPARE . . . . .
DOMVM HETER . . . . . .

4 *Ibidem, in Cœmet. Callisti.*
Ex eodem.

BIBIO PARAMITIO
(*sic*)
FILIVS DVLCISSIMO
AVRELIVS ET. BIBIA.
VITALIO
NA ATHE PARENTES
IN PACE. CARAE.

Idest *Aurelius Vitalion*, & *Vivia Athe*.

1 *Romæ, in Cœmet. Cyriacæ. Ex Marangonio.*

BICREA. SEVERIANA
FLAVIVS. SEVERIANVS
PRIMA
IN PACE

2 *Ibidem, in Cœmeterio Calepodii. Ex Boldetto.*

ANIMAE INNOCENTI BINCENTIO PATER
SABINVS FECIT QVI BIXIT AN. V. M. IIII.
D. VIIII.

3 *Ibidem, in Cœmet. Cyriacæ. Ex Bonarota Senatore.*

BINCENTIVS KARO FILIO KA
RISSIMO BENEMERENTI POSVIT
TABVLA QVI BIXIT ANNOS III
ET DIES XXII

Ideſt in *Tabula* marmorea Titulum poſuit.

4 *Ibidem. in Cœmeterio Gordiani. Ex Boldetto.*

ΒΙΡΙΣΣΙΛΛΟΣ ΕΛΠΙΝΕΙΚΗ
ΘΥΓΑΤΡΙ ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ
ΑΞΙΑ ΟΥΣΗ ΕΠΟΙΗΣΕΝ
Η ΑΠΕΛωΚΕΝ ΠΡΟ Ε ΕΙΔ ΙΟΥ

Ideſt:

Briſillus Helpinicæ
Filiæ Dulciſſimæ
Benemerenti Fecit
Quæ Diem Suum Obiit V. Idus Julias.

5 *Ibidem, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Bonarota.*

BITALIANVS. FELICIA
NETI
COIVGI. BENEMERE
NTE IN PACE

6 *Ibidem, in Cœmeterio Calliſti. Ex Boldetto.*

BITALINI FILIE INNOCENTI
QVAI VIXIT ANN. III M. V. D. VII
PARENTES

7 *Ibidem, in Cœmet. Calliſti. Ex Marangonio.*

BIVENTIVS QVI VIXIT ANNOS XIII
DEPOSITVS ❦ V ❦ K ❦ APRILIS ❦ IN PACE

8 *Ibidem, ex eodem.*

BOLVSIVS. QVI ET LEONINV DE
POSITVS ES. VIIIII (*ſic*) (*fort.* ID) IVLIAS. BIXIT. AN. XLVIIII.
ME. VI. DI. XI. d. P. ❦

9 *Ibidem, Miſit Ficoronius.*



INNOCES PVELA VONI
FATIA VIXIT
ACNOS N III. M. ꟷ IA
ꞔ NE ꞔ ΘEM IN PACE

10 *Ibidem, in Cœmeterio Lucinæ. Ex Boldetto.*

CVMPARI SVO  BONIFATIA VOLV
IT FIERI BENEMERENTI IN PACE
QVI VIX PLVS MINVS ANNVS ❦ XXXX
ET FECIT CVM CVPARE SVA ❦ ANNVS ❦ XXII
DIPOSITVS ❦ IIII. KAL ❦ MAIAS

11 *Ibidem. in Cœmeterio Cyriacæ. Ex eodem.*

BONIFATIA SIBI ET COMPARI SVO
IVSTINO BENE MERENTI FECIT QVI
BIXIT ANNIS LXV. ET FECIT CVM
COMPARE SVO ANNIS XIV.

1 *Extra Romam,*
in S. Pauli.
E schedis Vallicell.
Misit P. Joseph Blanchinius V. Cl. Presb. Orat.

LOCVS BONIFATIE QVEM COM
PARABIT SE BIBA SVB ILLA BIRO
CONCIONEM VT HOC EORVM NON
BIOLETVR SEPVLCRVM VBI
REQVIESCIT IN PACE VRBANVS
MARITVS EIVS TABERNA
RIVS QVI VIXIT ANNVS PL M
LXX QVI DEPOSITVS EST SVB
DIE VI. ID. FEBRVARIAS IMP
D̄N MAVRICIO P P AVG ANNVS
IND. I

† VII

Anno Ch. 583. positus fuit lapis. *Biro* pro *Viro*.

2 *Romæ,*
in Sancti Pancratii.
Misit P. Blanchinius.

LOCVM BONIFATIE P̄B CONCESSVM
A PP. BB. DE S. PETRO ET MICENO
T̄T BEATI CRISOGONI VBI REQVIESCIT
BALENTINVS P̄B ET S̄ TVS P̄B

3 *Calari, in Cœmeterio.*
Ex Bonfanto.

IN HOC TVMVLO QVIESCIT
B. M. BONIFACIVS EPISCOPVS
QVI VIXIT ANN. PLVS MINVS LX
SEDIT CATHEDRA ANN. VII. M. IIII
REQVIEVIT IN PACE SVB D. XVI
KAL. SEPTEMBRIS ☧

4 *Romæ,*
in Sancti Gregorii ad Clivum Scauri.
Ex Donio.

.... CVM QVEM EMIT REDEMPTA H. F
.... BONIFATIA ☧ HIC REQVIESCIT IN PACE ☧
.... IVLVS LECTOR. T. T SC̄E MARTYRIS CAECI
..... QVI VIXIT ANNOS PLVS MINVS XVI. M. VI. DE
.... TVS EST IN PACE. IN DIE. KL. OCTOBRIS ☧
..NDICTIONE PRIMA FELICITER ☧
..... QVIS CVM PRAESVMPSERIT INDE
.....LOCVM ISTVM ET OSSA ISTORVM INDE
....VIOLAVERINT HABEANT PARTEM CVM IVDA

T. T. idest *Titulo*, qua voce significabantur Ecclesiæ Parochiales Urbis Romæ. Hic fuit Lector in Basilica SANCTAE MARTYRIS CAECILIAE.

5 *Calari,*
in Cœmeterio.
Ex Bonfanto.

HIC IACET B. M. BONIFATIVS COMES
QVI. VIXIT ANNIS PL. M ....
REQVIEVIT IN PACE. D. XII. KAL. M. ......

6 *Romæ, in Cœmeterio Priscillæ.*
Ex Boldetto.

BONIFATIVS INNOX. D.
LANDIOSVS QVI VIXIT ANNOS II.
MENSES VII. ENOFITVS BENEME
RENTI IN PACE DEPOSETVS. S. V. X. KL
IANVARIAS

ENOFITVS pro *Neophytus*, *Depositus Sub X. Kal.*

7 *Mediolani,*
in Sancti Ambrosii.
Misit P. D. Petrus Gratioli e Congregatione S. Pauli.

B M
BONIFATIAE QVI
VIXIT IN SECV
LO ANN. XXIIII
MENSIS V. DI
ES VII. MERVIT
CVM MARITO
BENEMEREN
TI POSVIT MERENS

8 *Vinausicæ prope Carpentoracte.*
Ex Donio.

✠ HIC REQVIESCIT ✠
BONAE. MEMORIAE. BO
HETYVS EPIS ✠ QVI
VIXIT IN EP̄TO
ANNVS XX. MENSIS
Ϛ. OBIIT X. KĀLS
IVNIAS ✠ INDICCIONE
M. SEPTIMA

1 *Neapoli in S. Andreæ.*
Misit Ign. M. Como.

HEV QVANTOS LVCTVS RENOVAS GRATISSIME FILI
BONITE MORIENS O DECVS ATQVE DOLOR
QVAM BENE CVM INGENIO FLOREBAS BARBVLA GRATO
MORIBVS ORNATVS PVLCHER ET ACER ERAS
OMNIBVS ET SVBITO REQVIESCIS NATE SVAVIS
HEV SPES CLARA MIHI TE SINE VITA GRAVIS
HOC GENITOR CECINIT TAVRVS LACRIMABILE CARMEN
CVIVS FLAMMA VRIT PECTVS AMORE PIO
HIC REQVIESCIT BONITVS QVI VIX. AN. XXIII.
DEP. VII. ID. AVGVSTI INDICT. VII.

2 *In incerto loco.*
E schedis Jac. Valvasonis, misit Comes Franc. Beretta.

D . M
BONONIA QVAE VIXIT
CVM VIRGINIO
SVO ANN   III ET DI
ES. VIIII  IN PACE
RECES Heic figura Mulieris SIT
manus ad Cœlum protendentis.

Procul dubio Christianæ Feminæ titulus est. Quare siglas D. M. interpretari juvat *Deo Magno*. Heic etiam habes CVM VIRGINIO, idest *Cum Marito*, quem virginem duxit.

Romæ,
in Cœmeterio S. Hermetis.
Ex Marangonio.

PARENTES. FILIO
BONOSO. FECERVNT
BENEMERENTI IN
PACE. ET. IN. REFRI
GERIVM
QVI VIXIT. M. X.

Pater Lupus hanc ponit in Cœmeterio S. Basillæ.

4 *Ibidem,*
in Cœmeterio Sanctorum Marcellini & Petri.
Ex Bonarota.

 SPES IN CRISTO BONOSO QVI VIXIT ANN. P̄M̄ LXX
QVI FECIT CVM PLATILLA ANN. L. D. X. KAL. MAIAS
BENEMERENTI IN PACE

5 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
E schedis Donii, misit Gorius.

NOMINE BRINCA QVI VIXIT ANN
NATVS CONSVLATV D. N. VALENTIN

Misit etiam P. Blanchinius e schedis Vallicellianis,
qui tamen sic legit.

NOMINE BRINCA QVI VIXIT ANN....
NATVS CONSVLATVM D. N. VALEN....

1 *Romæ.*
In Museo Albano.

BRVMASIVS
DEOMESA. POSVIT
SALBVM
PACE CVM
MNIS BVVRIS
RATIS

Heic omnia obscura. Num DEO MENSAM POSVIT SALVO PATRE?

2 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Ex Margarino.

LOCVS BSILISARI SE BIBV COMPARAVIT	LOCVS IVSTE IN PACE DEP. VIII. KAL. IVL.

BSILISARI pro *Belisari.*

3 *Romæ,*
in Cœmet. S. Saturnini.
Ex Marangonio.

B. VIVRVS. CONIVGI
SVE BENI. MI
RENTI. TE. (*sic*) IM
PACE.

4 *Ibidem,*
in pavimento Sancti Martini in Montibus.
Ex Donio.

LOCVS BYSOMEN
VIXIT ANN. P. M. XLV. DP. D
MARTYRIO QVAE

Nomen deesse heic puto. Nam LOCVS BYSOMEN est *Locus Bisomus*, duobus nempe Corporibus destinatus. Peccat & in reliquis Inscriptio.

5 *Romæ,*
in S. Saturnini.
Ex Marangonio.

CAELIO ❦ DATIVO ❦ PARTHENIO
MARITO ❦ QVI VIXIT MECVM ANNIS ❦ XV ❦ BEN
MER. FLORIDA CONIVX FECIT IN PACE

6 *Ibidem,*
in Cœmet. S. Thrasonis.
Ex Marangonio.

CAES
PRAEPONTIANVS
CAES. DIVSTINO. ALVMNO
FECERVNT ❦ IN PACE

7 *Ibidem,*
in pavimento Sanctæ Mariæ Trans Tiberim.
Ex Donio.

CAEREA
IN PACE
ISPIRITVS TVS

Pro *sit in Pace Spiritus tuus.*

8 *Pisauri,*
apud Episcopum Oliverium.
Ex Oliverio.

☧ KAIANE VIBAS
SOTERVS FECIT
IN PACE

9 *Romæ,*
in Sancti Pancratii extra Urbem.
Ex Donio.

ΕΝΘΑΔΕ ΚΑΤΑΚΙΤΕ
ΤΕΟ ΤΗC ΜΑΚΑΡΙΑC
ΜΝΗΜΗC ΚΑΛΙΝΙ
ΚΟC ΧΩΡΙΟΤ ΤΟΤΤΟΤ
ΤΕΩΝ ΖΗCΑC ΕΤΗ ΚΕ

Idest:

Heic Jacet
...... Beatæ
Memoriæ Callini-
cus Loci hujus
.... Vixit Annis XXV.

10 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Misit P. D. Petrus Paulus Ginanni.

M. CALOPODIVS NOTAR
ANNIS XLVIII. DEPOSIT

11 *Ibidem.*
Ex Puccinellio, & Margarino.

CALPVRNIVS
DEPOSITVS IN PACE
DIE XV. KAL. MART
QVI VIXIT ANN. P. M. LX.

1 *Romæ,*
in S. Martini in Montibus.
E schedis Donii, misit Gorius.

BENEMERENTI FILIO CAL
PVRNIO PARENTES FECERVNT
QVI VIXIT ANN. V. M. VIIII. D. X
DECESSIT IN PACE XIII. KAL. IVN

2 *Neapoli,*
in S. Andreæ.
Misit doctiss. Vir Ignat. M. Como.

MORS QVAE PERPETVO CVNCTOS ABSORBET HIATV
PARCERE DVM NESCIT SAEPIVS INDE FABET
FELIX QVI AFFECTVS POTVIT DIMITTERE TVTOS
MORTALEM MORIENS NON TIMET ILLE VIAM
CANDIDA PRAESENTI TEGITVR MATRONA SEPVLCRO
MORIBVS INGENIO ET GRAVITATE NITENS
CVI DVLCIS REMANENS CONIVX NATVSQ SVPERSTES
EX FRVCTV MATER NOSCITVR IN SVBOLE
HOC PRECIBVS SEMPER LACRYMOSA HOC VOCE PETEBAT
CVIVS NVNC MERITVM VOTA SECVNDA PROBANT
QVAMVIS CVNCTA DOMVS TE NVNQVAM FLERE QVIESCAT
FELICEM FATEOR SIC MERVISSE MORI
HIC REQVIESCIT IN PACE CANDIDA C. F. QVAE
VIX. PL. M. AN. L. D. P. DIE IIII. ID. SEPT
IMP. D. N. N. MAVRITIO PP. AVGVSTO AN. IIII
P. C. EIVSDEM....INDICTIONE IIII.

Ideſt Anno Ch. 585. ſi Indictio curſum ſuum Septembri Menſe cœpit. Conferendæ autem ſunt Notæ iſtæ Chronologicæ cum his, quas habet Pagius ad hunc Annum; non enim concordes pergunt. *Candidam* hanc Matronam Neapolitani Sanctorum catalogo addiderunt, eamque appellant *S. Candidam juniorem*. Quibus tabulis freti id egerint, neſcio. Certe ex hujuſmodi Epitaphio nihil exſculpitur, unde Sancta mulier fuiſſe credenda ſit.

3 *Romæ,*
in S. Mariæ in Cosmedin.
Ex Crescimbenio.

DEP. CANDIDI. X. KAL. SEPT. QVI VIX
MENSES. VII. D. V. OLIMPIAS. SE. VIVA
IN PACE

5 *Florentiæ,*
lapis effossus An. Ch. 1736.
in S. Felicitatis.
Misit Antonius Franciscus Marmius.

HIC IACET BON
MEMORIAE CARTA
CO QVE VIXI P M ANO
XXII MARITVS ERPA
CONIVCI DVLCISSIME
TITVLVM POSVIT DE
ASIVS

4 *Aquilejæ.*
Misit Comes Beretta.

.....IVS CARAMANTIVS
EVVM CVM CVMPARE SVA
DIGNI MERENTIBVS VEL DIC

NEM SI	BI DVNC
SEMVL	BENEM.
MERITI	BIXERV.
NT. VNC	BOTVM
PARABE	RVNT. SI
BI. PARI	TER IN SE

1 *Romæ,*
in S. Martini in Montibus.
E schedis Donii misit Gorius.

CASSIAE. L. F. ANI
MA. DVLCIS. FILI
VS. QVI VIX
IT. ANNIS XXVII
MENS.....DEPO
SIT.....V. KAL. FEBR

2 *Interamnæ, in Sancti Bartholomæi.*
Ex Donio.

DOMINO. CASTERIO. MAGISTRO MILITVM
QVI. VIXIT. ANNVS. LVIII. M. V. D. III. H. VIII
VITALIANVS. FRATER. B. QVIESCIT. IN. DNO. ZESV

ZESVS pro *Jesus* in aliis quoque Christianorum Monumentis occurrit. Gallica Lingua, in hoc sanctissimo Nomine pronunciando, exemplo antiquitatis non caret. *Magister Militum* nobilissima Dignitas militaris, & præcipue sub Christianis Imperatoribus usitata.

3 *Aquilejæ.*
Ex Canonico Bertoli V. Cl.

QVOS REGAT TRINITAS VERA ✠ EX AQVA ET SPV̄
RENATVS FVERIT NISI TESTANTE VITAM DO QVIS
NON VIDEBIT AETERNAM MȲSTI CVM BAPTISMATE
SACRABIT VENIENS XP̄S HOC IN IORDANE...ITENS
PIORVM PATVIT REGNVM TEGVRIVM CERNITE
SVIBRANTE MARMORVM SCEMA QVOD CALISTI
BEATI ORNABI M. IIII. LXIII. REHEDIFICATVM HOC
BAPTISTERIVM

Callistus Patriarcha Aquilejensis sedere cœpit circiter Annum Ch. 734. uti ostendit Cl. P. Bernardus M. de Rubeis Ord. Prædic. in Monum. Eccl. Aquilejensis Cap. 37. Baptisterii quoque hujus à Callisto ædificati mentionem habes in Vitis Patriarch. Aquil. à me editis T. IV. Anecdot.

4 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Misit P. Blanchinius.

☧ CALPVRNIVS DEPOSITVS IN
PACE DIE XV KAL. MAI
QVI VIXIT ANNOS PL M LX

5 *Romæ,*
in Cœmeterio Gordiani.
Ex Marangonio.

SPIRITVM. CA
PRIOLES IN
PACE

6 *Ibidem,*
in Cœm. S. Hermetis.
Ex eodem.

CAMPANO CVN ANI
ME INNOCENTI QVI VIXIT
XXV. DORMIT IN PACE

7 *Ibidem,*

CANDIDVS
CONIVGI SVI (*sic*)
BELLINE

8 *Ibidem,*
in Sancti Valentini.
Ex Donio.

☧

CASTVLAE VI
XIT. AN. V
D. XXXV
DEPOSITA. X
III. KAL
MARTIAS

9 *In Adamuz,*
in Hispania,
in ædibus Garciæ de Solis.
E schedis P. Cattanei.

CAWLATES IN DEO ☧ LES HECCE ANNVS

10 *Romæ, in Cœmeterio Cyriacæ.*
Ex Boldetto.

FECERVNT FRATRES BENEMERENTI
CARTERIVS. QVI. BIXIT. ANN. XXXV
MES. IIII. DIEBVS. V. DEF. III. IDVS
APRILES ☧

In aversa parte.

ROMENI. QVAE. VIXIT. ANN. XXXVII
M. X. D. X. C. IVLIVS CALLIDROMVS
FRATER

Altera hæc ad mulierem Ethnicam spectat, cujus lapis ad elogium Christiano homini inscribendum translatus fuit: quod non raró accidit.

1 *Romæ, in Cœmeterio S. Thrasonis. Ex Marangonio.*

DEPOSIONE CASTES
IIII. IDVS FEBRARIAS
ANNORVM. XXXVI. ET MESES
S VI.

2 *Ibidem, in Cœmeterio Prætextati. Ex eodem.*

CASTOR SIRICE
POLLVX §O§

Ibi duo signa stellarum.

3 *Ibidem, ex eodem.*

BONDATO VE DVLCISSIMO COIVGI CASTORI
NO QVI VIXIT ANNIS LXII. MENSIBVS. V. D. X
BENEMERENTI VXOR FECIT. VIVE IN
DEO

4 *Ibidem, E schedis meis, & Donii.*

CASTORA QVE VIXIT
AN. PM. XII. M. III....
....SEPTEMBRIS

5 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex Margarino.*

HIC IACET CATTIVS....
QVI VIXIT AN. XXV. DEP.
XVIII. KAL. IANVAR

6 *Romæ, in Cœmeterio Prætextati. Ex Marangonio.*

CATVLLINA IN PACE
CLEMENTIANO IN PACE

7 *Ibidem, in Cœmeterio Cyriacæ. E Boldetto.*

CAVTILIA GERONTIA QVE VIXIT ANNOS
VI. MENSES. DECEM. CAVTILIVS GERONTIVS
FILIE CARISSIME POSVIT III. KAL. FEBRARAS
XIII. KAL. MAR

Defuncta videtur *Cautilia* III. KAL. FEBRVARIAS, titulus verò ei positus à patre *Cautilio*, XIII. KAL. MARTIAS. Heic tamen nullum Christianæ mulieris indicium se prodit.

8 *Calari, in Cœmetirio. Ex Bonfanto.*

BONE MEMORIE CECILIA
VIXIT ANNOS SVINVAGINTA
DP̄. S. D. XIII. KALENDAS SETE
MBRES

Vocabulum SVINVAGINTA accedere mihi videtur ad *Quinquaginta*.

9 *Romæ, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

CECILIO BENEMERENTI QVI VIXIT
ANNIS PLVS MINVS L. FILI FECERVNT
IN PACE DEPOSITVS V ☧ KAL. IANVARIAS

10 *Ibidem, in Collegio Patrum Societatis Jesu. Misit P. Contuccius Contucci.*

CECILIVS. MARITVS. CECILIAE
PLACIDINAE COIVGI OPTIMAE
MEMORIAE. CVM QVA VIXI ANNIS. X.
BENE SENE VLLA QVERELLA. IXΘYC

ΙΧΘΥΣ, ideſt *Piſcis*: quo nomine uſi ſunt antiquiſſimi Chriſtiani, uti memoriæ prodiderunt Sancti Auguſtinus, Proſper, Optatus Milevitanus, & alii, ad deſignandum *Chriſtum Dominum*. Quippe è ſingulis hiſce Græcis literis exſurgit *Jeſus Chriſtus Dei Filius Salvator*. Hiſce verò ſymbolis, ſub Ethnicis potiſſimum Imperatoribus, Chriſtiani profeſſionem ſuam obtegere conſueverunt. Confratres verò quid per illa ſignificaretur, probe noſcebant.

11 *Ibidem, in Cœmeterio S. Saturnini. Ex Marangonio.*

CELIAE SERICAE FILIAE
CARISSIMAE AVGVSTVS
PATER FECIT. V. A. VIII. M. IIII
D XVII

12 *Ibidem, in Cœmeterio Prætextati. Ex Boldetto.*

CELSINA SE BIBA LOCVM SIBI FECIT.

At nulla heic apparent Chriſtianitatis indicia.

1 *Romæ*,
in Cœmeterio Prætextati.
Ex Marangonio.

CEPASVS GEMINE BENEMERENTI QVE VICSIT
ANIS CONTINVIS XXI DECESSIT VII. IDVS IVNIAS
ET FECERVNT INTER SE ANNVS IIII
MENSIS VII

4 *Hispali, in Cœmeterio.*
E schedis meis.

CERVELA CLA FEMINA FAMVLA XPI
VIXIT PLVS MINVS ANNOS XXXV. RECESSIT
IN PACE III. KAL. FBVS ERA DC.

CLA. interpretari potes *Clarissima*. Posita fuit hæc Inscriptio Anno Christi 562.

5 *Romæ*,
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

DOMINO FILIO DVLCISSIMO CHALLOTI
VIXIT IN PACE ANN. III. M. VIII. D. I.
DEFVNCTVS PRI. IDVS. IAN. DEPOSTVS
XVIIII. FEB. SALVIANV. PATER

6 *Ibidem*,
in Cœmeterio Prætextati.
Ex Marangonio.

... ΚΟΝΕΜΕ CΗΟΝ ΕΝ ΙΡΗΝΗ ΑΝΕΘΗΚΕ

Ideſt:

Conemechon in Pace posuit.

7 *Ibidem*,
in muro horti Sancti Francisci.
E schedis meis.

ANNONIVS. CHRYSANTIVS
PATRON
FLORENTEM MERITIS CHRY
SANTI NOMINE FAMAM
PATRIA CONCELEBRAT CVNCTI
POPVLIQVE PATRESQVE VOCIBVS
ET CLAROS TITVLIS CONSIGNAT HONO
RES ☧ TEQVE TVOSQVE MANET
LONGOS MANSVRA PER ANNOS
FELIX PROLE VIRI DIGNOS QVESITV
RA NEPOTES ☧ AD TV SVMME
DEVS CHRYSANTI RESPICE GENTEM

2 *Ibidem*,
Misit P. Joseph Blanchinius
Presb. Orat.



BENEMERENTI CERAVNIAE
QVAE VIXIT ANNOS XVIII
MENSIS VIII D V
DEPOSITA III KAL
DECEMBRIS IN PACE

3 *Ibidem*,
in Cœmeterio Saturnini.
Ex Marangonio.

ΚΕΡΙω ΕΘΗ
ΚΕΝ CΤΜΒΙΟC
ΕΤΤΤΚΙΑ
ΜΑΡΚΟ ☧ ΑΤΡΕ
CΤΜΒΙω ΕΠΙ
CΑΒΙΑ

Ideſt:

Cerio Posuit
Conjux Eutychia.
Marco Aurelio
Conjugi Episabia.

8 *Arelate*,
apud Fratres Minimos
Misit Bimardus.

PAX AETERNA
DVLCISSIMAE. ET INNOCEN
TISSIM. FILIAE. CHRYSOGONE. IV
NIOR. SIRICIO. QVAE VIX. ANN. III
M. II. DIEB. XXVI. VALERIVS ET CHRY
SOGONE PARENTES. FILIAE. KARISS
IMAE. ET. OMNI. TEMPORE. VITAE
SVAE. DESIDERANTISSIMAE

An sit Christianæ puellæ, certum minime habeo. Quid sit IVNIOR. SIRICIO divinatoribus explicandum offero. Num *Juniori Sıricıo*, ut distingueretur ab altera *Chrysogone* filia majore natu, & ipsâ fortasse præmortuâ? Num inquam *Siricium* alterum nomen ejusdem Chrysogone Græcorum more, qui *Gorgonium*, *Melanium*, *Glycerium* &c. pro *Gorgonia*, *Melania*, *Glyceria* &c. protulerunt? Verùm doctissimus Bimardus mihi reponebat, *Siricium* minime Græcum nomen fuisse. Ego quoque in Dissertatione IV. Tom. I. Anecdotor. Latinor. animadverti ex Donato & Prisciano, id usurpatum tantummodo in Nominibus Græcæ originis. Itaque videndum superest, an ad fontes Græcos referri possit *Siricii* nomen: quod sane ignoro. At doctissimus P. Bouhierius in Dissertatione typis editâ, pro SIRICIO legit SIRICI, atque arbitratur positum ibi SIRICI pro SIRICE, ideſt SIRICAE, alterum agnomen *Chrysogones* istius. Jacobus Tollius in Lib. Fortuitor. hanc & ipse producens, legit SIRICIO. Certe nomen viri *Siricius* fuit, ejusque nominis Romanum Pontificem habemus Fuit & *Siricia* Mulierum nomen. Occurret tibi in Classe XIX. ad Inscrip. *Sex. Marcelli Claudia Sirica* illius Uxor. Alteram similem in Collectione ista dedisse videor.

1 *Barberini.*
E schedis Ptolomeis.

ΧΡΤϹΟΓΟΝΗΝ
ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ

Ideſt :

Chryſogonen
In Pace.

2 *Romæ,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Boldetto.

CITRASIO. FILIO. DVLCISSIMO
CITRASIVS. PATER. ET. HILARINA
MATER. TITVLVM. POSVERVNT

3 *Ibidem,*
in Cœmeterio S. Hermetis.
Ex P. Lupo, & Marangonio.

XϚ. KAL. NOB. DEPOSITA
INNOX CLAVDIA IN PACE

Ideſt: *XVI. Kal. Novembris.*

4 *Ibidem,*
in SS. Martini & Silveſtri.
Miſit P. Joſeph Blanchinius.

CLAVDIE VINE....
QVE VIXIT AN....
AVR MARIE....
LVCVLLA........
LOCVS AGATONIS....
SE VIBI COMPARA....
HIC REQ IN P QVADRAG
Q VIX ANN PM.....
D XXV DEP IN P IIII KAL
MART. CON......

5 *Ibidem,*
in Cœmeterio Prætextati.
Ex Marangonio.

CLAVDIAE
ZOE
FILIAE KARISSIMAE
VIXIT ANNIS. XVI.
VIRGO

6 *Ibidem,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex eodem.

CLAVDIVS
CARPVS
AVRELIAE MA
TERNAE COIV
GI BENEMERENTI

7 *Ibidem,*
in Cœmet. S. Saturnini.
Ex eodem.

CLEMES QVI VIXIT
ANOS. XXVIIII. M. VIIII. DEP
VIIII. ELIANVS. FRATRI IN PACE

8 *Salonæ.*
E schedis Fratris Jucundi, & meis.

B. M. CLEOPATRAE FILIAE DVLCISSIMAE
QVAE VIXIT ANN. I. M. IIII. D. IIII
PONTIANVS ET TEVGILLA IN PACE

9 *Romæ,*
apud Sanctorum Apoſtolorum,
in domo Epiſcopi Sipontini.
E schedis meis, & Farneſiis.

CLODIA LVPERCILLA IN PACE
BENE DORMIT QVAE VICXIT
ANNIS XXVIII. M. VII. D. VIII. MECVM
VIX ANN. XIV. M. VIII. D. XVII. M
AVR. ATIMETVS. CONIVGI B. M

Schedæ Farneſiæ habent AVR. TIMOTHEVS.

10 *Ibidem.*
in Cœmeterio S. Saturnini.
Ex Marangonio.

CLODIVS MAR
TINVS VIXIT ANN
OS. N. XL. MENSBVS
N. VII. FECIT VXOR GAVDENTIA

11 *Ibidem,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Boldetto.

COIVS. FECIT. DVCERTI. MERENTI
QVI. DISCESSIT DE SECVLO PLVS
MINVS. ANNORVM. TRIGINTA. POST
TERTIV. KL. IVNIAS

COIVS pro CONIVX. Alterum nomen DVCERTI vitiatum videtur.

12 *Ibidem,*
in S. Pancratii.
Miſit P. Joſeph Blanchinius.

HVNC LOCVM COMPARAVIT COLIBE QVO LOCO
POSVIT FRATREM SVVM EMVLAC SPATARIVS DOMNI
PATRICI BILISAR QVI VIXIT ANNOS PM XL
DEPOSITVS IN PACE VI. IDVS IVNIAS

1 *Romæ, in S. Pancratii. Misit P. Joseph Blanchinius.*

LOCVS RATION ...... COMARVNIS
BRACARI QVEM SIVI VIVVM COMPARAVIT

2 *Ibidem, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

COMMERCIVS FILIE DVLCISSIME INNO
CENTIAE QVAE VIXIT ANNIS XVI. MENSES
III. NONIS IVLIBS DEPOSITE IN PACE
R.

Ideſt *Requieſcenti*, vel *Requieſcit*.

3 *Mediolani, in Sancti Vincentii. E ſchedis meis.*

B . M
HIC REQVIESCIT IN PACE
CONSTANTIA QVAE VIXIT
IN SAECVLO ANN. XIII.
ANI.......................

4 *Romæ. in Cœmet. S. Hermetis. Ex Marangonio.*

CONSTAN
TIA
CONSTANTIA VIRGO IN PACE NEOFITA

5 *Ibidem, in Cœmet. S. Thraſonis. Ex eodem.*

CONSTANTIA VIX. ANN. XXII. M. VIIII.
D. XVII. IBIT. IN PACE VI. KAL. DEC
BIRGINIVS COMPARI CASTAE CVM QVA
FECIT ANNIS. VIII.

6 *Ibidem, in Cœmeterio Calliſti. Ex Boldetto.*

COSTANTIA FECIT SIBI VIVA
LOCVM

7 *Ibidem, in Cœmeterio S. Baſillæ. Ex P. Lupo.*

CONSTANTIA IN PACE NEOFITA

8 *Ibidem, in pavimento Sancti Chryſogoni. E ſchedis Ambroſianis.*

CONSTANTIA
QVE VIXIT ANNOS XX.
DEPOSITA VII. KAL. IVLIAS

9 *Ibidem, in Arcu Sancti Petri. E ſchedis meis.*

QVOD DVCE TE MVNDVS SVRREXIT IN ASTRA TRIVMPHVS
HANC CONSTANTINVS VICTOR TIBI CONDIDIT AVLAM

Ad Conſtantinum Magnum pertinet hæc Inſcriptio: ſed poſt aliquot ab eo Sæcula factam puto.

10 *Ibidem, in Cœmet. Prætextati. Ex Marangonio.*

LOCVS CONSTA
NTINI SE BIBO
EMET

11 *Ibidem, in pavimento Ædis Sancti Celſi. Ex Donio.*

ΕΝΘΑΔΕ ΚΙΤΕ
ΚΩΝΣΤΑΝΤ
ΤΑ ΝΗΠΙΟΤ
ΕΝ ΙΡΙΝΙ Η ΚΤΜΗ
ϹΙϹ ΑΤΤΟΤ



Aut ab Auctore, aut a Deſcriptore male habita verba iſta ſic lego:

ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ
ΚΩΝΣΤΑΝ
ΤΙΟΤ ΤΟΤ ΝΕΠΙΟΤ
ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ Η ΚΟΙΜΗ
ΣΙΣ ΑΤΤΟΤ

Ideſt:
Heic Jacet
Conſtan-
tii Infantis (ſubaudi *Corpus*)
In Pace Dormi-
tio Ejus.

Fabrettus vir doctiſs. ubicumque in lapidibus Candelabri hujus formam reperit, ad Judæos homines retulit. Chriſtianum hominem formulæ *in Pace*, & *Dormitio* heic prodere videntur. Sed, ut alibi oſtendi, etiam formula *In pace* Judæis in uſu fuit. Attamen ſupra vide tres alias Inſcriptiones Candelabrum præferentes.

12 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex Margarino.*

CONSTANTIVS NATVS........
QVI VIXIT ANNIS..........
HIC QVIESCET IN.........
SAVINA CONPARI SVO.......
BENEMERENTI IN PACE DEI

13 *Romæ, in Cœmet. Prætextati, ex Marangonio.*

CONSTANTIVS LADICIAE STERCORIAE
IN ☧

1 *Romæ,*
in Cœmeterio S. Saturnini.
Ex Marangonio.

CONSTANTIVS ET
SILVANA ☧ PARETES
SABBATIVS QVI
VIXIT IN ☧

3 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti.*
Ex Boldetto.

CONSTAN
TI IN PACE
CESQVE

4 *Ibidem,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Vignolio.

☧ CONSTANTIVS DISCOLIO
FRATRI SVO BENEMERENTI
QVI VIXIT ANNIS PLVS MINVS
LXXII. BENEMERENTI IN PACE

In altero latere hujus lapidis:

Q. MEDICVS AVG LIB
A SOLO SIBI FECIT
HOC CEPOTAFIV QVIN
TA VITALIS FILIA MEA
POSSIDEBET. SINE CONTRO
VERSIA

Et heic vides adhibitum ab homine Christiano Marmor, quod antea usui fuerat Ethnico viro, & ad ejus filiam hereditario jure spectaverat. CEPOTAFIVM est *Sepulcrum in Horto*. Usus fuit hac voce Palladius in Lausiaca Cap. 20. Eam P. Bonanni ponit in Museo Kircheriano sed in prima linea deest ☧. in quarta verò legit LXXIII.

8 *Hadriæ.*
Misit Octavius Bochius.

CN. CORNEL
FAVS

10 *Romæ,*
in Basilica S. Clementis.
Ex P. Lupo.

T. IN PACE CRESCENTI
AN. P. M. LXXX. DEPVS. D
DIE VENERIS P C F L F

2 *Ibidem,*
in Villa Mandosia.
Misit P. Ginanni.

CONSTANTIVS. ET. SOSANNA
SE. VIVI. LOCVM. SIBI. EMERVNT
PRESENTIS A ☧ ω OMNIS POS
SORES

Fortassis EMERVNT A PRAESENTE. Nunc verò ipsi evaserunt integri Loci *Possessores*, nisi ad Præsentem Possessorem hæc referenda sint. Sed num pro POSSORES legendum FOSSORES?

5 *Ibidem,*
apud Marcum Milesium.
E schedis meis.

CORDIANO V C QVI VIXIT
ANVM ET MESES X IN PAC

☧

6 *Ibidem,*
in domo Pomponii Læti.
E schedis meis.

CORYMBIO
ANNVM HABENS
TERTIVM
DECESSIT

An Christiana sit hæc Inscriptiuncula, dubitare liceat.

7 *Ibidem,*
Ex Blanchinio.

CORN. PVDENTIANETI
BENEM. Q. VIXIT. AN. XLVII
DIES. I. VAL. PETRONIVS MAT.
DVLC. IN PACE

9 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Ex Margarino.

CRESCENTI A........
AVR. EVTYCH. LONG......
QVI VIXIT ANNIS........
....
AB EVTYCH..............
S. FILIA CETVLA......
CONS. SEISTII. I.........

Difficile statuas, fragmentum hoc ad Christianum hominem pertinere.

1 *Romæ,*
in Cœmeterio S. Hermetis.
Ex P. Lupo.



CRESCES COIVCI SVE
ILARITATI. IN PACE



2 *Ibidem.*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

NON MERE
MTI ANIME CR
ESCENTI. QVI VI
XIT. AN. III. MESIS. X.
depossone. Q
VINTV. KAL. IVN

Animadverte scripturæ vulgaris formam in linea quinta.

3 *Ibidem,*
in Museo Kircheriano,
ex P. Bonanni.
Misit etiam P. Scarmagli.

CRETICVS ET SATVRVS QVI
BIXIT ANNOS XXVIII. IN PACE
SETALI AMICO MVNIS FELICI
AMICO XV. KAL. SEPTEMBRES

Vereor ut satis accuratè descripta hæc fuerint.

4 *Ibidem,*
in S. Clementis.
Misit P. Blanchinius.

...IN PACE CRISCENT....
...ANN PM LXXX DPS V....
..DIE VENERIS PC FL. C...

5 *Alcoleæ prope Hispalim.*
E schedis meis.

CVLFINVS FAMVLVS
DEI VIXIT ANNOS
PLVS MINVS LXX.
RECESSIT IN PACE
III. KAL. AVGVSTAS
ERA DC
K. I

Idest Anno Christi 562.

6 *Romæ,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

CVRRENTIO
SERVO DEI
DEP ☧ D. XVI
KAL. NOV.

7 *Aquilæ,*
in Sanctæ Mariæ prope Introducum.
Misit Antonius Antinorius.

CVSTAN
TINA BIBAS
IN DEO

8 *Mediolani,*
olim penes Comitem Octavium Archintum,
nunc Excellentiss. Comitem Philippum.
E schedis meis.

ACCELERES QVAMVIS ORAT TE FLEBILE SAXVM
CONSPICIAS QVIS SIT CONDITVS HOC TVMVLO
CVRTIVS HIC SITVS EST PIETATE INSIGNIS ET ANNIS
VILANVS SVPERIS REDDIDIT AST ANIMAM
NE PVDEAT NOSTRVM TV QVI LEGIS ADVENA NOMEN
DICERE VILANO SIT PRECOR ALMA QVIES

9 *Florentiæ,*
in Museo Mediceo.
Ex Gorio.

M. CVRTIVS
VICTORINVS
ET. PLOTIA
MARCELLA
VIVENTES FECERVNT
SI DEVS PERMISERIT
SIBI

10 *Ad Castrum Gandulfi in Collibus Albanis.*
Ex P. Lupo.

ΚΤΡΙΑΚΗ ΤΗ ΓΑΤΤΑΤΗ | ΚΑΤΑΘΕϹΕΙϹ ΕΝ ΠΑΚΕ ☧
ΕΖΗϹΕΝ ❦ ΕΤΗ-ΛΕ Ο̆ ΠΡΟ | ΜΙΑϹ ΕΙΔΩΝ ΜΑΡΤΕΙΩΝ

ΓΑΤΤΑΤΗ pro ΓΑΤΚΤΤΑΤΗ.

Ideſt:

Cyriacæ Dulcissimæ Depositio In Pace Christi.
Vixit Annos XXXV. Decessit Pridie Idus Martias.

1 *Romæ,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Boldetto.

DP. CYRIACETIS. III. IDVS. QVAE. VIXIT
ANNOS. XX. DIES. I. QVE. NOFITA MORTVA
EST VIRGO. IN. P.

DP. hoc est *Depositio*. NOFITA pro *Neophyta*. IN P. ideft *In Pace*.

2 *Ibidem,*
in Cœmeterio S. Saturnini.
Ex Marangonio.

CYRIACETI NEPOTI ME
AE QVAE VIXIT AN
NV ET D. XIV

3 *Ibidem,*
apud Ficoronium.

ΚΥΡΙΑΚΟϹ ΧΡΕΙϹ
ΤΟΥ ΔΟΥΛΟϹ
ΑΓΝΟΝ ΠΑΙΔΙ
ΟΝ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΕ
ΜΝΗΜΗϹ ΕΝΕΚΕΝ ΟΙ ΓΟΝΕΙϹ ΓΛΥ
ΚΥΤΑΤω ΕΠΟΙΗϹΑΜΕΝ

Ideft:

Cyriacus Chris-
ti Famulus
Purus Pu-
er Hic Jacet
Memoriæ Caufsâ Parentes Dul-
cissimo Fecimus.

4 *Ibidem,*
in Cœmeterio Lucinæ.
Ex Boldetto.

CYRIACVS FIDELIS DECESSIT OCTO DIES
MINVS. A. TRES. ANNVS III. KAL. MAR.

In aversa hujus lapidis facie.

SOMNO AETERNALI. SACRVM. SEVERO
FILIO DVLCISSIMO. QVI. VIXIT. ANN.
VIII. MENSES III. IANVARIA. MATER
FECIT INFELICISSIMA

Rursus vides Ethnici hominis Marmor, quo ad Christiani pueri titulum usi sunt parentes.

5 *Ibidem,*
in Cœmeterio S. Saturnini.
Ex Marangonio.

CYRICVS ANIMA DVLCIS IN PAC
VIXIT ANVM. I. D. LXXIII.

6 *Ibidem,*
apud Antonium Montacutum Sculptorem.
Ex Cœmeterio S. Sebastiani.
Misit P. Ginanni.

DPS CYRILLES QVE VIXIT
ANN. XX. DIES V. QVE FECIT
CVM VIRO SVO ANN. V
ET MESES VIII. DIES VIII
DPS VII. IDVS AVG. IN PACE

7 *Ibidem,*
in Palatio Farnesio.
Ex Francisco Blanchinio.

T. I. X. N. EGO ꓷAMASI
VS. VRB. ROME EPS AN
C ꓷOMV COSECRAVI
...N. R. Q. S. M. S. PA. S. PE

Primæ siglæ: T. I. X. N. significant *Titulus in Christi nomine*. Postremis indicari videntur *Reliquiæ Sancti Pauli*, & *Sancti Petri* ibi positæ. Spectat Inscriptio ad Annum Christi circiter 370.

8 *Ibidem,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

DANTO BENEMERENTO QVI VIXIT
A QVATOR. M. III. DIE XVIII. IN P.
VIX ANNOS II. M III. D. XV.

Aliquid heic excidisse videtur.

9 *Treveris,*
ad Sancti Paulini.
Ex Browero.

HIC QVIESCIT DAR
DANIVS QVI VIXIT
AN. XXXV. APRONI
VS FRATER TITVLVM
POSVIT IN PACE

10 *Romæ,*
in Cœmeterio Prætextati.
Ex P. Lupo.

DATIBO FILIO QVI VIXIT
ANNOS TRES MENSIBVS QV
(*sic*) AΠORSALDESA MATER FILIO




1 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Ex P. Margarino.

LOC. DECI. CVBICVLARI. HY.....
QVIESCIT CARO MEA NO.....
P. M. CREDO RERVSC.......
XV. KAL. IVN. ET ITĒR P........

2 *Romæ,*
in Cœmeterio Prætextati.
Ex Marangonio.

ΔΗΜΗΤΡΙΑ
ΙΔ ΚΑ. ΝΟΒ.

Ideſt:

Demetria ante XIV. Kal. Novembr.

3 *Ibidem,*
in SS. Martini & Silveſtri.
E ſchedis Vallicell.
Miſit P. Blanchinius.

DESIDERI CVBICVLARI AVG.....
REQVIESCIT CARO MEA NO....
P̄M CREDO RESVSC......
V. KAL. IVN. ET IT.....
RR̄. P.

4 *Bagnacaballi in S. Petri.*
Miſit P. Petr. Paul. Ginanni Prior Benedictin.

DE DONIS D̄I ET S̄CI PETRI APOSTOLI TEMPORIBVS
DN DEVSDEDI IOHANNIS VMILIS
V̄B EP̄C PR̄B FECIT
PER IN̄D V

5 *Romæ,*
in Muſeo Eminentiſs. Cardinalis Alexandri Albani.
Miſit Franciſcus Blanchinius.

PVELLAE DIOCLETIA
NE QVAE VIXIT
ANNIS II. M. V
DIES XVIII. FILI
AC BENEMERENTI
IN PACE



6 *Ibidem,*
in Cœmeterio Sanctæ Helenæ.
Ex Boldetto.

D. P. DIOPLIES VI. IDIBVS IAN QVE
VIXIT ANN. XV. DIES XVI. BENEME
RENTI. FI. POSIDONIVS ET IRENE
VIRCINI FECERVNT IN........

DIOPLIES fortaſſe pro DIOCLIES.

7 *Falariæ, nunc Falerone.*
Miſit P. Camerinius.

IN DI NOM RENANTI DOMINO NOSTRO DESIDERIO
VIRO EXCLª REGE ANNO PIETATIS
SVE IN DI NOM TERʒO DECIMO GENTIS LANGVM
BORDORV̄ IDENQVE REGNANTE DOMNO NOSTRO
ADELCHIS FILIO EIVS ANNO FELICISSIMI REGNI EIVS
XP̄I NŌM VNDECIMO SEO TEMPORIB̄
TASGVNI DVCI CIVITATI FIRMANE MENSE
IANVARIO INDICTIONE OCTAVA IN HVNC ARCA
VOLVET FECI PRO SE SVIQVE OMNIVM

Indictio Octava Annum Chriſtianæ Æræ 770. deſignat. De Epocha Regni *Deſiderii* Langobardorum Regis, ejuſque Filii *Adelchiſi*, egi ego in *Antiquitatibus Italicis*. Interea vide, haſce Notas Chronologicas a calculis Pagii diſcordes eſſe, qui ad Annum Chriſti 756. affigit exordium regni Deſideriani. *Taſgunus* iſte *Dux* Civitatis Firmanæ, nunc primùm, ut puto, nobis innoteſcit.

8 *Romæ,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

DIA. SEX. FIL. PAVLINA. HIC. S. E

1 *Romæ, ad Sanctæ Mariæ Trans Tiberim, Ex P. Lupo.*

A ☧ ω DIONISIA VIXIT ANNO
VNO MESES XI. DES VII
DEPOSTA PRIDIE IDVS FREB
DES SOLES

Pro *Dies Solis*. Miror tamen, quod Christi Fidelis *Diem Dominicum* potius non appellaverit.

3 *In Insula Gauli, Misit Comes Johannes Antonius Ciantar Melitensis.*

ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΕ ΔΟΜΕ
CΤΙΚΟC Ο ΕΥΜΑΘΗC
ΧΡΙCΤΙΑΝΟC ΚΑΙ ΙΗΤΡΟC
ΕΖΗCΕΝ ΕΤΗ ΟΓ
ΑΝΕΠΑΥCΑΤΟ ΤΗ......
ΚΑΛΑΝΔ ΦΕΒΡC

Ideſt;

Heic Jacet Domesticus Docilis (seu *Eruditus*)
Christianus Et Medicus.
Vixit Annos LXXIII.
Sepultus est ....
Kalendas Februarii.

2 *Mediolani, E schedis Francisci Cicereji Mediolanensis.*

M . M
DISCORDIA LEVCADIO CONIV
GI QVI VIXIT ANNOS SEXAGI
NTA ET DIES DVODECIM BENEME
RENTI CVM QVO VIXIT ANNOS
TRIGINTA DVOS ET MENSES
DVOS QVAM POST MORTEM EXPOLIA
VIT FRATER TVVS EVGENIVS
SIC ILLI REDDAT DEVS
ET SPIRITVS TVVS
QVI ME FECIT SIC NVDAM REMANERE
INFELICEM MEMORIAM

M. M. Ideſt, ut opinor, *Memoria.*

4 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex P. Margarino.*

LOCVS DOMINICES.....ABES A CIPRIANV PREP.......
SOLIDIS TRIMI MARITO SVO DEVS.....E. QVI VIXIT
ANNVS P M XXXV. DEPOSIT.

5 *Ravennæ, in Sancti Vitalis, detectus lapis Anno Christi 1732 in Capella* Sancta Sanctorum. *Misit P. Ginanni.*

IN N̄ PATRIS ET FILII ET SPIRITVM SC̄I HIC
REQVIESCIT IN PACE DOMINICVS PR̄B DE
SERVIENS BASILICE SC̄I VITALIS MARTY
RIS ET SI QVIS HVNC SEPVLCHRVM VOLA/E
RIT PARTEM HABEAM CVM IVDA TRADITOREM
ET IN DIE IVDICII NON RESVRGAT PARTEM SVAM
CVM INFIDELIBVS PONAM

Intra Sepulcrum legebatur ✠ DOMINICVS ✠. Quum Sancti Vitalis Basilica consecrata fuerit circiter Annum Christi 547. ex Agnello in Vitis Archiepiscoporum Ravennatum, ad tempora posteriora pertineat Inscriptio ista oportet.

6 *Syracusis, lamina ærea in Crypta Sanctæ Luciæ. Ex Petro* della Valle.

ΗΜΕΡΑ. ΚΥΡΙΑΚΗ. ΔΕCΜΕΥΘΕΙΣΑ. ΑΛΥΤΟΙC. ΚΑΜΑΤΟΙC. ΕΠΙ. ΚΟΙΤΗC
ΗC ΚΑΙ Τ' ΟΥΝΟΜΑ. ΚΥΡΙΑΚΗ. ΗΜΕΡΑ. ΚΥΡΙΑΚΗ. ΠΑΝΤΟC. ΒΙΟΥ ΛΥCΙΝ
ΕCΧΕ ΤΗΝ ΗΥΗCΕ ΠΡΟ ΠΡΩΤΗC ΚΑΛΑΝΔΩΝ. ΜΑΙΩΝ

Ideſt;

Die Dominicâ, Ligata Doloribus Incurabilibus In Lecto
Mulier Nomine Dominica, Die Dominicâ Totius Vitæ Solutionem
Consequuta Est, Quam Petierat, Pridie Kalendas Majas.

1 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Misit P. Joseph Blanchinius.

LOCVS DOMINICES . . . .
SOLIDI TRIM MARITO SVO DEVS . . . .
ANNVS P M XXXV DEPOS . . . . . .

2 *Syracusis,*
in Sancti Johannis.
E schedis Donii misit Gorius.

MEMORIA DOMINICI MACE
DONIS. LEGE. ET. RECEDE
AMICI NOLITE TRISTARE QVIA
OMNES MORITVRI. SVMVS

Veterum Sæculorum fœtum an præstare possimus, aliquantulum dubito.

3 *Romæ,*
in Cœmeterio Priscillæ.
Ex Bonarota.

DOMITIA. IVLIANETI FILIAE IN. PACE
QVAE BIXIT. ANNIS. IIII. MESIS. X. ORAS
SEX. NOTIS. DEFVNTA EST IDVS
MAZAS

4 *Ibidem,*
apud Marchionem de Angelis.
Ex P. Montfauconio.

DOMITIANVS CESQVENTI
RISI. AN. XXII. MESES. X.

RISI pro BIXI; Ideſt VIXIT, fortaſſe poſitum. Sed fieri etiam poteſt, ut ſit Nomen.

5 *Ibidem,*
in Cœmeterio Sancti Laurentii.
Ex Bonarota.

DOMITI
IN PACE
LEA FECIT

6 *Ibidem,*
in Cœmeterio S. Saturnini.
Ex P. Lupo.

DOMNINAE
INNOCENTISSIMAE ET DVLCISSIMAE COIVGI
QVE VIXIT. ANN. XVI. M. IIII. ET FVIT
IMARITATA ANN. DVOBVS. M. IIII. D. VIIII
CVM QVA NON LICVIT. FVISSE. PROPTER
CAVSAS PEREGRINATIONIS
NISI. MENSIB. VI
QVO TEMPORE. VT. EGO. SENSI. ET EXHIBVI
AMOREM MEVM
NVLLI SV ALII SIC DILEXERVNT
DEPOSIT. XV. KAL IVN

IMARITATA pro MARITATA. Heic SV. pro SVAM; ſcilicet Conjugem.

7 *Ibidem,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

DONATA SE VIV EMIT SIBI ET
MAXENTIAE LOCVM BISOMV

8 *Ibidem,*
in ædibus Principis Prænestini.
E schedis Ptolomeis.

DONATA NVNO SVO
TERTVLLO CVN FILIA
MEA IN PACE

NVNO eſt pro *Nonno*. Quo nomine Lingua Italica donat Patrem patris, aut matris. Ea vox antiquiſſima eſt. Vide Du-Cangium in Gloſſario Latino.

9 *Ibidem,*
in Cœmeterio Priscillæ.
Ex Boldetto.

DONATA. DONATI. ET TERTVLLAE
FILIA VIXIT. ANN. III. MENS. XI.
DIEB. XXIIII. HOR. VIIS. ANTE DIEM
IIII. DECESSIT. X. K. OCTPER. EXIIT
ET MANET IN PACE

10 *Ibidem,*
in Cœmet. S. Saturnini.
Ex Marangonio.

R | DONATVS PVER MENSORV
M DECEM DEFVNCTVS
SIGNVS ASELLICVS | B

11 *Ibidem,*
Ex eodem.

DONATVS
VICXIT ANOS
XV. ET ACCEPIT
REQVIE IN DEO

12 *Extra Romam.*
Misit P. Ginanni.

DONNVS
DECESSIT
AN PL M XV



1 *Romæ,*
in Cœmet. Gordiani.
Ex Marangonio.

DOROTHEO ☧ FILIO DVL
CISSIMO QVI VIXIT M VI
D. XX. OR. IIII.

2 *Ibidem,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Johanne Vignolio.

MIRAE INNOCENTIAE DRA
CONTI QVI
VIXIT ANN. V. M. X. D. XI
DORMIT IN PACE

3 *Ibidem,*
in S. Cæciliæ Trans-tyberim.
Misit P. Blanchinius.

LOCVS DVLCISSIME....
IVGIS MEAM DEVDATA...
VIXIT ANNVS PLVS.....
DEPOSITA IN PACE NONA...

4 *In Vico Herrera*
agri Utrariensis in Hispania.
Ex Roderico Caro Donius.

✠

EBVRINVS. FAMVLVS. DEI
VIXIT ...... I. ANNOS. PLVS
MINVS XR. RECESSIT IN PACE

Pro XR. legendum censeo XV. nisi fortè mavis X. D. hoc est *Decem Dies*.

5 *Romæ,*
in S. Mariæ Majoris.
Misit P. Blanchinius.

QVI VISET ANNVS
QVASINTA ECTOR DEPO
SITVS IN PACE XV. KAL. MARTIA

6 *Venetiis,*
apud Abbatem Arigonium.
Misit Octavius Bochius.

EGNATIE PRIMITIVE
CONIVGI DVLCISSIME
QVE MECVM ANNOS
ABVIT. XIV. ET. VIX. AN
LXXVII. BENEMERENTI. IN P

7 *Romæ,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

SANCTISSIMO ET LAVDABILI
VIRO EGNATIO REDDITO
SIGNV. CASVLIO. QVI VIXIT
ANN. LXIIII. M. XI. DIES VIII. CLAVDIA
MAXIMINA CONIVGI INCOMPARABILI

8 *Ibidem,*
in Cœmeterio S. Urbani.
Ex P. Lupo.

DEPOSTIO ELENI PRID IDS MARTIAS
QVI BIXIT ANNIS XXXII

9 *Ibidem,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

ΕΛΑΙΝΟϹ ΚΑΙ ϹΩΤΗ
ΡΑ. ΕΤϹΕΒΙΩ ΓΛΤΚΤΤΑ
ΤΩ ΤΕΛΕΤΑΙ ΕΤΩΝ
ΙΒ. Η. ΙΒ. ΠΡΟ. Γ. ΝΩΝ. ΑΤΓ.

Ideſt:

Elænus Et Sote-
ra Eusebio Dulcissi-
mo, Defuncto Annorum
XII. Dierum XII. Tertio Nonas Augusti.

10 *In Collegio Romano*
PP. Societatis Jesu.
Misit P. Contuccius Contucci.

ELIAVINCENTIAQVEVIXITANNOS
ETMESISIICVMVIRGINI SVO
QVEVIXITANNV DIEMINVS

Ideſt:

Elia Vincentia Que Vixit Annos ....
Et Mesis II Cum Virgini Suo
Que Vixit Annu Die Minus.

Cum Virgini pro *Virginio*, ideſt *Marito*.

11 *Romæ,*
in Cœmet. S. Saturnini.
Ex Marangonio.

ELPIDIA EVFRASIO CONPARI QVI
VIXIT ANNOS XL TE IN PACE

12 *Calari, in Cœmeterio. Ex Bonfanto.*

✠ ΕΝΘΑΔΕ ΚΑΤΑΚΙΤΑΙ ΕΛΗϹΑΒΕΛ
ΖΗϹΟΤϹΑ ΕΝ ΘΩ ΕΤΗ ΠΛΕΙΟΝ ΕΙ
ΕΛΑϹϹΟΝ ΠΕΝΤΕΚΟΝΤΑ ΓΕΝΑΜΟ
. . . .

Ideſt:

Heic Jacet Elesabel,
Quæ Vixit In Deo Annos Plus
Minus Quinquaginta ......
. . . .

1 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex Margarino.*

ELEVTHERIVS ET FANLIA
FECERVNT SIBI ET FILIO
........IN PACE ANNORVM
....

2 *Romæ, in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

ELPIS ET SAVINIANVS SIBI ET CONIVGI
IN PACE

3 *Ibidem, in Sanctorum Johannis & Pauli. Ex P. Montfauconio.*

HOCCE PVELLAE IACET TVMVLO CORPVS ELISABET
QVOD MANET IN SANCTA AVLA NVNC BATTISTAE IOHANNIS
ILDIBRANDVS EIVS GENITOR THEODORAQVE MAMMA
ORTA PVELLA IDEO FVIT ARDVA STEMMATE ROMAE
BIS ANNOS HABVIT SENIS ET MENSIBVS DECEM
DVCTA IOHANNES VESTRA PAVLEQVE IVRE SVB ALMA
PRO QVA VOS DOMNVM DEPOSCITE MARTYRES ALMI
ET SIBI DET REQVIEM SANCTAM POST FVNERE SEMPER
HOC SI QVIS TVMVLVM VIOLAVERIT AT REQVE PARVVM
SVBIACEAT NEXVM DVM VIVIT IN ORBE ANATHEMA
DEP. V. KAL. SEPT. IND. V.

Imperito fane Poëtæ, tum in Grammaticam tum etiam in fyllabicam quantitatem fæpius peccanti obtigit, Elogium iftud carmine exarare *Hildibrandi* nomen fatis indicat, fpectare Infcriptionem ad Longobardica aut Francica Sæcula. *Mamma* Matrem fignificat pro more illorum Sæculorum, a quibus & nos didicimus.

4 *Ibidem, in Sancti Martini in Montibus. Ex Holftenio.*

ΕΝΘΑ. ΚΕΙΤΑΙ. ΕΜΙΔΑΒΟΤϹ ΓΑΜΗΤΗ
ΚΑϹϹΙΑΝΟΤ ΤΟΤ ΜΑΡΙΟΤ ΚΩ
ΜΗϹ ΑΔΑΝΩΝ ΚΑΙ Ο ΤΙΟϹ ΑΤΤΟΤ ΠΕΤΡΟϹ

Ideft:

Heic Jacet Emidabus Uxor Caffiani Filii Marii Ex Caftello Adaneorum, Et Filius Ejus Petrus.

Adanæ Ciliciæ Urbis meminit Stephanus. Alteram quoque memorat in Arabia. Et tertiam ad Euphratem. De priore heic agi, veri videtur fimile. *Petri* quoque nomen Chriftianos homines indicat. *Cyriacus Epifcopus Adanæ* occurrit in Concilio Conftantinopolitano Primo.

5 *Calari, in Cœmeterio. Ex Bonfanto.*

HIC MIHI CARA PIO TEGITVR CONIVX ECCE SEPVLCRV̅
EMERITA SANCTIFICO SEMPER SOCIATA PVDORE
BIS DVODENOS ET FIDA DEO QVE PERTVLIT ANNOS
INVIOLATA MAIO FELICI CONDITA LVCI
SANCTIMONIVMQVE GERIT DOMINO TRIBVENTE CORONAM
LAVRENTIVS CONTRA VOTVM

6 *Florentiæ, apud Dominicum Nardium. Ex Gorio.*

EMILIANO FILIO DVLCISS
P. B. ME  V. A. XXV. ☧

1 *Ticini,*
lapis effossus Anno Christi 1715. e ruderibus Sancti Gervasii,
Misit P. D. Gaspar Berettus.

B ☧ M
ENNIAE VERAE FEMINAE RELIGIOSAE
QVAE VIXIT IN SAECVLO AN. LXIII. M. V.
D. XII. CVM COMPARE VIXIT SINCERE
ANN. XXV. VAL. CAMPANIANVS COIVGI
DILECTISSIMAE P. DIE XII. KAL. OCT

Subditur aliâ characterum formâ:

S . . . . ET NEPOS EIVS SENA
TOR VIXIT ANNOS
IIII. ET DIES XIII.

2 *Ibidem,*
in Baptisterio Sancti Michaëlis.
E schedis meis.

ENNODIVS VATIS LVCIS REDITVRVS IN ORT.
HOC POSVIT TVMVLO CORPORIS EXVBIAS
CLARVS PROLE QVIDEM GENEROSIOR IPSE PROPINQVIS
QVOS FVNCTVS LAVDVM IVSSIT HABERE DIEM
REDDEDIT HOS CAELO VIVACIBVS ILLE FIGVRIS
CVM FECIT FAMAE VIVERE CONLOQVIIS
QVID MIRVM SI MORTE CARET POST BVSTA SVPERSTIS
QVI CONSANGVINEOS RESTITVIT SVPERIS
QVANTOS ISTE FORET MVNDI CELEBRATOR IN HORTV
NEC SILET OCIDVI CARDINIS OCEANVS
SCISMATA CONIVNXIT DVDVM DISCORDIA LEGI
ADQVE FIDEM PETRI REDDEDIT AECLESIIS
POLLENS ELOQVIO DVCTRINAE NOBILIS ARTE
RESTITVIT CHRISTO INNVMEROS POPVLOS
LARGVS VEL SAPIENS DISPENSATVRQVE BENIGNVS
DIVITIAS CREDENS QVAS DEDIT ESSE SVAS
TEMPLA DEO FACIENS YMNIS DECORAVIT ET AVRO
ET PARIES FVNCTI DOGMATA NVNC LOQVITVR
DEPOSITVS SVB. D. XVI. KAL. AVGVSTAS
VALERIO. V. C. CONSVL.

Ennodii celeberrimi Ticinensis Episcopi & Scriptoris elogium funebre ediderunt Clarissimi viri Sirmondus, & Fabrettus. Ego ad fidem marmoris expressum rursus exhibeo. Is diem suum obiit Anno Christi 521. *Valerio Consule* in Occidente.

3 *Romæ, in Cœmeterio Cyriacæ.*
Ex Boldetto.

B. M. FILIO
INNOCENTISSIMO EPICTETO QVI SEMPER
CVM PARENTES SVOS INNOCENTISSIME
VIXIT
HIC VIXIT ANNOS NVMERO VICINTI ET
MENSES II. ET DECESSIT DIE V. IDVS. AVG. HVIC
PARENTES POSVERVNT IDEST
VICTORINVS ET CYRIACETE

1 *Romæ, in Cœmeterio Prætextati. Ex Marangonio.*

ERCVLIO QVI VIXIT AN
NIS QVATTVOR DIES X
MINVS IN PACE QVI
ESCAT

2 *Ibidem, in Collegio Patrum Societatis Jesu. Misit P. Contuccius Contucci.*

ERENEA VI
BAS IN DEO A

3 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

PATER FILIE ERM
IONETI DVLC. ANIME
INNOCENTI. Q. VIXIT
ANOS. II. ET MESES IIII
VSQVE IN IIII. IDVS MARTIAS

4 *Ibidem, in Cœmeterio Prætextati. Ex Marangonio.*

XIII. CAL. APRIL
D P.
ERMOGENIA
IN AGAPE

5 *Ibidem, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Senatore Bonarota.*

EVAGRENI. FILIAE. CARISSIME. BENE
MERENTI. QVE VIXIT. AN. XVIIII. M. VII. D. XXIII
MAXIMVS. ET TALAME. PARENTES FECERVNT
DECESS. III. NON. OCTO

6 *In Villa Flumicelli in Foro Julii apud Franciscum Stabile. Misit Comes Beretta.*

EVVAGRIO. IN
FANTI. DVLCIS
SIMO. QVI. VIXSI
T. AN. VIIII
ME. II. DIE XX
VRBANA INFE
LIX MATER
CONTRA VO
P. C.

7 *Romæ, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto & Ficoronio.*

PATRONO MERITIS FVERIS QVI CARVS
AMICIS
HIC REQVIRENDE DIV TV MISERANDE
IACES
EVCHARISTIANO IN PACE

8 *Ibidem, in Cœmet. Prætextati. Ex Marangonio V. Cl.*

ΕΥΔΑΙΜΩΝ ΚΑΙ
ΤΓΙΑ ΙΟΤΛΙΟΤ CΕ
ΟΤΗΡΟΤ ΑΠΕΛΕΤ
ΘΕΡΟΙ ΑΓΑΠΗΤΙ
ΩΝΙ ΕΤΩΝ. Ε Γ. ΚΑΙ
ΡΩΜΙ ΗΜΕΡΩΝ
ΙΒ. ΤΕΚΝΟΙC ΧΑ
ΡΙΝ ΜΝΗΜΙC

Ex versione P. Contuccii e Soc. Jesu.

Eudæmon & Hygia, Julii Severi Liberti, Agapetioni annorum V. & Romæ Dierum XI. Filiis causa memoriæ (posuerunt.)

Geminos pueros nedum Christianos, sed & Martyres heic haberi, opinatus est Clariss. Canonicus Marangonius. Novum tamen fatetur, *Libertos* memorari in Christi Fidelium tumulis, quum eadem conditio in tot aliis Inscriptionibus numquam occurrat. Agnoscit etiam, non facile persuaderi posse, tam teneræ ætatis Pueros Martyrium fecisse. Ex iis certe ego sum, qui Christianos hosce difficile credam, eoque minus Martyres. An vero Palma indicium sit Martyrii, disputatum a me fuit in Diss. *de Sanctor. Venerat.* T. ult. Antiquit. Ital.

9 *Ibidem, in SS. Silvestri & Martini. Misit P. Joseph Blanchinius Presb. Orat.*

EVFRANDIO FABER QVI
VIXIT ANNOS PL MIN LV
DEPOSITVS IN PACE REFRIGERO
VII KAL DEC DIE MARTIS COSTA SI
MIS A FOSSORE SVSTV AVRI SOL IIII

Hanc e schedis Donii misit etiam Gorius, sed quibusdam in locis vitiatam. In tertia linea legit REFRIGERI, & in postrema SVSTV ARISO.

10 *In Gresy ditionis Genevensis. Ex Guichenonio.*

EVFRASIVS PBR
IN HONORE S. PETRI
APOSTOLI VOTO SVO FECIT

1 *Augustoduni.*
Ex Marchione Maffejo.

EVFRONIA EV........
FILIA. ET. M........
NAVFRAGIO........
NECTA. NAT........
PRI. KAL. NOV........
PERCEPIT
III. ID APRIL
DECESSIT
PRI KAL MAI

Hunc etiam ad me misit doctissimus vir Joseph Bimardus Montis Seleuci Baro, qui eam ponit *Coutarnonii in Burgundia apud D. de la Mare*. Is legit EVFRONIA FL. Infra PERCIPIT, sive PERCEPIT, idest *Baptismum*.

2 *Romæ,*
in Cœmeterio S. Urbani.
Ex P. Lupo.
Marangonius eam ponit in Cœmet. S. Hermetis.

EVFROSINO
FILIO CARISSIMO
VIXI-M-IIII. TE IN PACE

TE, ut puto, fuerit ET.

3 *Tarenti,*
in Cappella S. Cataldi.
Misit Polidorus, & Ignat. M. Como.

OSSA EVGENIAE KESTIAE
IK. DIPOSERVNT DOLENTEC. FILII
EVTHICHYVC. ET BALENC

Christianam mihi indicat vox DIPOSERVNT pro DEPOSVERVNT. Animadverte C. pro S. more Græcorum.

4 *Romæ,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Bonarota.

EV. HO. DI. ONI. MA. RI. TO
TY. CHE CVM. QVEM
FECIT. AN. NOS XVIII
SPI ♡ RI. TVS. TV ♡ VS IN
PACE

5 *Ibidem,*
in Cœmeterio S. Saturnini.
Ex Marangonio.

EVMIGELVS NEEME
NI. COIVGI. KARISSI
ME. FECIT. SE BIBO

6 *Neapoli,*
in S. Georgii Majoris.
Ex Ughellio.

QVISQVIS. AD. HAEC. SANCTI. FESTINAS. TEMPLA. IOANNIS.
OBSECRO. SVBSISTENS. CARMINA. CERNE. MEA.
HIC. QVOQVE. COGNOSCIS. PEREANT. QVOD. REGNA. POTENTVM.
PRAEDIA. DIVITIAE. VMBRA. VELVT. TENVIS.
HIC. EVPHIMIAE. REQVIESCVNT. MEMBRA. BENIGNAE.
NVRVS. GREGORII. QVAE. DVCIS. ALTA. FVIT.
NAMQVE. VIRO. IVNCTA. STEPHANO. DVM. VIXIT. IN ORBE.
SEMPER. AMANDO. DEVM. AD. BONA. PROMPTA. FVIT.
ORPHANVS. ET. PAVPER. HVIVS. SOLAMINE. VIXIT.
TRISTIS. ET. AFFLICTVS. COMMODA. SENSIT. OVANS.
SEMPER. ERAT. VIGILANS. MEDITANDO. GAVDIA. CHRISTI
QVALITER. IN COELO. POSSIT. HABERE. LOCVM.
TANDEM. POST. MVLTVM. FAMVLANDO. RITE. TONANTI
DEBITA. PERSOLVENS. PERGIT. AD. ASTRA. POLI.
INCLYTE. PRAECVRSOR. DOMINI. ET. BAPTISTA. IOANNES
(*sic*) DIGITO. DEVOTE. SAEPE. PRECANDO. DEVM.
CHRISTE. SALVS. MVNDI. HOMINVM. PLASMATOR. OPIMVS.
DONA. EVPHIMIAE. GAVDIA. SANCTA. TVAE
HAEC NOS GREGORIVS PRAEFECTVS. ET ATHANASIVS
LEVITA. TRISTIS MATER AMANDA

Euphemia hæc virum habuisse creditur Stephanum Filium Gregorii Ducis Neapolitani, scilicet ipsum, qui sublatâ e vivis uxore, Ecclesiasticæ militiæ sese addixit, & Anno Ch. 920. Cathedram Episcopalem Patriæ suæ conscendit.

1 *Neapoli in SS. Johannis & Pauli.*
Misit Ignatius M. Como.

CREDO QVIA REDENTOR MEVS VIBIT. ET IN NOBISSIMO DIE DE TERRA
SVSCITABIT ME. ET IN CARNE MEA BIDEBO DEVM MEVM
HIC REQVIESCIT IN PACE EVPHIMIA. ET IOH. VIR EIVS. ET CAETERI FILII EORVM

2 *Romæ, in Cœmet. Prætextati.*
Ex Marangonio.

TITVS EVPOR
QVI VIXIT
ANN OS
X. ET ME
NSES VII
DECE SSI
T·VIII KAL
MAIAS
IN PACE

3 *Mariæmegingæ in Suevia, apud PP. Franciscanos.*
Ex Johanne Eckarto.

ΕΤΠΟΡΟΣ
ΟΤΡΒΙΚΟ ΦΙ
ΛΙΩ ΒΕΝΕΜΕ
ΡΕΝΤΙ ΦΗΚΙ

Latina Inscriptio literis Græcis exarata hæc habet:

Euporus
Urbico Fi-
lio Beneme-
renti Fect.

Dubitare liceat, num hæc inter Christianas sit recensenda.

4 *Romæ, in Villa Matthæjorum.*
E schedis Ptolomeis.

EVSCHEMON. GRAECVS. QVI. FVIT ANNOR
XXX. ET. VIXIT. CVM. CONIVGE. SVA. ANN. II. ET
MENS. VII. ET. DIES. VI. RELIQVIT FILIVM
MENSIVM. III. BENE MERENTI. CON
IVGI. VRSA. FECIT. DEPOSIT. XVIII.
KAL. IAN. ET. SISINNIVS FRATER
CVM. AMICIS. SVIS ☧ IN PACE
PRID. IDVS. DECEM. DIE. MARTIS

5 *Ibidem,*
in Cœmeterio Priscillæ.
Ex P. Lupo.

ΕΤCΕΒΙΑ. ΚΙ
ΕΤ. Δ. ΠΡ. ΙΕ. ΚΑ
ΙΑΝ

Ideſt:

Eusebia Jacet
Et Decessit XV. Kal.
Januar.

6 *Augustæ*, sive *Aostæ*
in Delphinatu.
Ex Marchione Maffejo.

HIC REQVIESCIT IN PACE
BEATAE MEMORIAE
EVSEBIA. SACRA. DNO
PVELLA. CVIVS PROBA
BILIS VITA INSTAR
SAPIENTIVM PVELLA
RVM SPONSVM EMERVIT
HABERE XPM
CVM QVO.....

7 *Veronæ,*
juxta Cathedralem in pavimento tessellato.
Ex Francisco Blanchinio.

EVSEBIA	HIMERIA	....
CVM SVIS	CVM SVIS	MARIN
TESSELLA	P. CXX	COL. CVM
VIT. P. CXX		SVIS. P.X

Quam quisque sacri pavimenti partem *Tessellis*, hoc est, exiguis quadratis lapidibus, ornaverant, ex hoc monumento edifcis.

1 *Extra Neapolim in S. Mariæ Gratiarum.*

Misit Ignatius Maria Como.

HIC REQVIESCIT IN PA
CE QVODDAM EVSEVIA
FILIA SAMBANIS ET AS
NELLE QVI VIXIT ANN
PLVS MINVS XXXIIII DEP
OSETA EST IND PRIMA ME
NSE MAGIVM DIE VICISI
MA

2 *Extra Romam, in Basilica Sancti Pauli,*

E schedis meis.

IN NOMINE DEI PATRIS OMNIPOTENTIS ET DOMINI NOSTRI IESV ☧. FILII EIVS ET
SP. SANCTI PARACLETI EVSEBIVS INFA....... RENOVAVIT CYMETERIV. TOTV
COLVMNAS IN PORTICOS. PICTVRAS QVAS IN RVINIS ERAT TOTAS. ET
TECTV CVM TEGVLAS ET TABL.... N. ET ACVTOS ET MATERI
A TOTA BALINEV. MARMORA QVE MINVS ABVIT ET SCAMNA
FENESTRAS SPECLARAIT EMINVS INTERIORA MARMORAVIT PAL
LOSTRA INCINOS ET CLABES POSVIT VT POTVIT VSQVE DVM
ESSET IN SECVLO FECIT RELIQVA FABRICA QVANDO EXIVIT DE HOC
SECVLO REMISIT ALVMNIS SVIS PECVNIAE ET IPSI FABRICAVE
RVNT INTROITV AT MARTYRES QVOD EST IN PVBLICV A FVNDAMENTIS
FABRICABIT MESAS AT MARTYRES ROTAS FECIT AQVAM IN VALINEO
PER MANGANA FECIT. AT CONCAMERAVIT CVBICVLV ET CANCELLV FECIT
CAVSA FVRES FECIT CIAMVL..... ALA FACENT. ITEM SARTA TECT
A SVSCEPIT SIGILLA SIBIQVE IN PORTICV POSVIT COMPODIOLA

Dolendum, quod hoc monumentum ad nos non venerit expurgatum, & sine lacunis. Quod tamen superest, heic emendatius & plenius habes, quàm apud Aringhium & Reinesium.

3 *Romæ,*

in Cœmeterio S. Saturnini.

Ex Marangonio.



DOMINO CONIVGI EVSIBIO TERENTIA
BENEMERENTI IN PACE

Est ibi Vas vitreum Martyrii signum. Cur vero nullum tam gloriosæ mortis verbum pleræque Inscriptiones exhibeant, mirandum certe videatur.

1 *Romæ,*
in Sanctæ Mariæ in Cosmedin.
Ex Crescimbenio.

✠ HAEC TIBI PRAECLARA VIR
GO CEALESTIS REGINA SC̄A SV
PER EXALTATA ET GLORIOSA DO
MINA MEA D̄I GENETRIX MARIA
DE TVA TIBI OFFERO DONA EGO
HVMILLIMVS SERVVLVS TVVS
EVSTATHIVS IMMERITVS DVX
QVEM TIBI DESERVIRI ET HVIC
SC̄AE TVAE DIĀC DISPENSATO
REM EFFICI IVSSISTI TRADENS
DE PROPRIIS MEIS FACVLTATI
BVS. IN. VSV. ISTIVS SC̄AE DIĀC PRO
SVSTENTATIONE XP̄I PAVPERVM
ET OMNIVM HIC DESERVIENTI
VM DIACONITAR. OB MEORVM
VENIAM DELICTORVM HAEC
INFERIVS ADSCRIPTA LOCA ID̄
FVND. POMPEIANV̄ CVM CASIS ET
VINEIS. FVNDOR. TREA. SCROFA
NV̄. ET MERCVRIANV̄ SEV CAMPIS
CVM CASIS. ET. VIÑ SEV OLIBETIS
FVND. ANTIQ. VNC. IIII. SEM̄ CV̄ CASIS
ET BIÑ NECNON. HOLIBETIS SI
MVL BINEAS QV SVN IN PORTIS
TABVLAS VI ℘ ✠ ITEM ET EGO GE
ORGIVS GLORIOSISSIMVS OFFERO
VNC. III. FVND. ANTICV. CVM CASIS
ET BINEIS SEV OLIVET. FVND. AGELLII
IN INTEGRO CVM OMNIB. AD SE PERTINENTI
B QVOD VISVS SVM EGO QVI SVPRA
OFFERERE VNA CVM GERMANO MIO
. . . . OAVI ℘

In altera Tabula.

✠ ET BV . . . . NECNON . . . . ET
BINEAS QVI SVN IN PINCIS BER
SVR. III ℘ SEV. ALIAS. V. BERSVR. B
VBARICAS. QVI SVNT. IN. FVND. AR. . . . .
ANI. CVM CASIS ET BIÑ. SIMVL. V.
BERSVR. IN SST̄O FVNDO. QVOD DA
TA SVNT. AB EREDIB. GERMANAE
MEAE MOLA. QVEM. DATA. EST
AB. ERED. PAVLI. IVXTA EAD. D̄I
III. VNCIAS. MOLAE. QVI DATAE S
BINEAS TABVL. XI. QVI SVNT IN
AGCIT. BINEAS TABVL. IIS. QVI SV
IN TESTACIO NECNON TABVL. XVIII. Q
SVNT IN SC̄O GORDIANO. NECNON
TABVLAS. II ℘ Q SVNT IN SC̄O E
VPLVM. DE BERODIPTI ℘ P . . . .
QVI PRO TEMP̄. FVERIT. FACI . . . . .
QVOTIDIANA. MIS̄S. ACCIPIAT. AP . . . . .
TRE SOLID. III ℘ ET SI QVIS PRE
SVMPER. TAM DE HIS LOCIS QV
AE A ME OFFERTA SVNT ET OR
DINATA. BEL. A. CETERIS XPIĀN
OBLATA SVNT BEL IN POSMO
OFFERTA FVERINT. AB VSV
ET POTESTATE HVIVS SC̄E. DIĀC
ALIENARE AVT MONITZIONEM
EXINDE CVIQVAM FACERE
SCIAT SE DISTRICTVS RA
TZIONES REDDITVRVM
ESSE. EIDEM DEI GENETRI
CIS IN FVTVRO IVDICIO INSVP
ER ET ANATHEMATIS BINCVLO
SIT INNODATVS ET A REGNO D̄I
ALIENVS. ATQVE CVM DIABVLO
ET OMNIBVS IMPIIS. AETER
NO. INCENDIO DEPVTATVS ℘

Tum *Eustathius Dux*, monumenti hujus auctor, tum *Georgius gloriosissimus*, qui & ipse *Dux* fuisse mihi creduntur ex iis Romanorum Ducibus, de quibus egi in Antiquitatibus Italicis Dissertatione V. Quo tempore floruerint, illi nequaquam monuerunt: certe ne ego quidem monebo. Vide tamen Chartas Monasterii Sublacensis & Farfensis a me editas in eisdem Antiquit. aut inter Scriptores Rer. Italic. Ibi non unus *Georgius Dux*, & *Eustasius*, fortassis *Eustathius Dux*.

1 *Romæ, in Cœmet. Priscillæ. Ex Marangonio.*

ΕΥΣΕΒΙΑ ΚΙ
ΕΤ. Δ. ΠΡΙ ΙΕ ΚΑ
ΙΑΝ

Ideſt :

Euſebia quievit Annor. IV. Pridie Kal. Januarias.

Ibi repertum Vaſculum ſanguinis veſtigia retinens.

2 *In Cœmeter. Romanis. Ex eodem.*

EVSTINA IN PACE QVE VIXIT MENS
ES XXIII. HORAS. III. QVI
ANNVM I ET MENSES XI
KAL. AVG. PATER PIVS FILIAE

3 *Romæ, in S. Pancratii. Miſit P. Blanchinius.*

EVTICHIANO NVTRITORI
FECIT DEPOSITVS IDIBVS
DECE...............

4 *Ibidem, in Cœmeterio S. Saturnini. Ex Marangonio.*

EVTICIA FILIO
SVO BONIFA
TIO IN PACE

5 *Ibidem. Ex eodem.*

EVTICIANE QVE VIXIT ANNIS PLVS MINVS CENT.
ALVMNI INCINTI LEONTIII

6 *Ibidem, in Cœmet. Gordiani. Ex eodem.*

EVTICIO FABRO FERRIO
QVI BI QVIE
ANN XXII KAL. DICES
SIT SIT

7 *Ibidem, in Muſeo Kircheriano. Ex P. Lupo.*

EVTICIS ANIMA
DVLCIS ANIMA
ANNORVM
XXIII MESES NV VI D
IES XVI

8 *Ibidem, in Cœmeterio Calepodii. Ex Boldetto.*

EVTIICHIE. FILIE. DVLCISSIME QVE
VIXIT ANN. V. III. MENS. VII. DIES IIII.
DEPOSITA VIII. IDVS OCTOBRIS
IN PACE

9 *Ibidem, in Cœmeterio Prætextati. Ex Marangonio.*

EVTYCHIANETI INNOCENTI
QVAE VIXIT ANNIS XI
DIEBVS XLVIIII.

10 *Ibidem, in Cœmeterio Pontiani. Ex Boldetto.*

EVTYCIE COIVGI BENEMERENTI
IN PACE QVE VIXIT ANN. XXII
QVE ABVIT MARITV M. X. D. XIIII

11 *Ibidem, in S. Praxedis. Miſit P. Blanchinius.*

EVTYCIVS IN PACE
EVTYCIVS F
IN PACE

12 *Ibidem, in S. Cæciliæ Trans Tyberim. E ſchedis Vallicellianis miſit idem Blanchinius.*

LOCVM QVĒ COMPARAVIT A V̄V̄ EXILLARATO FIL PAS...
CONIVX VITALIANI PRIMICERII ET AVTENTA NVMERI.......
THEODOSIA C. SOL. IIII ET TVM IN Q REQVIESCIT DEP.
VIII. KAL. MAR. IND. XV

1 *Calari, in Cœmeterio.*
Ex Bonfanto.

✠ HIC IACET B M EXVMEVS
VIXIT PLVS ANNOS C. REQVI
EVIT IN PACE SVB D.....

2 *Romæ, in Cœmeterio S. Thrasonis.*
Ex Marangonio.

DOMINO FILIO INCOM
PARABILI EXVPERIO
VERVS ET AMPELIA PA
RENTES FILIO IN PACE

3 *Ibidem,*
in Cœmet. S. Saturnini.
Ex eodem.

☧ EXVPI IN
PACE QVI VIX
ANN XVIIII P. M



Exupi pro *Exuperi.*

4 *Ibidem,*
in Cœmet. S. Ermetis.
Ex eodem.

Q. FABIVS GAVDENTIVS. THLIAE (*sic*) C
CONIVGI KARISSIMAE IN PACE
QVE FECIT MECVM ANNOS NOVE
ET DIES IIII.

5 *Ibidem, in Cœmeterio Sanctæ Agnetis.*
Ex Boldetto.

FABOR PATER TREBIO FABORI FILIO DVLCISSIMO SEMPER ET TRE
BIVSIVS FABORI FRATRI DVLCISSIMO ADQVE AMANTISSIMO SEMPER
QVI VIXIT ANNIS. XXVI. ET MES. VIIII. DIES XVIIII. ET STERCO
RIA VXOR MARITO DVLCISSIMO INCOMPARABILI. QVI VIXIT
MECVM. ANN. VIIII.

Caret Elogium formulis seu indiciis Christianitatis.

6 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Ex Margarino.

FABIANVS FLATVRARIVS

Modestius elogium concinnari non potuit. *Flaturarii* fuere, ut alibi monui, qui aurum & argentum conflabant in Monetali officina, aut in privatis apothecis ad monilia, annulos, aliasque res efformandas.

7 *Ibidem.*
Ex eodem.

FAVSTAE IVSTAE GRATISSIMAE ET AL......
ET MIHI IAM LOCVM PARAVI...................
DICI FAMA DN VERINT DV.......................
AR TVTARI SEPVLCRO

Non uno vitio laborat fragmentum hoc.

8 *Romæ,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

FAVSTINAE. VIRGINI. FORTISSIMAE
QVE BIXIT ANN. XXI.



IN PACE

Cur VIRGO FORTISSIMA *Faustina* hæc appelletur, vix alia mihi caussa succurrit, nisi ob Fidem Christi fortiter in tormentis afferam. Nullum tamen Martyrii indicium Symbola apposita præferunt, ceteris Christianam Religionem profitentibus tunc utique communia.

9 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli,
Ex Margarino.

.....FAVSTINAE CONIVGI........
.....VIXIT ANNIS XXXIII. MENS......
.....VS INNOCENTIVS MARITVS......
.....SE FECERVNT ANNOS XVI.......
.....DEPOSITA X. KALEN.........

10 *Romæ, in S. Laurentii.*
E schedis Vallicell. misit P. Joseph Blanchinius V. Cl.

OMNIVM AMICO FAVSTO.....CO...
PARCO FIDEI MITISSIMO MEO CA
RISSIMO EXCEPTORI OFER QVI VI
XIT ANNOS XVIII. MENSIS I DP EST IIII. IDVS IVNIAS

1 *Romæ, in Basilica Vaticana. E schedis Donii misit Gorius.*

FELICIS. C
FILI. C
BIXIT
SVD LVIIII TROFIMVS ET
SERENA INFELICES PA
RENTES FECERVNT

Minime certum est, fragmentum hoc spectare ad hominem Christianum.

2 *Ibidem. Misit Ciampinius.*

BONE MEMORIAE. DVLCISSIMO FILIO
FELICISSIMO. QVI. VIXIT. ANNVM VNVM. MEN
DVO D. DVODECIM. DISCESSIT D X. KAL. AVGVST
INCOMPARABILI. FILIO. PARENTES. POSVERVNT

3 *Ibidem, Ex Sancti Pauli. Apud Franciscum Blanchinium.*

A ☧ ω
AD BASILICAM APOS
TOLI PAVLI ET
DDD NNN
FELICISSIMI PECOR

4 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio V. Cl.*

FELICISSIMVS. CRESCENTI
NE CONIVGI. DVLCISSIME
KARISSIME. QVE. VIXIT. ANN.
XXXIII. MES. II. ACCEPIT. III. KAL.
IVL. DEP. VI. KAL. NOVE
NBRES. BENEMERENTI

5 *Ibidem, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

M. S. D
FELICITAS. FILIO. SVO. BENEMERENTI. FECIT
QVI VIXIT. ANNIS. VIII. MENSIBVS
II. DIEBVS. XX. SECVNDINO DOLENTI
FECIT

Siglas M. S. D. interpretari possis *Memoriam Sui Doloris*, aut *Memoriam Sepulcralem Dolens*. Ceterum heic desunt formulæ, aut indicia, Christianorum elogiis apponi consueta.

6 *Ibidem. Ex eodem.*

☧ DOMINAE. FELICITATI. COMPARI
SANCTAE. QVAE DECESSIT

8 *Ibidem, in Cœmet. Prætextati. Ex Marangonio.*

FELICI FILIO BENEMEREN
TI QVI VIXIT ANNOS XXII. DIES
X QVI EXIVIT VIRGO DE SAECVLV ET
NEOFITVS IN PACE
PARENTES FECERVNT
DEP. IIII. NONAS AVG.

10 *Ibidem, apud quemdam Marmorarium. Misit P. Ginanni, Prior Benedictinus.*

DP. FELICIS. VIII. IDVS. NOBE. ACVTIA
CONIVGI. SVO. BENEMERENTI

7 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

ENOIPH
FELICITATI INNOCENTIS
SIMAE QVI VIXIT ANNVM VNVM M
X. D. N. XVIIII. MERENTI SPIRITO IN P.
ALEXANDER AVVS BRISEIS AVIA
ADSERTOR NABIGIA P. R

9 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

FELICI. FIL. DVLC. Q. VIXIT. M. XI
ABASCANTIO. ET DIONISIAS. PAR.

Nullum heic habes indicium, quo Christiano infantulo Inscriptionem positam tute asseras.

1 *Nolæ, in Basilica.*
Ex Francisco Blanchinio.

PARVVS ERAT LOCVS ANTE SACRIS AVGVSTVS AGENDIS
SVPPLICIBVSQVE NEGANS PANDERE POSSE MANVS
NVNC POPVLO SPATIOSA PIIS ALTARIA PRAEBET
OFFICIIS MEDII MARTIRIS IN GREMIO
CVNCTA DEO RENOVATA PLACENT NOVAT OMNIA SEMPER
CHRISTVS ET IN CVMVLVM LVMINIS AMPLIFICAT
SIC ET DILECTI SOLIVM FELICIS HONORANS
ET SPLENDORE SIMVL PROTVLIT ET SPATIO

Sunt Versus Sancti Paulini Episcopi Nolani.

2 *Romæ,*
in Cœmet. S. Saturnini.
Ex Marangonio.

FELIX QVI B AN N V D N XX
VIII. DP V. IDVS IVLIAS




3 *Ibidem,*
in Cœmet. S. Thrasonis.
Ex eodem.

FESTIVAE DVLCISSIMAE CONIVGI GENNADIVS
DVLCISSIMO FILIO NEOFITO

4 *Ibidem,*
in pavimento Sanctæ Agnetis in Via Nomentana.
Ex Donio.

FIDELIS. CONIVNX. SEM . . . .
EXITVS. ISTE. TVVS. PRO . . . .
PERPETVAS. NOBIS. LAC . . . .
CASTA. GRAVIS. SAPIENS . . . .
COMPLEVIT TVA VOTA . . . .
DP IN PACE VI. KA . . . .

5 *Treveris, in Sancti Maximini.*
Ex Browero.

VIVO HIC REQVIESCET IN PACE
FIDELIS VIGOR



FILIVS IPSIVS PATRI PIO
TITVLVM PRO.... OSVIT

6 *Romæ,*
in Cœmet. Gordiani.
Ex Marangonio.

HIC REQVIESCIT IN PACE FILIPPVS
INFAS FIDELIS

7 *Ibidem,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Eodem.

FIRMO
AVGVSTALI
FRATER FECIT

8 *Ibidem,*
in Cœmet. Callisti.

FLABIAE PRO
CVLAE MEMMI
VS FELIX FRA
TER SVAE BE
NEMERENTI FECIT

9 *Ibidem,*
Ex Boldetto.

D · P
FLAVIAE. INFANTIS DVLCISSIMAE
QVAE VICXIT ANNO VNO ET MEN
III. D. P. V. ID. OCT. IN PACE

10 *Ibidem,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex eodem.

FLAVIA. SECVNDA. QVAE. VIXIT
AN. XXXIII. BITORIANVS. BE
NEMERENTI. CONIVGI SVE. FECIT 

Clariss. P. Lupus legit BITORINIANVS.

1 *Florentiæ, lapis effossus An. Ch. 1736. in S. Felicitatis. Misit Ant. Franc. Marmius.*

B M
FL. MARTINA
PVELLA. Q
VIXIT. AN
NOS VI
ET ME XVIIII
D. P. EST VIIII
KAL. DECENB
IN PACE

2 *Romæ, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

FLAVIAN
AE FILIAE BE
NEFICIARII

HILARA. QVI VIXIT. ANNVS
XLV. DEPOSITA EST. III. IDVS
DEC. IN PACE 

3 *Florentiæ, in Museo Mediceo. Ex Gorio.*

HIC REQVIESCIT IN PACE
FLAVIANILLA LPS. VIXIT. AN
NOS. XVII. MENSES III
DIES V. DEPOSITA EST
. . . . VII . . . . . . IND. X
. . . . SSONI

4 *Romæ, in Cœmet. Prætextati. Ex Marangonio.*

FLAVIANO FILIO DVL
CISSIMO QVI VIXIT
ANNIS VII. IN PACE

5 *In Vinea Did. Mazæ N. V. Salern. Misit amicus Como.*

HIC REQVIESCIT FOR
MICA KIAPP IN PACE
QVI VIXIT ANNOS
PLVS MINVS BIGIN
TI ET A SVPERIS MVN
DA TRANSIIT CVIVS
ANEMA INTER IVSTVS SIT

6 *Romæ, in Cœmet. Cyriacæ. Ex Marangonio.*

FL. CRISBINVS AVRELIAE ANIA
NETI BENEM. COIVGE QVE VIXIT AN
XXVIII. QVEM COIVGE HABVI. AN
VIIII KARITATE SINE VLA ANIMI MEI
LESIONE VALE MICHI KARA IN PACE
CVM SPIRITA XAN. TA VALE IN 

Pro *Spirita Sancta*: quæ phrasis occurrit in aliis Christianorum titulis.

7 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

Pars antica.

FL HERACLIDA T EM
PTORIS HERACLIDAE F
MACERIAM' VETVSTATE
DILAPSAM' REFECIT' ET REFV
GIVM. FECIT ET SI QVA. ALIA IN
TRA EAM MACERIAM FECIT. ET
FL. FLAVIANAE. T. EMPTORIS NE
POS . . . . . . CHARIS SVA PECV

Pars postica.

✠ CASSVS. VITALIS QVI VIXIT
ANN. L. VIII. MENSIBVS XI
DIES. X. BENME. FIL. FECERVNT
IN PACI QVI. IN VNV DEV
CREDEDIT IN PACE

Prior Inscriptio incertum est, an ad hominem Christianum pertineat.

1 *Pisauri, apud Episcopum Oliverium. Ex Oliverio.*

ΦΛΑΒΙω ΚΙΡΙΟ ΓΛΙΚΙ ....
ΕΖΗϹΗΝ ΕΤΗ ΠΕΝΤΑ   Heic columba.
ΑΚΕϹΙΑϹ ΑΚΟΛΟΥΘΟϹ ΕΠΟΗϹΗΝ
ΙΡΗΝΙ ϹΟΙ   ΕΝ ΟΥΡΑΝω



Ideſt :

Flavio Domino dulciſſimo.
Vixit Annos V.
Aceſias Pediſſequus fecit.
Pax tibi in Cælo.

2 *Spalati.*
E ſchedis Cyriaci Anconitani.
Miſit N. V. Pompejus Compagnonius.

FL. FIDENTIVS. EX
COMITIBVS. SIRMESIS
HIC. EST. DEPOSITVS
VIXIT. AN. XX.

Vide Gruterum pag. 852. num. 9. Hic fuiſſe videtur *Comes Sirmienſis*, hoc eſt Provinciæ Sirmii Rector, aut Civilis, aut Militaris.

3 *Brixiæ,*
in Sancti Alexandri.
E ſchedis Rediis, & Fratris Jucundi miſit Gorius.

B. M. IN PACE FLA. HIGGO SCVTARIVS
SCOLA TERTIA QVI VIXIT ANNVS XXV. MENS. V
ET MILITAVIT AN. VI. COGNATVS DVL
CISSIMVS SORORIO AMANTISSIMO
C. V. M. P.

Scutarios, hoc eſt Milites, *Scholæ Primæ*, *Secundæ*, & *Tertiæ*, ſub Imperatoribus Chriſtianis, novimus ex aliis lapidibus.

4 *Ibidem.*
Ex Cardinali Baronio.

FL. LATINO EPISCOPO. ANN. III. M. VII. PRAESBYT
ANN. XV. EXORC. ANN. XII. ET. LATINILLAE. ET. FL. MACRINO
LECTORI. FL. PAVLINA. NEPTIS. B. M. P.

Corruptiſſimum dedit hoc elogium Ughellius. Integrum ex Aldo Baronius, & Ferrarius edidere. Imperante Domitiano traditur vitam dediſſe pro Chriſto *Flavius* iſte *Latinus* Epiſcopus Brixianus. Sed nullis ex antiquitate petitis tabulis tam remota ætas firmatur.

5 *Romæ, in Baſilica Vaticana.*
Ex Ligorio.

FL. LEONTIVS. ET. EVSEBIA. POMPONIA. VIBI
FECERVNT. SIBI. ET. FL. FLORIANO. FILIO SVO
DVLCISSIMO. QVI. B. AN. XIIII. M. VII. D. XIII
D. VII. KAL. APRILES. QVIESCET. IN. PACE
ET. FL. CONCORDIO. FILIO. SVO. QVI. ☧. BIX. ANN.
XX. M. VIIII. D. VIIII. DEP. IIII. IDVS
IVLIAS. QVIESCET. IN. PACE. ET. EVSEBIE
POMPONIE. MATRI. EORVM. QVE. VIXIT. CVM
CONPARE. SVO. ANN. XXIII. M. VI. VIXIT. OMNES. AN. XL.
DEP. VI. IDVS. IANVARIAS. QVIESCET. IN. PACE

Primam Epitaphii partem *vivi* fecerunt *Flavius Leontius*, & *Euſebia Pomponia* Conjuges. Addita ſubinde fuit altera pars in memoriam ejuſdem *Euſebiæ Pomponiæ*, poſt ejus nempe obitum.

1 *Romæ, in Basilica Vaticana. Ex Aringhio, & Donio.*



FL. MAXIMO. V. C. CON..........
CONCESSVM. LOCVM. PETRO.........
ROME. ET. TRIBVNO. VOLVP.........
ET. CONIVGI. EIVS. IOHANN..........
PAPA. HORMISDA ET TRANSM........
DVS PRAEPOSIT. BASC. BEATI. PE......

Scilicet in Basilica Vaticana nemini Sæculari homini tunc sepultura concedebatur, nisi ex Privilegio, permittente nimirum Summo Pontifice. Circiter Annum Christi 515. quo florebat PAPA HORMISDA, vixit etiam FLAVIVS iste MAXIMVS. V. C. ideſt *Vir Clarissimus Consularis*. De *Tribunis Voluptatum* mentio eſt in Codice Theodosiano, & in Cassiodorii Epistolis.

2 *Ibidem, in Cœmeterio Gordiani. Ex Marangonio.*

FL. OLIVS PATERNVS
CENTVRIO. CHOR. X. VRB.
QVI VIXIT. AN. XXVII.
IN PACE

3 *Florentiæ, apud Dominicum Nardium. Ex Gorio.*

B M
FL ❦ ROMVLIANVS
(*sic*) INFAS. QVI. VIXIT. AN
VI. ET. M. VII. ET
FRATRES IPSIVS
QVI. POSITI. SVNT
PER. SINGVLA. COE
METERIA. VERVS
Q. VIXIT. AN. X
ET. ROMANVS QVI
VIXIT. AN. V
ET AVGVSTVLA. Q. V
ANN. III ❦ S
IN PACE

4 *Romæ, in Cœmeterio Sanctæ Agnetis. Ex Boldetto.*

FLABIVS SATVRVS. COIVGI. BENEMERENTI. QVE. FECIT. MECV. ANI. XVIIII.
M. V. QVI BIXIT ANN. XLI. DEPOSITA IN PACE XI. KAL. OCT.

5 *Ibidem, Ex eodem.*

FL. SECVNDINO. BENEMERENTI
MINISTRATORI CHRESTIANO IN PACE
QVI VIXIT. ANN. XXXVI. DP. III. NON. MAR.

6 *Extra Romam, in Basilica Sancti Pauli. Ex Margarino.*

LOCVS FLABI TVRRANI RVFI
......ERTIO CINIATO
......CE DACTYLACIA
......ACARESIS
......CVMPARABE

7 *Romæ, in ædibus Chisiorum. E schedis Ptolomeis.*



FLAVIVS VALENTINVS IN PACE

8 *Aquilejæ, apud Canonicum Bertolum. Misit Comes Franciscus Beretta Utinensis.*

B M
FLAVIO VICTORINO V. P. COMITI
ET PERELLIAE ROMANAE NA
TIONE ITALI CIVES AQVILEIEN
SES FLAVII VICTORINVS
ROMANA ET CELSVS PATRIBVS
DVLCISSIMIS FECERVNT
CORPORA DEPOSITA DIE II. IDVS IVLIAS







V. P. ideſt *Viro Perfectissimo*.

9 *Romæ, in Cœmeterio Lucinæ. Ex Boldetto.*

DOMITIONI T. FL. EVTYCHIO
QVI VIX. ANN. XVII. MES. XI. D. III
HVNC LOCVM DONABIT M. ORBIVS
HELIVS AMICVS KARISSIMVS
KARE BALE

DOMITIONI pro DORMITIONI. Sic BALE pro VALE.

1 *Lugduni in S. Justi lapis Anno 1740. effossus. Misit præclarus vir Thomassinus* de Mazaugues *Præses Sen. Aquisext.*

FLAVIVS FLORI ....
EX TRIBVNIS QVI VIXIT
ANNIS OCTOCINTA ET
SEPTIM MILITAVI ANN
TRICINTA ET NOVEM POSITV
EST AD SANCTOS ET PRO
BATVS ANNORVM DECIM
ET OCTO. HIC COMMEMO
RA...... SANTA IN ECLESIA
LVCDVNENSI

Tum *Flavium Florianum* Tribunum, tum *Probatum* juvenem tumulus ille complectebatur, positus prope sepulcrum Sanctorum, incertum num intra an prope Templum.

3 *Ibidem, in S. Alexii ad Aventinum. Misit P. Jos. Blanchinius.*

FLORENTIA VIRGO
QVAE VIXIT
ANN. XVIII
DEPOSITA V. IDVS
SEPT. PARENTES
BENE MERENTES

5 *Ibidem, Ex eodem.*

FLORENTIVS QVI BIXIT
ANNOS ☧ LXVIIII. MESES
III. DIES XX IN PACE

7 *Ibidem, in S. Mariæ Trans Tiberim. Ex P. Lupo.*

DEPOSSO. EIVS. VI. KAL
IANVAR. FLORENTINVS
QVI. ODVIT. DOLENS. ANIMO
FECIT. PAX. TECV

9 *Romæ, apud Ficoronium. Misit Ramaginius.*

LOCA DVO FLORI
EPISCOPI MENTVR
NENSI QVAS TRADI
....

2 *Romæ, in Sancti Pancratii. E schedis Ptolomeis.*

T. FL. POSTVMIO. VA
RO. C. M. V. QVI VIXIT
ANNIS. LXIIII. D. XXXI
DEP. VII. KAL. OCTOB.
SEXTILIA. IVSTA. F
CONIVGI. BENEMEREN
TI. IN. PACE

4 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

FLORENTIE
APVLEIE NIGRINE
DVLCISSIME MATRI
BENEMERENTI
VLPIVS ANTER FLOREN
TIVS. FILIVS. FECIT

6 *Ibidem, in Cœmeterio Priscillæ. Ex Boldetto.*

D. M. S.
FLORENTIVS. FILIO. SVO. APRONIANO
FECIT. TITVLVM. BENEMERENTI. QVI. VIXIT
ANNVM. ET. MENSES. NOVEM. DIES. QVINQVE
CVM. SOLDVAMATVS. FVISSET. A. MAIORE
SVA. ET. VIDIT. HVNC. MORTI. CONSTITVTVM
ESSE. ET. IVIT. DE. SECVLO. VT. FIDELIS. DE
SECVLO ...... RECESSISSET

SOLDVAMATVS corrupta vox. Num CVM SOLVS AMATVS FVISSET A MATRE SVA?

8 *Florentiæ, in Deiparæ Annuntiatæ. Ex Gorio.*

PARENTES FECERVNT
FLORENTIO FILIO




10 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini. Ex Canon. Marangonio.*

FLORIDI FILIAE DVLCI
PIENTISSIME QVE VIXIT
ANNIS. III. ME. IIII. DI. XXI

1 *Viennæ in Delphinatu, ad Sancti Petri.*
Ex Marchione Maffejo.

☧

FOEDVLA QVAE MVNDVM DOMINO MISERANTE
RELIQVIT HOC IACET IN TVMVLO QVEM
DEDIT ALMA FIDES MARTINI QVONDAM
PROCERIS SVB DEXTERA TINTA CRIMINA
DEPOSVIT FONTE RENATA DEI AD NVNC
MARTVRIBVS SEDEM TRIBVENTIBVS APTAM
CERBASIVM PROCEREM PROTASIVMQVE COLIT

Hoc hexastichum, heximetris ac pentametris versibus concinnatum, *Fœdulam* nobis exhibet sacro Baptismate regeneratam a Martino, uti videtur, Viennense Episcopo. Quo tempore is floruerit, Gallici Scriptores, & Eruditi Viennenses nobis significabunt, & consequenter ætatem hujus FOEDVLAE, cui Epigramma fuit inscriptum. *Cerbasium* est pro *Gervasium*.

2 *Romæ,*
in Cœmet. S. Saturnini.
Ex Marangonio.

FORTONATIANO
BENEMERENTI
IN PACE FIDELIS

4 *Romæ,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Boldetto.

ΦΟΡΤΟΤΝΑΤΟ ΟΤϹ
ΕΤΜΕΝΕΙΑΙ
ΚΟΙΟΓΕΙ. ΙΝ. ΠΑΚΕ

Idest:

Fortunatus
Eumeniæ
Cojugi In Pace.

Latina verba Græcis characteribus expressa. Lege ΦΟΡΤΟΥΝΑΤΟΥϹ.

6 *Romæ,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

FORTVNATVS SE VIVO SIBI FECIT
VT CVM QVIEVERIT IN PACEM IN
LOCVM PARATVM HA...... ☧

3 *Florentiæ,*
apud Principem Corsinium.
Ex Gorio.

IN HOC LOCO QVI
ESCET FORTVNA
QVAE VIXIT
ANN. XLVIIII
MARITVS SE BIBV FECIT

5 *Nolæ,*
lapis dudum effossus.
Nunc apud Ferdinandum Sanfelicium.
Ex Vignolio.

KAL. MART
FORTVNATVS
IN PACE ☧

7 *Tragurii.*
E schedis Alexandri Marchionis Capponii.

FORTVNIO
DEF. ANN. III. MENS. XI
C. AETENIANVS. ET. VICTORINA
ALVMNA CARISSIMI

8 *Romæ,*
in SS. Silvestri & Martini.
Misit P. Blanchinius.

HIC SITVS EST RECORD M̄ VIR
FRINGVLLVS HORR. VI FESTI
.... IN P MI XV DEP
S̄ D̄

1 *Romæ,*
in Cœmet. S. Saturnini.
Ex Marangonio.

FRONTONIANVS COIVGI DVLCISSIME CEPASIAE
VIXIT ANNIS XXV. MENSIBVS VI. REDDIDIT
VII. IDVS IVLIAS IN PACE 

2 *Aquilejæ.*
Misit Comes Franciscus Beretta Utinensis.

FVRIAE FIRMINAE. GAVDENTIAE
CONIVGI. INCOMPARABILI. QVAE
VIXIT. ANNIS. XXVI. DIES. VI. ORAS
.... VIRGINIAE. CARISSIMAE
.... ANNOS VIIII
.... QVAE DECESSIT
.... OCTOBRES
.... IX. VIRGINIVS
.... IN PACE FECIT

Visitur ibi effigies mulieris manibus passis, & Columba ramum olivæ rostro tenens. Vide supra *Aureliæ Justæ* Epitaphium, in quo VIRGINIA itidem occurrit, idest *Conjux*.

3 *In Hispania in ditione Marchenensi,*
prope Oppidum Arahel.
Ex Donio.

FVLGENTIVS MONACHVS
FAMVLVS. XPI. VIXIT. ANNOS
PLVS. MINVS. XLV. RECESSIT
IN. PACE. VI. KAL. IANVARIAS
ERA DLXXXI

Idest Anno Christi 543.

4 *In Insula Sancti Julii*
agri Novariensis.
Misit Lazarus Augustinus Cotta.

B ✠ ✠ M
HIC REQVIESCIT IN PACE ƧCM FYLACRIVƧ
EP. ECCL. NOVAR. QVI VIXIT IN
ƧECVLO ANNOƧ PL. M
XVI. DEPOƧITVƧ S. D. XVIII. CALENDARVM
IANVARIARVM INDICTIONE ƧECVNDA
ANNO DECIMO .... NORIƧ V. C

Fortasse *Basilii Junioris*. Quod ubi statuas, referenda erit Inscriptio ad Annum Christi 551. Sed legi etiam potest PC. *Justini Junioris*, ut alios Consules omittam. Novariensem hunc Episcopum, nomine *Fylacrium*, minime novit Ughellius.

5 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Ex Margarino.

HIC REQVIESCIT ....
CONIVX. ET DVL ..... GABIDARI
CO MARCO QVI VIX. ANN. XL. ET CVM
MARITV ANN. XVII. DP. P.... VM. PC. FLAVI
.... INDICT. PRIMA

6 *Romæ,*
in Cœmeterio S. Saturnini.
Ex Can. Marangonio V. Cl.

GABILDIO PRIMO QVI VIXIT ANNIS XX. DIE VNO REDDIDIT VI. KAL.
SEPTEMBR. AVR. FELIX. ET SATVRNINA FILIO DVLCISSIMO IN PACE
LOCVS FACTVS BISOMVS

7 *Ibidem,*
in Cœmeterio S. Saturnini.
Ex P. Lupo.

GABINO ET MARTYRIO FILIO 

D III. KAL. FEB

Gabinus qui & Martyrius explicanda hæc sunt; ut sint unius hominis bina diversa nomina. Erunt, quibus sit *Martyrius* heic pro *Martyr*. Loculus enim ille, monente Clariss. P. Lupo, Vas vitreum, sanguineo colore signatum, hoc est certum toleratæ pro Christo mortis testem, conjunctum habebat.

Ad Leonem III. Papam pertinet Inscriptio circiter Annum Ch. 798.

6 *Romæ, in S. Clementis.*
E schedis Vallicellianis, misit P. Joseph Blanchinius.

LEONTIAE CONIVGI BENEMERENTI
QVI VIXIT CVM MARITVM SVMVM ANNVS
XXVI D XXXIIII. DEPOSITA XIII. IDVS MAIAS
IN PACE LEO MAXIMVS
COMPARABIT
LOCVM DVSOMVM
LEONIS

7 *Tibure, in S. Petri Carmelitarum.*
Ex P. Lupo Soc. Jesu.

✠ LOCVS LETE CVM FILIIS SVIS PROCLANVM ET GEMMVLV
HIC REQVIEXCIT IN PACE
LOCVM QVEM SIBI COMPARABIRVM IN ORATVRIV
SANCTI ALEXSANDRI QVI SE ANIMAS SVAS HIC COM
MENDABERVM SVB IMPERIVM DOMNI ERACLI IMPERA
TORIS PIISSIMI INDICTIONE PRIMA
HIC REQVIESCIT IN PACE
SITES INCVRRAT IN TIPO SAFFIRE ET IVD
AE QVI EVM LOCVM SINE PARENTIS
APERVERIT

Spectat Inscriptio ad Annum Ch. 613.

1 *Extra Romam,*
in S. Pauli.
Ex P. Margarino.

DOMINAE MEAE CONIVGI AMANTISSIM
LEVCADIAE QVE VIXIT ANN. XVIII. D. VI.
DEP. DIE PRIDIE KAL. APR

2 *Ibidem.*
E schedis Donii misit Gorius,
& P. Blanchinius ex Vallicellianis.


LEVPARDVS
SE BIBV FECIT


3 *Mediolani,*
apud Comitem Donatum Silvam.
Misit Philippus Argelatus à Secretis Cæsaris.

IN SOMNIS PACIS
QVIESCIT BONE ME
MORIE LIBANIOLVS QVI
VIXIT M. XI. D. X. CVI PAREN.
CONSTANTIVS ET MAGNA
....VIVM POSVERVNT

4 *Romæ, in Musæo Kircheriano.*
Ex B. Bonanni.

LIBERALIS VALENTINE
CONIVGI QVAE VIXIT
ANNIS XXII. DIES XL
TE IN PACE

5 *Vercellis, in Cathedrali.*
Misit Franciscus Rogerius Canonicus Vercellensis.

LIMINE VIRGINEO HIC SPLENDIDA MEMBRA QVIESCVNT
INSIGNES ANIMAS CASTIS VELAMINE SACRO
CRINIBVS IMPOSITO CAELVM PETIERE SORORES
INNOCVAE VITAE MERITIS OPERVMQVE BONORVM
NOXIA VINCENTES CHRISTO IVVANTE VENENA
INVISI ANGVIS PALMAM TENVERE PERENNEM
ASPIDE CALCATO SPONSI VIRTVTE TRIVMPHANT

LAETANTVRQVE SIMVL PACATAE IN SECVLA MISSAE
EVICTIS CARNIS VITIIS SAEVOQVE DRACONE
OBLVCTANTE DIV SVBIGVNT DVRISSIMA BELLA
NAM CVNCTIS EXVTA MALIS HIC CORPORA CONDVNT
TANTVS AMOR TENVIT SEMPER SVB LVCE SACRATVS
IVNGERET VT TVMVLO SANCTARVM MEMBRA SORORVM
ALVVS QVAS MATRIS MVNDO EMISERAT VNA

FLORIBVS ET VARIIS OPERVM GEMMISQVE NITENTES
LVCIS PERPETVAE MAGNO POTIVNTVR HONORE
ADVENTVM SPONSI NVNC PRAESTOLARI IVBENTVR
VESTE SACRA DOMINO COMPTAE DONANTE BEATAE
IMMORTALE DECVS NVMEROSA PROLE PARENTES
AETERNO REGI FIDEM PIETATE SACRARVNT

AD CAELVM MITTET PARITER DOMVS VNA SEPVLCRI
MIRIFICO GENITRIX FOETV QVAE QVATVOR AGNAS
PROTVLIT ELECTAS CLARIS QVAE QVATVOR ASTRIS
EMICVIT CASTO DONO COMITANTE MARIA
LAETATVR GAVDENS GERMANIS SEPTA PVELLIS
INGRESSA TEMPLVM DOMINI VENERABILE MVNVS
ACCIPIVNT DVROS QVONIAM VICERE LABORES

NOMINA SANCTARVM LECTOR SI FORTE REQVIRIS
EX OMNI VERSV TE LITERA PRIMA DOCEBIT
HVNC POSVIT TITVLVM NEPTIS TAVRINA SACRATVM

Quo tempore floruerint Sanctæ istæ quatuor Virgines, Deo dicatæ, dignoscere non licet. Nomina tamen earum LICINIA, LEONTIA, FLAVIA, AMPELIA, satis produnt pertinere ipsas ad Quartum aut Quinctum Æræ Christianæ Sæculum.

1 *Talaveræ in Hispania,*
in Sanctæ Mariæ del Prado, *in urna.*
E schedis P. Cattanei.

LITORIVS FAMVLVS DEI VIXIT ANNOS PLVS
MINVS LXXV. REQVIEVIT IN PACE DIE
VIII. KAL. IVLIAS AERA DXXXXVIII.



Ideſt Anno Chriſti 510.

2 *Romæ,*
apud Portam Portuensem.
E Suaresio.

HIC EST LONGINIANVS. QVI FON
TES BAPTISMATIS CONSTRVXIT
SANCTI PAPAE DAMASI VERSIBVS
NOBILITATOS

Anno Chriſti 394. *Flavius Macrobius Longinianus* fuit Præfectus Urbi. Vide Gruterum pag. 165. num. I.

3 *Calari,*
in Cella S. Bonifacii.
E schedis Donii misit Gorius.

HIC IACET B. M. LONGINVS V. C.
QVI BIXIT. PLVS MINVS. ANNIS
X. REQVIEBIT. IN. PACE. SVB. D. IIII
ID. MART.

4 *Romæ,*
in Cœmet. S. Hermetis.
Ex Marangonio.

CO LORINATIVS BAR
NI BENTIVS LARGIA
VGI
SV E AGARENI BENE
AE MERENTI IN PACE

5 *In Ecclesia Cryptæ Ferratæ.*
Ex Donio.

SALBO LOTVNATO EPIS. SEMP. CRESC
AVT A DIVINA ✠ IPSIVS. TEMPORIB
ADHVC MAIORA VIDEVIS



HIC. PRO. VOTO. SARABO. PRESB. FECIT

6 *In Vico* Torrimpietra,
Diœcesis Portuensis.
Ex P. Lupo.

(*sic*)
COIVIGI BENEMERENTI LVCANAE
QVAE VIXIT MECVM. A. N. N. X. M. V. D. X
ABVIT. A. N. N. P. L. M. XXXI. V. ID. AVG
LEANDER FECIT TECVM IN PACE 

7 *Romæ,*
in Cœmeterio Prætextati.
Ex Marangonio.

ΑΜΕΜΗΤω ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ ΜΗΤΡΙ ΔΟΥ ΚΑΝΗ
ΛΟΥΚΙΛΑ ΘΥΓΑΤΗΡ ΕΠΟΙΗϹΕΧΙ
ΚΑΤΑΘΕϹΙϹ ⳨ Ζ ΚΑΛΑ ωΚΤωΒΡΙωΝ
Lego ΑΜΕΜΠΤΗ & ΜΗΤΡΙ ΛΟΥΚΑΝΗ

Ideſt:

Inculpatæ dulcissimæ Matri Lucanæ
Lucilla Filia fecit
Depositio illius VII. Kal. Octobr.

8 *Ibidem, in Cœmeterio Cyriacæ.*
E Boldetto.

LVCEIO LVCELLO FLORENTIO
QVI VIXIT ANN. XIIII. MENS. IIII
DIEBVS. XXVIII. ORIS XS. LVCEIVS
RVFINVS PATER CONTRA VOTVM

An pertineat ad hominem Chriſtianum, merito dubites.

9 *Ibidem.*
Ex eodem.

LVCIA SE VIVA LOCVM SIBI
COMPARAVIT Α ☧ ω

1 *Calari, in Cœmeterio. Ex Bonfanto.*

HIC IACET B. M. LVCIANVS
QVI VIXIT ANNIS PL. M. LXX. QVI
EVIT IN PACE POSITVS. V
KAL. IVNII

2 *Ibidem. Ex eodem.*

HIC REQVIEVIT B. M. LV
CIFERA QVE VIXIT ANNI
S. PLVS. MINVS. XXXV. SVB
Δ XÇII. KAL. DECEMBR
ES

Notas Δ XÇII. interpretare *Die XVIII. Kalendas Decembres.*

3 *Romæ, apud Puellas Mendicantes. Ex P. Lupo.*

. D . . Y .

LVCIFERAE CONIVGI DVLCISSIME OMNEM QVE VIXIT AN
DVLCITVDINEM CVM LVCTVM MAXIME NOS XXII. MES
MARITO RELIQVISSET MERVIT TITVLVM N. IIII. DIES. VI
INSCRIBTVS QVISQVIS DE FRATRIBVS LEGERIT ROGET DEVM
VT SANCTO ET INNOCENTE SPIRITO AD DEVM SVSCIPIATVR

4 *Romæ, in S. Augustini. E schedis meis.*

DEO SANCTO VNI

LVCI TE
C. VM PACE

Ibi visitur insculptus Pastor ovem in humeris gestans, ideſt Christus Dominus, quocum Lucius iste sperabat se regnaturum.

5 *Regii Lepidi: in urna. E schedis P. Cattanei.*

VRNA BREVIS GEMINVM QVAMVIS TENET ISTA CADAVER
ATTAMEN IN CAELO SPIRITVS VNVS ADEST
VIXIMVS VNANIMES LVCIVSQVE ET FLAVIVS. IDEM
SENSVS AMOR STVDIVM VITA DVOBVS ERAT.

6 *Extra Romam, in Basilica Sancti Pauli. Ex Margarino.*

HIC LVCROSA QVIESCIT IN PACE
DEPOSITA QVINTV IDVS NOV.
VIXIT ANNOS XVIIII. ET DIES XVI.

7 *Romæ, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Bonarota.*

IN PC. ET BENEDIC. LVNDINARIA B M
B. A. X. P. M

Ideſt:
In pace & benedictione Lundinaria bene merita bixit Annos X. plus minus.

8 *Ravennæ, ante portam Atrii S. Mariæ Rotundæ. Exscripsit Dominicus Vandellius.*

DVOS IVVAN LVPI ET APRI
VNA IVVANIAE DOMVS
HOS PRODVXIT ALVMNOS
LIBERTATIS OPVS CONTVLIT VNA DIES
HAFRAGA MORS PARITER RAPVIT
QVOS IVNXERAT ANTE
ET DVPLICES LVCTVS
SIC PER INIQVA DEDIT

9 *In Basilica Nolana. Ex Francisco Blanchinio.*

HOC QVOD CERNITIS DISCITE QVOD LVPERCVS EPISCOPVS COMPSIT ET
ORNAVIT IN HAC ECCLESIA
LVPERCVS EP FIERI PRECEP
AMORE DĪ ET SCORVM FELIC. ET PAVLINI RVFI LAVRENTII ET PATRICII

Quo tempore floruerit *Lupercus* iste Nolanus Episcopus, vereor ut quisquam ostendere nunc possit.

1 *Brundusii.*
Misit Johannes Bernardinus Tafurius.

ILLVSTRIS PIVS ACTIBVS ATQVE REFVLGENS
PROTOSPATA LVPVS VRBEM HANC STRVXIT AD IMO
QVAM IMPERATORES PONTIFICESQVE BENIGNI
. . . .

In primo versu dactylus desideratur, puta NOBILIS, seu CONDITOR ILLVSTRIS &c. In Tomo Quinto Rerum Italicarum, Chronicon habes *Lupi Protospatæ*, de cujus patria ac munere disputarunt Antonius Caracciolus, & Camillus Peregrinius. An ille idem hoc marmore signetur, incertum. Hic certe videtur amplissimo *Protospatarii* munere functus.

2 *Romæ,*
apud Balduinum de Briele.
Ex Donio.

MACARIVS FARERIVS
SORORI. IN. PACE. D. P.
XVI. KAL. AVG.

In schedis meis legitur FARETRIO.

4 *Aquilejæ.*
E schedis Farnesiis,
atque ex Fontaninio.

MALCHVS ET EVFEMIA
CVM SVIS DE DONIS DEI
VOTVM SOLVERVNT

Cl. Fontaninius habet SOLVINT.

6 *Mediolani,*
Olim penes Comitem Octavium Archintum,
nunc Excellentiss. Comitem Philippum.
E schedis meis.

B M
HICRE QVIES
SCITB.M MAN
FRITO VIVIT
IN HOC SAECV
L.ANN. P.M.LII
DEPO SITVM
ESTV D.PRID
ID.IAN IND.II

MANFRITO idem atque *Manfredus*, nomen Langobardicum.

8 *Romæ,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Marangonio.

FILI. FECERVNT. MANTIO
SERVILIO. Q. VIXIT
ANNOS. LVI. MEN. VNV
D. XVIIII. BENEMERENTI
D. VIIII. IDVS. MAR. IN PACE

3 *Ibidem,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.
Marangonius hanc ponit in Cœmet. S. Saturnini.

QVINTV IDVS M
AIAS INCLVSA EST
MACRINA QVE IOVI
NA DEFVNCTA EST AN
NORVM SEX ET NOVE
MESES XXI
DIE M.

5 *Interamnæ,*
in Sancti Valentini.
Ex Donio.

MALLIVS TIGRINVS
OB REFRIGERIVM C.....
DOMVM AETERNAM
VIVVS FVNDAVIT

Hujus *æternæ Domus* mentio dubitationem excitare potest, an hæc Inscriptiuncula ad hominem Christianum spectet.

7 *Pisis.*
Ex Gorio.

M. MANLIVS. BLASTVS. SIBI
ET CISDIAE FORTVNATAE. CONIVGI
BENEMERENTI IN PACE
FELICITATI DEIRATE. QVAE VIXIT
ANN. XVII. MEN. V. DIES. XVII. H. IIII
IN. F. P. XV IN. A. P. XV.

9 *Ibidem.*
Ex P. Lupo.

MARCELLA CESQVAT IM PACEM

10 *Ibidem,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

MARCELLA. SE. VIBA. FECIT. SIBI.
ET. BENEDICTAE. FILIAE. IN PACE
D. VII. KAL. . . . .

1 *Romæ, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

MARCELLIANVS. SABINE COIVGI SVE
BENEMERENTI FECIT ET FILIE
DVLCI IN PACE

2 *Ibidem, in S. Martini in Montibus. E schedis Donii misit Gorius.*

MARCELLINO
MENSE XI. DI. VIII. DEPOSITV.
DE DOMINI

3 *Ibidem, in S. Cæciliæ Transtyberim. Misit P. Blanchinius.*

IN EODEM BISOMO POSITVS EST
MARCELLINVS QVEM FECI
STVDENTIVS SIBI ET FRATRI

4 *Tuscanellæ, in Sancti Petri. Misit Sebastianus Dinius Tuscanellensis.*

...... S MARCELLINVS PATER BENEMERENTI
...... A EIVS CONTRA BOTO BISOSOMVM FECIT IN PACE
...... E FILHIE INNOCENTISSIME IVNIHE MARCELINE

BISOSOMVM ex Marmorarii, ut opinor, vitio. Nam BISOMVM scribendum fuit, ut in tot aliis Epitaphiis. Vide in calce Classis hujus.

5 *Romæ, in Villa Matthæjorum. E schedis Francisci Ptolomei.*

DOMINO MARCELO PARI EVTYCES DP. KL. IVLIS BENE
MERENTI IN PACE. QVI VIXIT ANN. P. M. QVADRAGINTA
ET MENSES SEPTE. FECET MECVM ANNIS XV.

PARI est pro COMPARI, idest *Conjugi*. Id liquet ex subsequenti formula FECET MECVM pro FECIT, seu junctus mecum fuit.

6 *Calari in Cœmeterio. Ex Bonfanto.*

QVISQVIS HONOS TVMVLI QVIDQVID SOLAMEN HVMANDI EST
CONTINET ISTE LOCVS QVEM CARA MARCELLO DEDIT
CONIVX RVFINA SVPERSTES LEONCIO IN PACE



7 *Romæ, in Cœmeterio Sancti Hippolyti. Ex Boldetto.*

HIC REQVIESCIT MARCIA IN SOMNO
PACIS DEPOSITA III. NON. APR.

8 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

KYPAKETE. MARCIANE C
XOYΠA. CECVM SORAE SVA ET
CE BET SIBI LOCVM

9 *In Hispania, in Vico* Bujalance, *in agro Petri Alphonsi de Castro. E schedis meis.*

MAR CIANE



VIVAS IN

SPES IN DEO



10 *Bononiæ, in Ecclesia omnium Sanctorum, lapis Româ devectus. Ex Malvasia.*

MARCIANETI FILIAI DVL
CISSIME QVAE VIXIT ANNO
MENSE ET DIES XV MARCVS FILIAE FECIT

11 *Extra Romam, in vinea Petri Pauli Varisonii. Misit P. Ginannius.*

DP. MARCIANI QVI VIXIT AN. XL
DEPOSITVS. XII. KAL. FERAR

1 *Pisauri, apud Episcopum Oliverium. Ex Oliverio.*



Heic Cete Jonam evomens.

MAPCIANO
KARISSIMO FEC
IT ΠPIMAKIA
NA MATER EN
HPHNE

2 *Romæ in Cœmet. Prætextati. Ex Marangonio V. Cl.*

MARKIANOC O KPHCTOC EZHCEN ETH AN MC ACI
KATETEΘH TH ΠPO Θ KAΛ ΔEKENBPI

Ideſt:

Marcianus vir bonus vixit Annos LI. . . . . .

Depoſitus eſt IX. Kal. Decembr.

3 *Ibidem, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

MARCIANO COMPARI QVI VIXIT ANNOS
N. L. DEPOSITVS XI. KAL. IANV.
IN PACE

4 *Ibidem. Exſcripſit Johannes Vignolius.*

MARCIANVS
QVI BIXIT AN
XXIIII. ME. II. D. II
IN PACE

6 *Ibidem, in Muſeo Kircheriano. Miſit P. Scarmagli, & ex P. Bonanni.*

MARIA PVELLA IBIT IN PACE PRIDI
E KAL. OCTOB. ET VIXIT ANNIS IIII. ME. II

5 *Ibidem, in Sancti Johannis ante Portam Latinam. E Creſcimbenio.*

MARCVS. QVI. VIXIT
ANNOS. LV. MEN. III
ET. VIXIT. CVM. COMPARE
SVA. M. ANN. XXVI
DEPOSITVS IIII. NON. AVG

7 *Calari, in Cœmeterio. Ex Bonfanto.*



QVIS IACET IN HOC TVMVLO
EGO SVM QVISNAM TV
MARIA CAPSA OBITVS
ANNR. XXXV. QVIEBIT
IN PACE SVB. D. VI. KL
FEBR. IND. SEXTE

8 *Romæ, in Cœmeterio Calliſti. Ex Boldetto.*

ΜΑΡΙΤΙΜΑ ΣΕΜΝΗ ΓΛΥΚΕΡΟΝ ΦΑΟΣ ΟΥΚΑΤΕ ΛΕΙΨΑΣ
ΕΣΧΕΣ ΓΑΡ ΜΕΓΑ ΣΟΥ ΠΑΝ ΑΘΑΝΑΤΟΝ ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΑ
ΕΥΣΕΒΕΙΑ ΓΑΡ ΣΗ ΠΑΝΤΟΤΕ ΣΕ ΠΡΟΑΓΕΙ







Ideſt:

Maritima Venerabilis, Lumen tuum Neutiquam Exſtinxiſti,

Habebas Enim Tecum Prorſus Omnem Immortalitatem:

Pietas Enim Tua Semper Te Prodit.

1 *Extra Romam,*
in Basilica Sancti Pauli.
Ex P. Margarino.

MAROC
ÇA FIDELI
REQVESC
IN PACE
AM

Marocæ nomen ad Sæculum Nonum aut Decimum Christianæ Æræ spectare mihi creditur. Idem est atque *Marozia*.

4 *Forosempronii.*
Misit Johannes Baptista Lactantius,
Præpositus Cathedralis Forosemproniensis.

B . M
ADMIRANDAE. SINCERI
TATIS. M. MARTINAE
CASTISSIME. ET. PVDI
CISSIME. FEMINE
QVE. VIXIT. AN. XLIII.
M. VII. D. V. EXAEO
MECVM. CONIVNCTA
FECIT. AN. XVIIII. M. XI.
D. II. CVIVS MIRA
DILIGENTIA. SVBDITA
BLANDA. PARENTIBVS
MARITO. FILIS. INTE
GRA. IVXTA. MERITVM
M. FALT. PROVINCIALIS
VXSORI. DVLCISSIME
FECIT

Pro EXAEO legendum fortassis EX QVO.

2 *Senis,*
apud Canonicum Benedictum Bandinellium.
Ex Gorio.

MARSAE BON
E COMPAR LABOR
ONI BONE QVI M
ECV BIXISTI ANNO
S VIII DORMI IN PA
CE BENE FIL. TVI TIBI FE
CERVNT VINCENTIVS

Hæc titubans ita interpretor: *Marsæ bonæ, compari laborum omnium bonæ, quæ mecum vixisti annos octo. Dormi in pace bene. Filii Tui tibi fecerunt. Vincentius* (scilicet Maritus) posuit.

3 *Marosticæ,*
in agro Patavino.
Ex Pignorio.

MARTINA. CARA. CONIVX. QVAE
VENIT DE GALLIA PER MANSIONES
L. VT COMMEMORARET MEMORI
AM MARITI SVI
BENE QVIESCAS DVLCISSIME

Mansiones olim appellatæ, quæ nunc Italice dicuntur *Poste*. Seu potius iter unius diei; *Mansionis* enim nomine illud veteres signarunt.

5 *Mediolani, in vestibulo Ecclesiæ Sancti Victoris.*
Ex Francisci Cicereji schedis.

D .. M
BONAE MEMORIAE
ET DOMVI MARTINIAN EX P
ROTECTORIBVS ETERNAM SEQVRITA
TEM CER MENDACIS QVIS IVSTVS
PIENTISSIMVS BENEMERITVS IN SE
QVLVM. ANVS MILITAVIT XLV. ET
VIVET ANN. N. LX. ET SPERO ME
VIVERE ADHVC ANVS N. LXXXXVIII.
MESES VI. DIES III. ET N. DE IN
ARCAE HIC SI QIS REMOVERE VOS
QERET AVT APERIRE AVT VELLET ALIVM
QVRPVS DAVIT IN FESCV AVRI P. I.



ANTIFER

ET LVNA PERIME
VERTVTEM
ET GELORIAM
FELICE MARTI
NIANO EREDES
FACOLETATEM
VIVOS SIBI
FECET HOC

Dederat & Reinesius Class. XX. num. 446. sed mancam, sed non satis ad fidem marmoris expressam. Christiani hominis monumentum videtur, quamquam D. M. in fronte occurrat: quæ Siglæ in hac Inscriptione fortasse significat *Deo Magno*. Verùm est heic, quod mirere. Vel a sui exordio Christianorum Religio aversata atque abominata est Astrologorum Genethliaca, ceteraque somnia *Mathematicorum*, uti tunc ii appellabantur. At MARTINIANVS iste fidem iis adhibuisse non modicam deprehenditur. Nam vivens atque agens Annum ætatis Sexagesimum, sibi tumulum paravit; sed simul sperans, se vitam producturum usque ad Annum Nonagesimum octavum cum dimidio & ultra. Propterea ibi vides insculptas figuras Solis, Lunæ, ac Stellarum, ibique eorum nomina legis. Pro CER MENDACIS Reinesius imperiose ait: *Lege* CREMONENSIS CIVIS. Nemo audacem adeo conjecturam, seu emendationem probet. Me cæcutire hæic lubentius fateor. Demum Martinianus iste fuit EX PROTECTORIBVS, quos nunc vulgariter *le Guardie del Corpo*, Augustorum & Principum nuncupamus.

1 *Arimini apud Comitem Garampum.*
Misit Johannes Blancus V. Cl.



+HIC REQVIESCIT IN PA
CE DÑ MARTINVS DVX
QVI OBIIT DIE XXI M APRI
IND XI + ET FILIVS EIVS
AGNELLVS OBIIT D XX
VM SEP IND XII.



In Charta Ravennate Anni 896. a me editâ T. I. Differt. V. Antiquit. Ital. occurrit *bonæ memoriæ Martinus gloriosus Dux*. Incertum est, an ad eum spectet hic tumulus, quum nulla *Agnelli Ducis* ejus Filii mentio habeatur in eâdem Charta. Sæculo quoque VI. & VII. ejusmodi Duces in Exarchatu Ravennæ, atque in Pentapoli habebantur. Geniorum heic appositorum elegans figura ad ea potius Sæcula, quam ad subsequentia, pertinere videtur.

2 *Romæ,*
in Sancti Silvestri.
Ex Donio.

HIC REQVIESCIT MARTIN
EP̄S ET MONACHVS
ROGO VOS OM̄S QVI HINC
TRANSITIS ORĀE PRO ME
ANC TV̄BAM PRVDENS
QVICV̄QVE RV̄PERE CERTAT
CVM IVDA GEMITVS EXPERIE
TVR INOPS
OBIIT XII. KL. MARTII.

4 *Romæ,*
apud Puellas Mendicantes.
Ex P. Lupo.

MARTVRA QVI VIXIT
ANNIS OCTO ET MENSIS
ϛIII X A C SEI
SEPTE BENEMERENTI
IN PACE



3 *Catanæ,*
apud PP. Prædicatores.
Misit Antonius Pantò, Panormitan.

EZHCEN MAPTIPIOC ETH EICOCI Δ
Yω EIPHNH COI

Ideft:

Vixit Martirius Annos XXII.
Pax Tibi.

Una cum eodem lapide inventæ fuerunt ampullæ sanguineo colore tinctæ: Martyrii videlicet signa.

5 *Ibidem,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

(*sic*)
ϛII. IDVS OCTRO
BRIS DEPOSI
TVS MARTV
RVS IN PACE

6 *Ibidem,*
in S. Pancratii.
Misit P. Blanchinius.

MARTYRIO BENEMERENTI QVI VIXIT
ANNOS XXXIIII. DEP KALENDIS NOVEMBRES
SIBI ET MATRI SVAE FECIT AEMIL....

1 *Parmæ.*
Ex Bonaventura Angelo.

IN HOC LOCO SANCTO
REQVIESCIT MARTYRIVS
INNOX QVI VIXIT AN. X.
....

2 *Romæ,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

MARTIVS ANNORVM III. ET MESO
RVM. VII. DEFVNCTVS EST PRIDIE
KL. NOBEMBRES

3 *Ibidem, in Cœmeterio Gordiani.*
Ex eodem.

MASATTA. QVE. VIXIT. ANNOS. N. XXXIII. ET
MENSES. N. III. ET. DIES. N. VIII. QVE. VIXIT. CVM
VIRGINIO. SVO. SINE. VLLA. DISCORDIA. ANNOS. N.
XII. MENSES. N. VI. ET DIES QVINQVE. IN. PACE.



4 *Extra Romam, in Sancti Pauli.*
Ex Margarino.

LOCVS MASVMILLE AVRIFICIS CVM SEVARINO

Erant ergo & Feminæ *Aurifices*, nisi velis Viri nomen *Massumilla* pro *Maximilla*.

5 *In Cœnobio Padolironensi Sancti Benedicti,*
in agro Mantuano.
E schedis meis.

VT GENERE ET FORMA AC REGNO PREDIVITE SIC ET
VIRTVTVM MERITIS PIETATISQVE INCLITA LAVDE
HOC SVA DVM VITE IMMORTALI RESTITVANTVR
OSSA ADSERVARI VOLVIT MATILDA SEPVLCRO
CASTITATIS ECCLESIASTICEQVE LIBERTATIS AMICA
STIRPE OPIBVS FORMA GESTIS ET NOMINE QVONDAM
INCLITA MATILDIS HIC IACET ASTRA TENENS.

Hæc posita ad Sepulcrum celeberrimæ *Comitissæ Mathildis*, quæ Anno Christi 1115. vivere desiit. In editis a Cl. P. Bacchinio non legitur quinctus versiculus. Is verò postremos duos a superioribus sejungit, veluti alterum Epigramma. Præterea censet, utrumque longe post ejus mortem fuisse compositum.

6 *Romæ, apud Marchionem Capponium.*
Misit Ramagginius.

PETE PRO PARENTES TVOS
MATRONATA MATRONA
QVE VIXIT AN. II. DI. LII

7 *Ibidem, in Cœmeterio Helenæ.*
Ex Boldetto.

MAVRENTIVS MAVRENTIAE
F. D. QVE VIXIT ANNIS. V. MENSES
XI. DIES DVO. DIGNA INTER SAN
CTOS DEVS IVSSIT IN PACE F . . . . . .

F. D. ideſt *Filiæ Dilectiſſimæ*.

8 *Calari,*
in Cœmeterio.
Ex Bonfanto.

T M

TOTIVS BONITATIS ADQ INNOCE . . . .
MAVRVSI CORPVS HOC IN LOCO MAN . . . . .
QVIETVM QVI DEBITVM MATVRAE PER . . . .
IN LOCO EXOLVERE IVSSVS EST DIVINO PET...
DIE VIII. KAL. NOB. EIVSDEM FVNVS ADI . . . . .
EIVS BENERIA CONIVGE PVDIC . . . .
. . . . S. XI. KAL. DEC. VIXIT ANN . . . .

T. M. fortaſſe *Titulus Memoriæ*.

1 *Romæ,*
in Sancti Martini in Montibus.
E schedis Donii misit Gorius, & P. Blanchinius.



DVLCISSIMAE FILIAE
MAXIME QVAE VIXIT ANNOS
TRES ET MENSES XII DIES XXIII PAREN
TES FECERVNT MAXIMVS ET IANVARIA



Blanchinius in tertia linea pro XII. legit X ET.

2 *Ibidem,*
in Cæmeterio Gordiani.
Ex Boldetto.

PARENTES. DOLENTES. FILIABVS
SORORIBVS. MAXIME. QVE. VIXIT
ANNIS. XI. MESES. X. DIE. XXVIIII. MA
XIMIANE. VIXIT. ANNIS. V. DIEBVS
XVI. B. M. IN PACE

3 *Brixiæ,*
in veteri Templo Sancti Petri.
Ex Vinaccesio.

MAXIMIANVS
ET LEONTIVS
CVM SVIS
P. C.

4 *Romæ,*
in Sanctorum Marcellini & Petri.
Misit Ignatius Maria Como.

MAXIMILIANVS
QVI BIXIT ANNVS. L
IN PACE

5 *Ibidem,*
in ædibus Matthæjorum,
E schedis Ptolomeis.

ΝΕΑ ΜΑΞΙΜΙΛΛΑ
Η ΠΡΟϹΦΙΛΕϹΤΑΤΗ
ΘΥΓΑΤΗΡ Θ ΖΗϹΕΝ ΜΗ
...ΙϹ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑϹ ΟΚΤΩ

Ideſt:

Nova Maximilla
Dilectiſſima
Filia Defuncta, Quæ Vixit Men-
ſes Tres Et Dies Octo.

6 *In Cæmet. Romanis.*
Ex Marangonio.

MAXIMINE FILIAE BENEMERENTI
QVE VIXIT. AN. P. M. IIII. MEN. XI. D. XVI
GORDIVS MAXIMIANVS. ET. FL. ALEX
SANDRIA. PARENTES FECERVNT IN PACE
DEP. XIII. KAL. IAN.

7 *Regii Lepidi.*
Ex Fulvio Azzario.

IIII. KAL. SEPTE
BREI. MAXIMIN.
IN PACE VIXIT
AN. XXVI.

8 *Romæ,*
in Muſeo Kircheriano.
Ex P. Lupo Soc. Jeſu.

MAXIMINVS QVI
VIXIT ANNOS XXXIII
AMICVS OMNIVM

Ibi figura viri pileati, reſpicientis ad modium frumento plenum, unde ſpicæ prodeunt.

9 *Ibidem,*
in Cæmet. S. Hermetis.
Ex Marangonio.

MAXIMINVS DOMINE CONIV
CI VALERIANE CVM QVEM VIXI
ANNIS II. MENSIBVS V D XI
DEPOSITA VIII ID OCT P ANN XXI

10 *Ibidem in Cæmet. S. Saturnini.*
Ex Marangonio.

MAXIMVS APER VIXIT
ANNOS ☧ III. Dies XXII.

11 *Extra Romam,*
in Baſilica Sancti Pauli.
Ex Margarino.

LOCVS MAXSEMI ET OPILIONICES SE BIBI FECERVNT

1 *Vercellis.*
Misit Franciscus Rogerius Canonicus Vercellensis.

HIC QVIEVERE IN PACE
MELANIA
SECVM HABET CONIVGEM BOBAM
FILIAM ETIAM CVM TITO FILIO

2 *Romæ,*
in Sanctæ Cæciliæ Trans-Tiberim.
Ex Johanne Pierio Valeriano.

FILIAE DVLCISSIMAE
MELANTIO
QVE BIXIT ANNOS
III. M. VII. DIES. IIII.
IN PACE

3 *Ibidem,*
in Cœmet. S. Saturnini.
Ex Marangonio.

mELISSA
bERONICENI bENEmERENTI
VIXIT ANNIS XVI

4 *In Ecclesia Mandoleti agri Perusini.*
E schedis meis.

MEMMIVS. SALLVTIVS
SALVINVS. DIANNIVS. V. S
BASILICAM. SANCTORVM
ANGELORVM. FECIT. IN. QVA
SEPELIRI. NON. LICET

V. S. hoc est *Vir Spectabilis*. Si ibi non licebat *Sepeliri*, ergo erant aliæ sacræ Ædes, in quibus licebat, uti ego ostendi in Anecdotis Græcis, Dissertatione Tertiâ.

5 *In Castello Fidei agri Novariensis.*
Ex Gallerato.

S. P. MEMORATA CONTVBERNIANI Q VIS
CORPORE REBVS. INIVRIA MEA CIAT
VT SI NON CONTRA DEX ERETES VSV
RI PERPETVAS. ERI. DATVRI

Parum accurate descriptam suspicor.

6 *Romæ,*
in Cœmet. S. Saturnini.
Ex Marangonio.

MENANDER SOTERIDI
CONIVGI KARISSIME
BENEMERENTI FECIT CVM
QVO VIXIT ANNIS. PLVS
MINVS QVATTVOR. IN PACE

7 *In Monte Briganteo agri Mediolanensis.*
E schedis meis.

HIC ☧ REQVIESCIT ☧
MERABAVDVS ☧
V. C. QVI.............
....

Si constaret, *Merobaudem* V. C. & ter Consulem, a Maximo Tyranno interfectum fuisse in Insubribus sub finem Sæculi Quarti a Christo nato: conjecturæ locus foret, spectare hæc ad illius sepulcrum.

8 *Romæ in Cœm. S. Saturnini.*
Ex Marangonio.

MERCVRIANE
QVAE VIXIT ANNIS
XXXI

9 *Ibidem.*
Ex eodem.

PARENTES FILIO MERCVRIO FECE
RVNT. QVI VIXIT ANN. V. ET MESES VIIII.
NATVS IN PACE QVINTV IDVS FEBRV.

10 *Ibidem,*
in Cœmet. S. Thrasonis.
Ex eodem.

D . O . M
FILIO MERCVRIO
INMERENTI QVI VIXIT
ANNOS OCTO. GARAMANTIVS
FILIO DVLCISSIMO FECIT

Idest, ut opinamur, *Deo Optimo Maximo*.

1 *Fæsulis, in Cathedrali. Ex Bonarota.*

MESSI HIC ROMVLI CORPVS LONGA IN PACE QVIESCIT
QVI XPI. CVM PRIMIS IVSSA SERVARET AB ANNIS
TVM LECTOR DOMINI ANNIS QVINDECIM IVSTVS 
CONTINVIS PROBATVSQ. FVIT MERITOQ. IVVATVS
AECCLESIAE SANCTAE DIACONII EST ORDINATVS HONORE
. . . . ENIS CORDE TENERET
. . . . XACTIS NOVEM MENSIBVS ANNO
. . . . RELINQVENS
. . . . CAELO HINC ISSE PVTANDA EST
. . . . SANCTIS IVSTVS. HABERET

2 *Romæ, in Museo Albano. Misit Franciscus Blanchinius.*

BENEMERENTI ✠ IN PACE ✠ MITRIDI
QVI VIXIT. ANNVS. P. M. XXV
DEPOST. PR. K. AVGVSTI

3 *Ibidem, in S. Sabinæ. Misit P. Joseph Blanchinius.*

MINVCIAE FELICISSIMAE NEPOTI
ABIE SVE BENEMERENTI QVE BIXIT
ANN. LXXVI. DIE VIIII. KAL
AVG. IN PACE

4 *Ibidem, in quodam diversorio. E schedis Ptolomeis.*

APP. MODIO. EV
DAEMONI SENIO
RI. APP. MODIVS
EVDAEMON. FIL.
ET. MODIA. ZOE
COIVGI. B. M.
FECERVNT

Ad utrumque latus Pastor Ovem humeris gestans: symbolum videlicet Christi Domini; atque hominis Christiani. Nisi hoc adfuisset, Ethnicam Inscriptionem credidisses.

5 *Ibidem, in Cœmeterio S. Urbani. Ex P. Lupo.*

MOLESTA SE BIBA E
MIT SIBI BISOMV

6 *Ibidem, in Sanctæ Cæciliæ. E schedis Donii misit Gorius.*

SEPVLCRV̄. QVI. IN. HANC. AEDEM. VENE
RANDAE. X̄P̄Ī. MARTYRIS. CAECILIAE
SITVS. EST. IN. QVO. ET. QVIESCIT. IN. PACE
MOSCHVS. HVMILIS. DIACONVS. S̄C̄Ē. SEDIS
AP̄L̄ICE. OMNES. EXPOSCENS. VT. PRO. ME
DN̄V̄M. EXORETIS. QVATENVS. EIVSDEM. SA
CRATISSIMAE. VIRGINIS. INTERVENTIONE
CVNCTORV̄. CONSEQVI. MEREAR. INDVLGENTIAM
DELICTORV̄.

7 *In Vico Torrimpietra. Ex P. Lupo.*

IN ☧ MVSCVLE FILIAE DVLCISSI
ME IN PACE D VI. K. OCT

8 *Romæ, in Cœmeterio Gordiani. Ex Boldetto.*

NABIRA. IN PACE. ANIMA. DVLCIS
QVI. BIXIT. ANNOS. P̄. XVI. M. V
ANIMA MELEIEA. TITVLV FACTV
A PARENTES. SIGNVM. NABE



Ibi appositum navis signum, ut facilius inter alios tumulus iste dignosceretur.

1 *Romæ,*
in SS. Martini & Silvestri.
Misit P. Blanchinius Presb. Orat.



2 *Catanæ,*
in Museo N.V. Innocentii Roccaforte Canonici Catanensis.
Misit ipse.



In agro Civitatis Catanensis apud facram ædem Nuntiatellæ effossus fuit hic lapis, in quo legimus VIR EXCELLENTISSIMVS NARSES FECIT. Ergo ad Justiniani I. Augusti tempora spectat lapis.

3 *In agro Interamnate in Regione Castelliorum.*
Ex Donio.

DOMINO FILIO INNOCENTISSIMO
ET DVLCISSIMO. BONO. SAPIENTI
NARSIO. QVI. BIXIT. ANNVS. XXIIII
M. V. D. XIIII
H. VII. ALTILIVS. PATER. ET. DOMITILLA MATER
B. QVES. IN PAZE

4 *Mediolani, in S. Georgii ad Palatium.*
E schedis Francisci Castelli.

MARMORE CONCLVSVM TEGITVR VENERABILE CORPVS
NATALIS PRAESVL QVI FVIT ORBE BONVS
GRANDIS HONOR PATRVM FVERAT NAM PASTOR ET ALMVS
NOBILITATE VIXIT. REXIT OVESQVE PATER
CONDIDIT HANC AVLAM CHRISTO PRAESTANTE IVVAMEN
REX DEDIT ET RECTE PLVRIMA DONA QVOQVE
VNDE QVEANT VIGILES DOMINO SERVIRE PER AEVA
PROQVE SVIS CVLPIS POSSIT HABERE PRECES
ECCLESIAM REXIT BIS SEPTEM MENSIBVS. ANNOS
SEXIES ATQVE DECEM QVOQVE DVOBVS HABENS

In versiculo quarto legendum arbitror NOBILITER. In postremo CVMQVE. Sæculo Christi Octavo vixit *Natalis Archiepiscopus Mediolanensis*, quem uti Sanctum Mediolanenses colunt.

5 *Romæ,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Boldetto.

HIC NATIVS AGVIRINVS
AVR. CASTVLAE COIVGI
MERENTI IN PACE

Legendum puto HIGNATIVS pro HIGNATIVS.

6 *Ibidem,*
in Cœmeterio Priscillæ.
Ex eodem.

Ο ΘΕΟϹ Ο ΚΑΘΗΜΕΝΟϹ
ΕΙϹ ΔΕΞΙΑ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟϹ
ΕΙϹ ΤΟΠΟΝ ΑΓΙΩΝ ϹΟΥ
ΝΕΚΤΑΡΕΟΥ ΤΟ ΨΥΧΑ
ΡΙΟΝ ΓΡΑΦΕ

Ideſt:

Deus Qui Sedes
Ad Dexteram Patris,
In Loco Sanctorum Tuorum,
Nectarei Animu-
lam Describe.

7 *Aquis Sextiis.*
Misit Bimardus.



NEG VCIA
PAX TECV
M CASTA
CRISTIANA

8 *Romæ,*
in SS. Quatuor Coronat.
Misit P. Blanchinius.

LOCVS NELITI QVEM SE SIBI COM
PARAVIT SOLIDOS V
ET IOHANNI FILIO SVO

9 *Ibidem, in Sancti Sebastiani.*
E schedis Ambrosianis.

ALVMNAE NEMESI
IANVARIAE IN PACE

1 *Romæ, in Cœmet. S. Saturnini.*
Ex Marangonio.

NERVIA. BENEMERE MACEDONIVS
EXORCISTA DE. KAL FEBRAS
SVNT
R APARTENIVM
SORO

2 *Ibidem,*
in Mon. S. Crucis in Hier.
Misit Dominic. Vandellius.

NICENTIVS. ANIMA
DVLCIS. VIXIT. ANNIS
DVOBVS. DIEBVS XLI
IN PACE

3 *Romæ, in Cœmeterio Cyriacæ.*
Ex Boldetto.

D. M. S.
FILIO DVLCISSIMO NICEROTI
PARENTES FECERVNT
IN DEO

Siglas D. M. S. interpretari possis *Deo Magno Sacrum*, uti nos alibi monuit doctissimus Fabrettus. Nisi obstaret illud S. ego *Dulcissimæ Memoriæ* interpretarer, quod in aliis Christianorum monumentis memineris velim, quum tibi in eis occurrit D. M.

4 *Catanæ,*
apud N. V. Ignatium Rizzarium.
Misit Nob. V. Abbas Andreas Lucchesius Messanen.

NILAE FLORENTINAE INFANTI DVLCISSIMAE ATQ
INNOCENTISSIMAE FIDELI FACTAE PARENS CONLOCAVIT
QVAE PRIDIE NONAS MARTIAS ANTE LVCEM PAGANA
NATA ZOIIO CORP MENSE OCTAVO DECIMO ET VICESI
MA SECVNDA DIE COMPLETIS FIDELIS FACTA HORA NO
CTIS OCTAVA VLTIMVM SPIRITVM AGENS SVPERVIXIT
HORIS QVATTVOR ITA VT CONSVETA REPETERET AC DE
FVNCTA HYBLE HORA DIEI PRIMA SEPTIMVM KAL
OCTOBRES CVIVS OCCASVM CVM VTERQ PARENS OM
NI MOMENTO FLERET PER NOCTEM MAIESTATIS
VOX EXTITIT QVAE DEFVNCTAM LAMENTARI PROHI
BERET CVIVS CORPVS PRO FORIBVS MARTYRORVM CVM
LOCVLO SVO PER PRESBITERVM HVMATV E IIII. NON OCTOBR.

Sunt heic quædam vitiata videlicet ZOIIO, fortasse SVO CORPore. Ceterum satis elucet, puellam hanc ætatis suæ Mense decimo octavo, dum perniciosâ ægritudine laboraret, Christiano Baptismate fuisse ablutam. Olim quippe, nisi mortis periculum immineret, pueri Baptismum differebant usque ad usum rationis. Duas aut tres Urbes HYBLAE nomine Sicilia antiqua numerabat. Cluverium vide. Sed in altero exemplo pro HYBLAE habetur HVRBIE.

5 *Romæ,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

NOLANVS CVM COMPARE
OMVLVS CRECES IN PACE
AGRIPINA ANOP. ANORO
XI IN PACE

6 *Mediolani.*
E schedis meis.

✠ NONE..............
MATERNI..........
ILLIC..............
NVLFVS............
MARCI.............
VNCVL.............
IACET.............
REOL..............
....

In Pavimento Patriarchalis Gradensis.
Misit Johannes Dominicus Bertoli Canonicus Aquilejensis.

FAMVLI SCĀE
MARTYRIS
EVPHEMIAE
NONNVS ET EV
SEBIA PETRVS
ET IOHANNES
PRO SALVTE
SVA ET OMNIVM
SVORVM EX V
OT SVO. F. R. P. C

PAVLVS NOT.
ET DIVGENIA
CVM SVIS
VOTVM SOL
VENT

IOHANNIS (*sic*)
MIL. DE NVM
CADISIANO
CVM VXORE
SVA SEVERIAN
FECER. P. XXV

GVDERIT
CVM
SVIS FECIT
PEDES
XXV.

VICTORINVS
LECT
ANTO
SVIS VO
TVM SOLVIT

IN NOMINE
DOMINI
PETRVS VO
TVN (*sic*) SOLVIT

VRSVS ET
AVRELIANA
VOTVM
SOLVENT

CONCORDI
VS ET NITIA
NA CVM SV
IS FR. P. XXV

AMARA LECT.
ET ANTONINA
CVM FILIIS SVIS
HALIA ET MELLI
TA VOTVM
SOLVENT

IOHANNIS (*sic*)
LECT CVM MATRE
SVA AGNETA
F. P. XXV

MVRGIO
LECTOR
ET BONA
CVM FILIIS
SVIS FECER
I PEDES. X.

Hanc etiam in schedis Farnesiis, & Capponiis vidi.

VITALES (*sic*)
ET VALE
RIANVS
CVM SVIS
FR. P. XXXV

DOMINVS CALIGA
RIVS CVM CONIVGE
SVA SEVERA
RVNT PEDES

LAVRENTIVS VC̄
PALATINVS VO
TVM CVM SVIS
SOLVIT ET DE DO
NVM DEI FECE
RVNT P. DCC

LAVTVS ACTOA
RIVS SCĀE. ECCL.
AQVIL. CVM SV
IS VOT. SOLVIT
SERVVS XPI
LVCINVS RO
MANA LVCIA
NVS ET LVCIA
FECERVNT P C

ΕΤΧΑΡΙCωΝ
Τω ΘΕω ΚΕ ΤΗ Α
ΓΙΑ ΕΤΦΗΜΙΑ
ΤΠΕΡ ΠΑΝΤΟC
ΤΟΤ ΟΙΚΟΤ ΜΟΤ
ΕΠΟΝΗCΑ ΠΔ. Ρ

B P
O B

Ideſt :

In gratiarum actionem
Deo Et San-
ctæ Fuphemiæ
Pro Universa
Domo Mea
Fecit Pedes C.

Ære collato hi omnes pavimentum Templi Gradenſis, Deo ſub nomine S. Euphemiæ Virginis & Martyris ſacrati, ſternendum marmore curarunt. In poſtremo Epigrammate nomen religioſi hominis fortaſſis eſt PROBVS, aut PROBINVS.

1 *Romæ, ex Bellorio.*
In lucerna ænea.

NONI ATTICI
V. C. ET INLVS
TRIS



2 *Ibidem,*
in ædibus Eminentiſs. Cardinalis Urſini.
E ſchedis Ptolomeis.

ΚΟΙΜΗΤΗΡΙ
ΟΝ ΤΟΥΤΟ
ΩΚΤΑΒΙΛΛΗ
ΤΗ ΙΔΙΑ ΓΥΝΑΙΚΙ
ΜΑΥΔΙΚΙC

Ideſt :

Cœmeteri-
um Hoc
Octavillæ
Conjugi Suæ
Maudicis (ſubaudi *Fecit.*)

3 *Ibidem,*
in Sanctæ Sabinæ.
Ex P. Montfauconio.

OC. TAVIAE MA. TRONAE
VIDVAE DEI

4 *Mediolani,*
olim penes Comitem Octavium
Archintum,
nunc Excellentiſs. Comitem Philippum.
E ſchedis meis.

B  M

HIC REQVIESCIT
IN PACE ODELBERTVS
QVI VIXIT IN SECVLO
ANNOS PL. MI. LXII.
D. EST SVB. D. XVIII. M....

Langobardicum, aut Francicum nomen ODELBERTVS.

6 *Romæ,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

OLYMPIO CONPARI QVI VIXIT AN. L.
M. III. D. V. DEP ♁ X7 KAL. OCT. IO
BINA CONIVGI. BENEMERENTI IN PACE ♁

5 *Aquilæ,*
in Sanctæ Mariæ prope Introducum.
Miſit Antonius Antinorius.

OLYMPI
VIVAS
IN DEO

7 *Ibidem,*
in Cœmeterio Gordiani.
Ex Boldetto.

DORMITIONE ANC. DEI
OLYNPIATIS. PARENTES
FILIAE. B. M. F. Q. AN. B. V
M. XI. D. XXI.



Siglas B. M. F. Q. AN. B. V. M. XI. D. XXI. ita interpretare: *Bene Merenti Fecerunt. Quæ Annos Bixit V. Menſes XI. Dies XXI.*

8 *Veronæ,*
literis rubris in marmore.
Miſit Johannes Franciſcus Muſellius
Archipresbyter Cathedralis Veronenſis.

OLIMPIODO
RE VIVAS IN DEO



9 *Romæ,*
in Cœmet. S. Hermetis.
Ex Marangonio V. Cl.

ΑΝΕΠΑΥCΑΤΟ ΟΝΗCΙΜΗ ΚΑΤΗ
ΧΟΥΜΕΝΗ ΕΙΡΗΝΗ ΤΗ ΠΡΟ ΕΠΤΑ ΚΑΛ
ΙΟΥΛΙΩΝ ΑΙΤΩΝ ΤΕCCΑΡΩΝ
ΜΗΝΩΝ ΠΕΝΤΕ ΜΕΡΩΝ ΤΡΗΩΝ

Ideſt :

Quievit Oneſime Catechumena in pace
VII. Kal. Julias, Annorum IV. Menſium V. Dierum III.

10 *Ibidem, in Cœmeterio Calliſti.*
Miſit una cum Interpretatione Latinâ
Abbas Ridolfinus Venuti.

ΕΥΜΥΡΙ
ΟΝΗΣΙ
ΜΕ ΟΥ
ΔΙΣ ΑΘΑ
ΝΑΤΟΣ
ΠΕΡΓΕΕ

Ideſt :

Bonam ſortem habet
Oneſi-
mus. Ne-
mo Immor-
talis in Terra eſt.

11 *Ibidem,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

L. ORFIO. PAPIATI. L. ORFIVS PAPIAS

Hominis Ethnici fortaſſis Inſcriptio.

1 *Hortæ,*
Ex Fontaninio Archiepiſcopo Ancyrano.

ORFITIANVS
PATER FECIT
FILIAE QVIRIACENI
ANNICLE. ET. MESERVM
QVINQVE

3 *Ravennæ,*
in Sancti Apollinaris in Claſſe.
Miſit P. D. Mariangelus Fiacchi Monach. Camaldulen.

HIC RIQ. IN. P. DOM.......
ORREARIVS
Q. V. A. PL. M. XL. D.....
SVB. D. VII. IDV.........
LIS. IND. V.

5 *Romæ,*
in Cœmeterio Calliſti.
Ex Boldetto.

OTACILIA AGAPE FILIO IVPREPETI FILIO
CARISSIMO QVI VIXIT ANNIS XIIII. MES. VII

Lege EVPREPETI.

6 *Ibidem,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex P. Lupo.

PATER PAECVLIARIS
FILIO CAVDETIO
QVI. BIXIT. ANN. VS. VI. M. VIIII
BENEMERENTI IN PACE



9 *Aquilejæ.*
Ex Philippo a Turre.

PALATINO
FLA. ANTIO. CONIVGI
BIINII MIIRIINTI. F. C.
QVI. VICSIT. ANNIS. XXXVI.
IN PACII

Duo II. pro E. in multis aliis lapidibus occurrunt. Forte ſſe mos deſumtus e Græcis, apud quos H nobis ſonat E.

11 *In vinea Card. Sanctorii prope Caſertam.*
Miſit Ignat. M. Como.

PALVMBE
BENEMERENTI
IN PACE 

2 *Romæ,*
in ædibus Marchionis Capponii.
Miſit Ramagginius.

OROV ❦ ANNVM ❦ ET DIE
XX DOR ❦ IN PACE ❦

4 *In Vico* Truillas *agri Narbonenſis.*
Ex Ruinarto.

HIC REQVIESCIT. IN. PA
CE. BONE. MEM. ORI. OSL
QVI. VIXIT. PLVS
MENVS. ANNOS. XXXV. OBIET
SVB. DIE KAL. AGVSTAS
INDICTIONE XV. ANNO
XIIII. REGNO. DOMNI
NOSTRI. LEOVILDI
REGIS

Ideſt Anno Chriſti 582. quo Leovighildus Viſigothorum Rex Suevorum Regnum evertit, ſuoque adjunxit. Hinc autem habes, Viſigothos Narbonenſi in Urbe iis temporibus dominatos adhuc fuiſſe.

7 *Ibidem,*
in Cœmet. S. Saturnini.
Ex Marangonio.

PACCIVS ❦ OCTO
BER ❦ ET ❦ AVR. VENERIA
HERCVLIO. DVLCISSIMO ❦ Q ❦ V ❦ ANN ❦ XXIII
❦ IN PA CE

8 *Ibidem.*
Miſit Ficoronius.

PAILIOVI. RITIO
FILIO. SVO. QVI. BISIT
ANNIS. XX. FEC. SIBI

Fort. PAILIO VIRITIO. Corrupta Lingua Chriſtianum hominem indicat. Nullum tamen heic ſignum ſanctæ Religionis occurrit.

10 *Narbone, apud PP. Minimos. Ex P. Ruinarto.*

HIC REQVIESCIT
IN. PACE. BONE. ME
MORIE. PALENOPE
QVI. VIXIT. PLVS
MENVS. ANNVS
OBIIT
X. KAL. MARTIAS
INDIC. QVARTA
ANNO. X. REGN. DO
NOS. TEVDERE

Ideſt, uti opinatur Cl. P. Ruinartus, *Theoderico Rege Viſigothorum*, qui in Gallia cum Attila potentiſſimo Tyranno conflixit. Ego veri ſimilius arbitror, ſpectare lapidem ad tempora *Theoderici* Amali Regis Italiæ, qui Anno Chriſti 511. *Indictione Quarta* dominabatur Narbone; neque enim Indictio iſta cadit in Annos Regni Theoderici primi.

1 *Romæ,*
apud Petrum de Cortona.
E schedis Ptolomeis.

PVER PANCHARIVS QVI NATVS EST IN
IDVS IANVARIA ET VIXIT ANNOS XX
ET MENSES OCTO ET DIES XII

2 *Ibidem,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

ΠΑΡΑΜΟΝΑ ΘΥΤΡΙ CΩΖΟΜΕΝΗ
ΕΤΗ ΕΖΗCΕΝ. Δ. ΜΕΝΑC. S
ΚΑΤΑΘΤΗ. ΠΡΟ. Γ. ΝΩΝΩΝ ΜΑΡΤΙΩΝ

Ex versione ejusdem.

Paramonæ Filiæ Sozomenæ (seu *Salvatæ*)
Vixit Annos IV. Menses Sex
Deposita est ante Diem III. Nonar. Martiar.
(sive *III. Nonas Martias.*)

3 *Ibidem, in Cœmeterio S. Urbani.*
Ex P. Lupo.

VII KAL MARTIAS
PAREGORIVS IN PACE



4 *Ibidem,*
in Absíde S. Mariæ in Dominica literis Musivis.
Misit P. Joseph Blanchinius Presb. Orat.

ISTA DOMVS PRIDEM FVERAT CONFRACTA RVINIS
NVNC IVGITER RVTILAT VARIIS DECORATA METALLIS
ET DECVS ECCE SVVS SPLENDET CEV PHEBVS IN ORBE
QVI POST FVRVA FVGANS TETRE VELAMINA NOCTIS
VIRGO MARIA TIBI PASCALIS PRESVL HONESTVS
CONDIDIT HANC AVLAM LAETVS PER SECLA MANENDAM

Paschalis I. Romanus Pontifex circiter Annum Ch. 817. floruit. Basilicam hanc ab eo restauratam Martinellus quoque agnovit in Roma sacra. Anastasium etiam vide in fine Vitæ ejusdem Paschalis.

5 *Ibidem,*
in Cœmet. S. Saturnini.
Ex Marangonio.

PRIDIE IDVS SEPT
♡ PASCASA IN PACE

7 *Ibidem,*
in Sancti Johannis ante Portam Latinam.
Ex Crescimbenio.

HIC REQVIESCIT PASSARA
QVAE. VIXIT. AN. PL. M. XL
DEP. IN. PACE. S. D. VIII
KAL. MARTI

Crescimbenio S. D. visum fuit significare *Sedit* pro *Obiit*. Certum est, siglas illas positas fuisse pro *Sub Die*, ut in aliis Epitaphiis legitur.

8 *Extra Romam, in Sancti Pauli.*
Ex Margarino.

LOCVS PASCASI FILII
LVPIONIS ET INC........
QVI VIXIT ANNIS........
TVS EST IN PACE P.......
MARTIAS DIE VE......
V. C. CON

6 *Ibidem,*
apud Prosperum Mandosium Equitem.
E schedis meis.

PASCASVS VIXIT
PLVS MINVS ANNVS XXII
FECIT TATV III. IDVS
OCTOBRIS ÇII. ANTE
NATALE DOMNI AS
TERI DEPOSITVS IN
PACE ♡

A  ω

Peregrinum est illud VIII. ANTE NATALE DOMNI ASTERI. Conjecturam meam benevole accipito. Die 21 Octobris celebrabatur, & adhuc celebratur. *Natalis* dies, scilicet emortualis *Sancti Asterii Martyris Ostiensis*, uti nos docet Martyrologium Romanum. Numerans dies octo ante festum illum diem, venis ad diem III IDVS OCTOBRIS, sive ad diem XIII. Mensis illius, quo PASCASVS, idest *Pascasius*, iste Depositus fuit. Uti Sanctus Paulinus *Dominaedium* appellare consuevit Sanctum Felicem Nolanum, ita heic potuit DOMNVS appellari *Asterius Martyr*.

1 *Romæ,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Boldetto.

ANIMA DVLCIS PATERNA. QVAE
VIXIT MECV ANNIS. P. M. XL.
DI. XXII. CONIVGI CASTISSIME

3 *Bononiæ,*
in Typographia PP. Prædicatorum.
Exscripsit Gherardius.

Π Α Τ Ρ Ι Κ Ι ☧
Ε Ζ Η C Ε Ν Ε Τ Ι
Ζ Γ
C

Idest:

Patricius In Christo
Vixit Annos
LXIII.

2 *Ibidem, ad S. Mariæ Trans-Tiberim.*
Ex P. Lupo.

PATERNO FILIO QVI
DORMIT IN PACE ANORO XIII

4 *Romæ, in Cœmeterio Callisti.*
Ex Boldetto.

BENEMERENTE IN PACE NOMINE
PATRICIV ANNICLV MESORO DVORO
ET FRATRE IPSIVS PASCASV ANNI
CLY ET DIERO XXX. BENEMEREN
TES CVM ABA SVA. AN. XC.

Atque heic animadverte miseram Latinæ Linguæ conditionem. Pertinere hæc mihi creditur ad Sæculum Quartum aut Quinctum Æræ Vulgaris.

5 *Hispali, in Cœmeterio. E schedis meis.*

PAVLA CLSA FEMINA FAMVLA XPI
VIXIT ANNOS XXIIII. MENSES DVOS
RECESSIT IN PACE DIE XVI. KAL FEBRV
ERA. DLXXXII.

Idest Anno Christi 534. CLSA idem opinor esse atque CLARISSIMA.

6 *Romæ,*
in Cœmeterio Sanctæ Agnetis.
Ex Boldetto.


SANCTISSIMAE. F. PAVLIAE. CVIVS. FIDES. ET. INTEGRITAS
IMMACVLATA DIE VITAE SVAE FVIT. QVAE VIXIT
ANNIS XXXII MEN VII. D. PR. ID. MAIAS
IN PACE


7 *Ibidem,*
in Cœmeterio ad Clivum Cucumeris in Via Salaria.
Ex Donio.

Ε Ν Θ Α Δ Ε. Π Α Τ Λ Ε Ι Ν Α
Κ Ε Ι Τ Α Ι. Μ Α Κ Α Ρ Ω Ν
Ε Π Ι Χ Ω Ρ Ω
Η Ν Κ Η Δ Ε Τ C Ε. Π Α Κ Α Τ Α
Ε Ι Ν. Θ Ρ Ε Π Τ Ε Ι Ρ Α Ν
Γ Α Τ Κ Ε Ρ Ι Ν
Α Γ Ι Α Ν. Ε Ν. Χ Ρ Ω

Idest:

Heic Paulina
Jacet Beatorum
In Loco,
Quam Curavit Pacata
Suam Nutricem
Caram,
Sanctam in Christo.

8 *Ibidem,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

P A V. L I. N A. I N P A.
C E. D E P. P R I E. I D V
S. M A I A S

P E L A G I A E R E S T I T V T A E
F I L I A E. D V L

T A B V L A D O M I N A
P R O T A S I O A L V M N O S V O Q V I V I X I T

9 *Ibidem.*
Misit P. Blanchinius.


P A V L I N A E D
V L C I S S I M E P V E L
B E N E M E R E N T I
Q V E V I X A N N V I I I
M. V I I I. D. X X V
D E P. I I I I I D O C T I N P A C E

1 *Romæ, in S. Euſtachii. Miſit P. Blanchinius.*

PARENTES AVII PAVLINAE
FILIAE DVLCISSIMAE
CVIVS SPIRITVM IN REFRI
GERIVM SVSCIPIAT
DOMINVS

2 *Ibidem, in Cœmet. Cyriacæ. Ex Boldetto.*

PAVLINVS. FILIO. PAVLINIANO
BENE QVESCENTI. FECIT. IN. PACE
QVI VIXIT MENS. VIII.



3 *Lucæ, in Sancti Joſephi, lapis effoſſus e Cœmeterio Hermetis. Miſit P. Alexander Berti.*

PAVLO. BENEMERENTI. QVI. VIXIT
ANNIS XXX. ET FECIT CVM VICTORI
A. CONIVGE. CARISSIMA. ANNOS. V. ET
MENSES. VI. FECIT. LEO. PATER. CVM
FILIO CARISSIMO. PAVLE PIE
ZESES. B. M. EIVS

Lucæ creditur hic titulus ſpectare ad Sanctum Martyrem *Paulum*, cujus oſſa illuc adducta fuere. Si hoc uno titulo nititur eorum credulitas: perquam infirmo, aut potius nullo innititur fulcro.

4 *Extra Romam, in S. Pauli. Ex P. Margarino, & Donii ſchedis.*

HIC PAX QVIESCET ☧ EVCARIDV. F. SCVT
SCOL. SECVND. QVI MILITAVET AN. PM. XVIII. BIARCVS
VIXIT AN. PM. XXXV. DEPOSITVS DIAE PRIDIAE IDVS
IVLIAS

Emendatior, quàm apud Aringhium & Reineſium pag. 912. PAX iſte *filius Eucaridi*, fuit *Scutarius Scholæ Secundæ Militaris*, & *Biarchus*, ideſt Annonæ Militari Præfectus. De poſtremo hoc munere vide Du-Cangium in Gloſſario.

5 *Romæ, lapis effoſſus Anno Chriſti 1732. in Cœmeterio Sanctorum Proceſſi & Martiniani in Via Aurelia, & collocatus in Porticu Baſilicæ Sanctæ Mariæ Trans-Tiberim. Miſit Abbas Petrus Moretti Canonicus ejuſdem Baſilicæ. Et ex Marangonio.*

PECORI DVLCIS ANIMA BENIT IN CIMITERO. VI. IDVS IVL.
D. P. POSTERA DIE
MARTVRORV

Si cum CIMITERO, hoc eſt *Cœmeterio*, conjungenda eſt, uti plane videtur, vox MARTVRORV ideſt *Martyrum*, agnoſcere hinc etiam poſſumus, quantam Martyrum copiam complecterentur Romana Cœmeteria (nunc *le Catacombe* appellamus) quando ex eorum tumulis nomen accipiebant. Dodvvelli Anglici pro *Paucitate Martyrum* pugnantis opinioni, toties a Catholicis confoſſæ, iſtud quoque monumentum objicias. Atque hinc præterea diſcas, a vero deflectere, qui *Depoſitionis* diem pro die *Obitus* accipiunt. PECORIVS iſte, ſive Martyr fuerit, ſive tantùm Chriſti Fidelis, vitâ functus in Cœmeterium illatus eſt unâ die, atque altera D. P. hoc eſt *Depoſitus*, ſeu *Sepultus*. Ex Marangonio intellexi, ibi repertum fuiſſe Vas vitreum.

6 *Ibidem, in ambone Sancti Petri. Ex P. Mabillonio.*

SCANDITE CANTANTES DOMINO DOMINVMQVE LEGENTES
EX ALTO POPVLIS VERBA SVPERNA SONENT

In altera parte.

PELAGIVS IV̄N. EPISC. DEI. FAMVLVS. FECIT
CVRANTE IVLIANO. P. P. SCD.

Circiter Annum Ch. 580. poſita fuit Inſcriptio hæc.

7 *In Civitate Auſtriæ, nunc Cividale, in arcu Templi maximi. Miſit Joh. Dominic. Bertoli Can. Aquil.*

.... TERE FLOROLENTOS PEMONEM
RATCHISVM ATQ. PROGRES..................

Pro PROGRES fortaſſe ſcriptum ibi fuit PROCERES; hæc enim Inſcriptio, a Petro Paulo Locatello in Commentariis MStis memorata, non amplius viſitur. *Pemonem*, & *Ratchiſum* Forojulii Duces Langobardica Hiſtoria jamdiu celebravit.

1 *In Foro Julii in Sancti Martini. Ex Fontaninio.*

..........XIMA. DONA XPI AD CLARIT SVBEIMI
.........CONCESSA PEMMONI VBIQVE DIRVTO
.........RMARENTVR TEMPLA. NAM ET INTER RELIQVAS
......IVM BEATI IOHANNIS ORNABIT PENDOLA
✝ E AVRO PVLCHRO ALT
ARE DITABIT MARMORIS COLORE RAT. CHIS HIDEBOHOHRIT

Ex abstrusis & implicatissimis characteribus expressit hanc epigraphen Clariss Fontaninius, aut expressisse sibi visus est. Sub Liutprando Langobardorum Rege PEMMO Forojulii Dux fuit, cui successit RATCHIS ejus filius, etiam Rex postea renuntiatus.

2 *Calari in S. Antiochi. Ab Illustriss. Præside Raiberti accepit Joseph Dani J. C. Taurin. Græcæ Inscriptionis versio.*

PEON GETA SENEX
HEIC OBDORMIVIT IN PACE
DORMITIO EIVS CVM IVSTIS
DORMITIO EIVS EST MEMORIA EIVS
ET SI QVIS IPSVM VEXAVERIT
VLTOR ERIT DEVS ISRAEL IN SAECVLVM

3 *Romæ in SS. Silvestri & Martini. Misit P. Jos. Blanchinius V. Cl.*

COMPARI BENEMERENTI FECIT PEREGRINA
SAMBRACIONI QVI VIXIT AN PLVS
MINVS XXXVI ET FECIT CVM COMPARE
SVA ANNIS XIII. DEFVNCTVS II KAL. OCTOB
ORA DIEI VII

4 *Extra Romam, in S. Pauli. E schedis Donii misit Gorius.*

PERINA IN PACE
A QVE BIXIT ANNO
VIII. KAL. SEPT L CES
TI CORRV CC SYRA CVM

5 *Treveris, in Sancti Maximini. E schedis Ambrosianis. Misit etiam Bimardus.*

HIC IACET PERPETVVS IN CHRISTO
DEO SVO PERBENEMERITVS
QVI VIXIT ANNOS XXV
LEONTIA MATER TITVLVM POSVIT IN PACE



Bimardus legit LEGONTIA.

6 *Romæ, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

INNOCENTISSIMAE ANIME NON MERENTI
PETRONIE QVI VIXIT ANNOS XXXVII
CVM MARITV ANNOS. XXII. DP. IIII. IDVS
MAR. IN PACE

7 *Ravennæ, in Templo maximo, in epistylio, seu capitello. Exscripsit Dominicus Vandellius Mutinensis.*



PETRVS. EPISC. SCE RAVENT ✠ ECCL. COEPTVM OPVS

De PETRO *Seniore* Archiepiscopo Ravennate, qui Anno Christi 568. ordinatus fuit, heic agi puto. In hoc Monogrammate legitur Antistitis ejusdem nomen PETRVS. Ejus Vitam, ab Agnello scriptam, & a Cl. Bacchinio illustratam, habes iterum a me evulgatam Part. I. Tom. II. Rerum Italicarum.

1 *Ravennæ,*
in Sanctæ Mariæ Majoris.
Ex Hieronymo Rubeo.

SALVO DN̄. PAPA N. PETRO
LAVRENTIVS. V. R. SVBDIAC
S. R. E. PRAEPOSITVS
FABRICAE HVIVS VOTVM SOLVIT

Ad eumdem *Petrum Seniorem* Archiepiſcopum pertinet hoc elogium. Siglas V. R. interpretor *Vir Religioſus*. Alias verò S. R. E. ita explicandas opinor: *Sanctæ Ravennatis Eccleſiæ*, cujus *Subdiaconus* fuit *Laurentius* iſte.

4 *Romæ,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

PETRIO BENEMERENTI QVI VIXIT ANNOS
XXXVI SABINA COMPARI POST OBITV
IN PACE

5 *Extra Romam,*
in Baſilica Sancti Pauli.
Ex Margarino.

PETRONIAE DEXTRIAE
BENEMERENTI RARI EXEMPLI
CASTITATIS AVR. GAIAN........
QVE MECVM BIXIT AN..........
DEP. III. IDVS APRILIS IN PACE

7 *Bononiæ,*
in fruſto columnæ ſtriatæ.
Ex Comite Malvaſia.

✠ IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI
TEMPORE DOMNI NOSTRI HLVDOVVICVS
ET HLOTHARIVS EIVS FILIO ANNO
IMPERII EORVM CHRISTO IVVANTE
QVARTO DECIMO ET SEXTO DIE OCTAVO
MENSE NOVEMBRI PER INDICTIONE SEXTA
PETRVS PRESBITER FIERI ROGAVIT

Ideſt Anno Chriſti 827.

8 *Romæ.*
Ex Puccinellio.

HIC REQVIESCIT IN PACE
INNOCENS PETRVS
QVI VIXIT ANNOS DVOS
DEPOSITVS D. VIII. IDVS
SEPTEMB. P.....

2 *In Sicilia.*
E Gualterio.

PETRONIO
DEPOSITO
IN PACE

3 *Sulmone.*
Ex Donio, & e ſchedis Fratris Jucundi.

A ☧ ω
Q. PETICIO HABEN
TIO NEOFITO. Q. PE
TICIVS. NAVICIVS
PATER. FILIO. DVLCISSIMO
VIXIT. ANNOS. XXIII. DIEB. III
DEP. III. ID. SEP

6 *Ravennæ,*
in Palatio Illuſtriſs. Farſetti Archiepiſcopi.
Exſcripſit Dominicus Vandellius.

HIC REQVIESCIT IN PACE PETRV ....
NOTAR. SCAE. ECCL. RAV. QVEM MISE ..
CORS DS IVSTVM RELIQVIT ANTEQVA ..
MALITIA MVTARETVR COR EIVS ET QVA ..
VIS GRAVEM LVCTVM SVIS RELIQVIS ....
PARENTIBVS. IVVENALI SVSCRIPTVS IN
ALVO IPSE TAMEN PX VLIATII IPP QV ..
M VIXIT IN BALCVELO ANN. XXVII. ET D...
XIV. III DES XV. K IVL. IND. IIII. IMP. DN
IVSTINO PP. A. ANN III. IVXTA QVEM RE
POSITA EST SOROR EIVS ZENONIA
NON INPAR MENTIS RAPTA TENERIS
IN ANNIS QVAE VIXIT ANN. VII. M. D. V.
DRELINQVENS LVCTV VTRISQ. PA
RENTIB. D. NON. K. IVN. IND. SS. IIII. EOD.

Exeſi characteres deſcriptoris diligentiam effugerunt In fine primæ lineæ legendum PETRVS. In fine ſecundæ MISEricors. In tertiæ ANTEQVAm. In quartæ QVAmvis; In quintæ RELIQVISset. Pro ANN. III. IVSTINI PP A. hoc eſt *Perpetui Auguſti*, legendum ANN. VII. in quem concurrit INDICTIO IIII. Scilicet Annus Chriſti 571. ſignatur hiſce notis, imperante *Juſtino Juniore Auguſto*. In linea ſeptima videre mihi videor IPSE TAMEN EXVL: reliquorum ſenſum aſſequi non poſſum. In linea nona DES. cenſeo ſignificare DEPOSITVS. In duodecima pro MENTIS fortaſſe reſtituendum MERITIS. In fine lineæ decimæ tertiæ ſiglas M. D. V interpretor MINVS DIEBVS V. In poſtremâ demum lineâ IND. SS. IIII. EOD. legendum eſt INDICTIONE SVPRASCRIPTA IV. EODEM ſcilicet Anno.

1 *Romæ,*
in Cœmeterio Sancti Hippolyti.
Ex Boldetto.

PETRO ET MARCELLINO IN SIGNO DOMINI 

VI VI SI VI FECERVM

Ideſt VIVI SIVI (pro SIBI) FECERVNT.

2 *Ibidem,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex eodem.

PETRVS ET PANCARA BOTV PO
SVENT MARTYRE FELICITATI

Egregius lapis ad confirmandam vetuſtatem dogmatis de interceſſione Sanctorum. *Sanctæ Felicitati Martyri* celeberrimæ, en ut iſti votum ponebant primis Eccleſiæ Sæculis.

3 *Mutinæ,*
in ædibus Nob. V. Marchionis Johannis Rangonii.
E ſchedis Farneſiis.

PHILADELPHO
QVI. IN. SAECV
LO FVIT ANN
XXI. M. VIII. D. XIII.
EVTHYMVS ET
PHILADELPHIA FILIO

4 *Romæ,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

PISENTI. ANIMA. IN
NOX. Q. VIXIT. ANN. I.
M. VIII. D. XIII. NEOFIT
DEP. IDIBVS. SEPT. IN PACE



5 *Ravennæ,*
in Ædibus Archiepiſcopi.
Exſcripſit Vandellius.

....

PLERI MATRI PLACIDIAE. V...............
AVT N IN. HOC. MONVMENT...............
REPONATVR CORPVS NEC. V...............
AB ALICO VIOLETVR. CON................
PER INCOMPARABILE. MATRI A...........
QVI VNVS ET VERVS Ē D̄S Q.............
QVIS PRAESVMPSERIT SV ....
TRIA CORPO .... APERIRE SE
HOC IVDICIO D̄I INCVRRAT ....
BEAT PORTIONEM CVM IVDA TR ....
RE. D̄I N CHR .... NIL VERO DEESSE

6 *Romæ,*
in Sanctæ Mariæ in Coſmedin.
Ex P. Mabillonio.

.... HVNC TITVLVM
.... A. PLASANTRA. SEPVL
.... MORA. QV̄E CLAVDVNT
.... SSE. POTES. X̄PI. ANCIL
.... TA. NOMI ...... ANNA
.... ENS. VELAMINE. SACRO
.... GRAVIT. AD. X̄P̄M
.... SEPVLCRVM VIOLARE
.... ET SIT ALIENVS. A. REGNO. DEI.

7 *Romæ,*
in Cœmet. S. Saturnini.
Ex Marangonio.

ΠΟΛΤΧΡΟΝΙΑ
ΒΕΝΑΙΜΕΡΕΤΙ
ΒΙΝΚΕΝΤΙω
ΠΟ. ΚΟΖΟΤΓΙ. CΙ
ΖΟΤΛΙΑΝΗ
ΜΕCΑ ΚΕΤ ΒΙΞΕΙ
ΚΟΤ ΒΤΓΙΖΟΤ CΟΤCΤ
ΜΑΤΟΤΡΟΤΙ Φ
ΑΝωC ΠΟΤ ΜΙ
ΝΟΤC XXVII

Ideſt:

Polichroniæ
benemerenti
Vincentio Po. (fortaſſe)
Conjugi ſuo
Juliana.
Meſa quæ bene vixi
(fort.) *cum Virginio*
ſuo .... Annos Plus
minus XXVII.

8 *Ibidem,*
in Sanctæ Mariæ in Aventino.
E ſchedis Bibliothecæ Ambroſianæ.

POMPEIA MARCIA FECIT SIBI ET VA.......
CONIVGI SVO MIRE VONITATIS HO ....
DEP. IDIBV. APRI ......

1. *Spoleti, ad Altare Sancti Juvenalis. Misit Dionysius Sancassanius.*

PONTIA SIDEREIS ASPIRANS VVLTIBVS OLIM
HIC IACET AETEREO SEMINE LAPSA FVIT
OMNIS HONOS OMNIS CESSIT SIBI GRATIA FORMAE
MENS QVOQVE CVM VVLTVS DIGNA NITORE FVIT
TRADITA VIRGO THORIS DECIMVM NON PERTVLIT ANNVM
CONIVGII INFELIX VNICA PROLE PERIT
QVANTVS AMOR MENTIS PROBITAS QVAM GRATA MARITO
QVAM CASTI MORES QVANTVS ET IPSE PVDOR
HIC TIBI QVOD FOEDVM VITIVM NEC MORIBVS VLLVM
DVM SATIS OBSEQVERIS FAMVLA DICTA VIRO
DENIQVE TE TENERAM FATIS ODIOQVE GRAVATAM
DVM SEQVERIS VIDIT CORSICA CVM LACRIMIS
TVTE PVRGENT.......CVM SVBIECTA ROTARVM
CONIVGIS HEV CVLTRIX DVRA SATIS PATERIS
TE PATER INFESTVS GENERO CVM TOLLERE VELLET
TESTANDI LAQVEVM SI FACERET GENITOR
CEDITE IAM METRVM LAVDES OMNESQVE MARITO
TEMPORA NVLLA DABVNT TALIA QVE FACIANT
VIR TVVS INGENTI GEMITV FLETVQVE RIGATVS
HOS FECI VERSVS PAVCA TAMEN MEMORANS
...........HIC LEGIT AVCTORES...........

2 *Romæ in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

BENEMERENTI. CONIVGI. PONTIANO IN PACE..........
FECIT. QVI. VIXIT. MECVM. ANN. LXXVIIII..............
DIGNIS. LVCE. FECISTI. PONTIANE. LVCE. HAN.........
ET FILI. BENEMERENTI. FECERVNT.

3 *Ibidem in S. Chrysogoni. E schedis Donii misit Gorius.*

PONT. IVLIA
STERCORA. QVE VIX
AN. XXXV MEN VIIII
DIES. XIII IN PACE

4 *Florentiæ, in Museo Riccardio. Ex Gorio.*

POSTVMIANI GALLA VIVATIS
ADEODATA ANASTASIA

5 *Bononiæ, in Typographia PP. Prædicatorum. Exscripsit Gherardius.*

POTAMILLA CVMP
AANNOR XϛII

CVMP. fortasse pro *Compar*, aut *cum Patre Annorum XVIII.*

6 *Romæ, in Museo Albano.*

TYRE AGNETI POTITVS SERBVS DEI ORNAVIT

Num TYRE pro *Thyras*, ideſt *Portas Ædis* Sanctæ *Agnetis*, *Potitus* iſte *Servus Dei ornavit?*

1 *Romæ,*
in pavimento Basilicæ Sancti Martini in Montibus.
Ex Donio.

LOCVS PRATEXTA
TI V. C. QVI VIXIT ANN
VS LXX

LOCVS GAVDIO........
MARTYRIS LAVREN........
DAMASI COMMEN...........
DP. IN PACE XV. K̄.........

2 *Salerni,*
in Sancti Benedicti.
Misit Nob. V. Franciscus Valletta Jurisconf. Neapolit.



FILIAE DVLCISSIMAE
PRAETEXTATAE QVAE
VIXIT ANN. XI. D. XXV
D. P. VII. IDVS. AVG.
IN PACE FECERANT
PARENES ET SIBI

3 *Calari in Cœmeterio.*
Ex Bonfanto.

B. M. PRIMVS
QVI VIXIT ANN
P. L. XXV. REQVI
EBIT IN PACE
V. KAL. IVNII

4 *Romæ,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

D M PRIME COMPARI DVLCISSIME
VIXIT AN. P M X VITALIS EIVS S
DEPOSITA IN PACE III. KAL. M.....

5 *Ibidem,*
in Collegio Patrum Societatis Jesu.
Misit P. Contuccius Contucci,
& ex Marangonio.

PRIMAE BIDVE DECES
SIT ANN. CENTV. DECESSIT
VII. IDVC DOC. IN PACE

Ideſt VIDVAE, quæ DECESSIT VII. IDVS DECEMBRIS.

6 *Ibidem,*
in Cœmeterio Priscillæ.
Ex Boldetto.

PRIMA ANATOLIO YIIO DVLCIS
SIMO FECIT Q VIVIXIT ANN
S X ✠ I MESES ✠ VIOAE F
CIT SIBI ET FILIO SV

Ideſt, ut opinor:

Prima Anatolio Filio Dulcissimo Fecit, Qui Vixit Annos XVII. Menses Sex, Quæ Fecit Sibi, Et Filio Suo.

7 *Extra Romam,*
in Basilica Sancti Pauli.
Ex Margarino, & Puccinellio.

LOCVS
PRIMENI ET AGNETIS
SE VIVI FECERVNT
SIBI





Nisi viventes hi tumulum sibi paraſſent, hæc certa forent signa Martyrii. At hæc addita poſt eorum mortem fuerint.

8 *Ibidem in Cœmeterio Oſtriano.*
Ex Boldetto.



PRIMITIVS IN PACE QVI POST
MVLTAS ANGVSTIAS
FORTISSIMVS MARTYR
ET VIXIT ANNIS. P. M
XXXVIII. CONIVGI SVO
PERDVLCISSIMO BENEMERENTI
FECIT

1 *Romæ in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

PRIMIGENIVS POMPEIANETI CARISSIME IN PACE
QVE VIXIT ANN. VII. D. VIII.

2 *Ibidem in S. Agnetis. Misit P. Blanchinius.*

DEPOSITVS PVER PRI
MO QVI VIXIT ANNOS X

3 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

PRIMVS VONOSE
COIVGI BENEME ❦
RENTI FECIT

4 *Ibidem, in Collegio Patrum Societatis Jesu. Misit P. Contuccius Museo Kircher. Præfectus.*

DIS MANIBVS PRINCI
PIO FILIO DVLCISSIMO SVO PO
SVIT QVI VIXIT ANNIS VI DIES
XXVII IN PACAE

5 *Ibidem, apud S. Andreæ* della Valle. *E schedis Ptolomeis.*

ΚΑΤΑΘ
ΠΡΙΝΚΙΠΙΟΤ
ΟΚΤωΒΡ
ΘΕΟΔωΡΑC
ΠΡΟ. ΕΙΔ. CΕΠΤΕ

Ideſt;

Depositio
Principii
VII. Kalend.
Octobris.
Theodoræ
Prid. Idus Septembris.

6 *Ibidem, in Collegio PP. Soc. Jesu. Misit P. Contuccius.*




PRISCVS
QVI VIXIT
ANNIS XXXVI
FVNCTVS. V. KAL
IVNIAS. FRATER
FECIT IN PACE

7 *Ibidem, in SS. Martini & Silvestri. Misit P. Blanchinius.*

HIC REQVIESCIT
PRISCVS QVI V. ANN
LX D̄P IN PACE
IIII. KAL. OCTOBRIS

8 *Ibidem, in Cœmet. Callisti. Ex Marangonio.*

PRIVATO IN PACE
DEP. III. IAN. BISOMV

9 *Spoleti, in Sancti Laurentii ad Collem Deliciarum. E schedis Minervii.*

HIC AVIAM NEPTEMQVE LOCVS POST FATA RECEPIT
QVASQVE DIES OLIM FECERAT VNANIMES
EVOLAT AD SVPEROS MENTIS QVOQVE GRATIA SIMPLEX
SEPVLCRVM DVPLEX CORPORA NVNC SOCIAT
ALTERIVS PRAESTANT VOTIS SIC LVMINE VERO
TVNC IACVERE SIMVL NISVS ET EVRIALVS
PROBATIA AVIA DP. XIIII. KAL. NOVEMB.
CONCORDIA NEPVS DP. PRID. KAL. SEPT.

10 *Romæ, in Museo Kircheriano. Ex P. Lupo.*

NIAE PROBAE COIVGI
IME QVE VIXIT. ANN XI ❦
II. D. XVII. HOR VII AN
VS CVCCVRVS MA
S. FECIT



11 *Gradi, in majori Templo, E schedis Valerii, & Farnesiis.*

PROBINAE
ET FILIO SVO
THOMATE NOTARIO
VOTVM SOLVIT

1 *Romæ, in Cœmet. Prætextati. Ex Marangonio.*

PROCLE CONPARI BENEMERENTI BIBENTIVS
QVE MECVM VIXIT ANNIS. V. ET MENSES. VI
DIES. XVI. DEFVNCTA EST XVII. KAL. AVGVSTAS

2 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini, Ex eodem.*

PATER FILIO PROCO QVI
QVI VIXIT ANNIS. VIIII. MENS. VIII.
IN PACE FECIT

4 *Ibidem, in Sancti Sebastiani, E schedis Cyriaci, apud Philippum Stosch Baronem Danum.*

TEMPORIBVS SANCTI INNOCENTII EPISCOPI
PROCLINVS ET VRSVS PRESBITERI
HVIVS SANCTI SANCTO SEBASTIANO
EX VOTO FECERVNT

Hæc ad tempora Innocentii I. Romani Pontificis referenda puto.

6 *Veronæ, in Sancti Proculi, Ex eodem.*

HIC CITO CONSENVI IAM ME PRE
CEDET LONGIOR AETAS
VIVAMQVE DIV MELIORI
BVS ANNIS PROCVLI EPI
CORPVS ET SANCTORVM MAR
TYRVM COSME ET DAMIANI
SED ET CONFESSORES MARTINI
RELIQVIAE QVIESCENT IN PACE

3 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

PROCVLA. FILIO. DVLCISSIMO
STERCORIO BENEMERENTI. ET
EVTYCHVS. PATER INCOMPARA
BILI FILIO QVI BIXSIT ANNVM
VNVM. M. VNDECIM INNOCENTI
FECERVNT

5 *Arelate, apud PP. Minimos. Ex March. Maffejo.*

PAX VOBISCVM
SIT PROCVLEIA
LAMPADIA
ET RENATE

7 *Aquilejæ. apud Canonicum Bertoli. Misit ipse.*

*Pro*FVTVRO CONIVGI BENE
*mer*ENTI. SABINIANE QVE ME
per OMNES PROVINCIAS. SECVT
CVM. QVEN FECI ANN
ET. ME. AQVI FIA DE
CREAVI. FI

8 *Extra Romam, in S. Pauli. Ex Margarino.*

PROIECTVS ET.........EME
RVNT LOCVM SIBI. HIC IA
CET GAVDIOSA.............

9 *Ibidem. Misit P. D. Petrus Paulus Ginanni.*

HIC LOCVS EST COMPARATVS
QVEM SE VIBO COMPARABIT
PROMOTI. DIN ....M RO
MA ....III. KAL. SEP.

10 *Romæ, in Cœmeterio S. Hermetis. Ex Marangonio.*

PROTOGENIA DVLCIS ANIMA
QVE VIXIT ANN XXX. P. M. EX QVIBVS VIX
CVM COMP. SVM. ANN. MEN. IIII. DIES XV.
D. P. XVI. KAL. IVN

Pro *Cum Compare Suo.*

1 *Mediolani, in Sancti Vincentii. E schedis meis.*

B PROVIN A ☧ ω INNOCINI M
QVI VIXIT IN SAECVLO ANN. VII. M. IIII. D. XI
GREGORIVS ET PROBINA FILIO PIENTISSIMO
IN PACE POSVERE IND. V. DP. IIII. IDVS FEB.

2 *Romæ, in Cœmet. Cyriacæ. Ex Boldetto.*

ΠΤΟΛΜΑΙC. Α. ΤΜΝΗCΑ
ΘΕω
ΠΑΡΘΕΝΟC ΕΤωΝ ΙΕ
ΜΙΤΗΡ ΤΗC ΧΑΡΙΝ
ΑΝΕΘΕΙΚΑ

Ideſt :

Ptolmais, Quæ Hymnos Canebat
Deo
Virgo Annorum Quindecim
Mater Ejus Gratiâ
Poſui.

5 *Florentiæ, apud Nob. V. Carolum Strozzium. Ex Gorio.*

A ☧ ω
QVENNIAE AVDENTIAE
C. PAPIRIVS. CONSTANTIV̄
C. F. CONIVGI DVL
CISSIMAE. B. M.

6 *Romæ, in Cœmet. Prætextati. Ex Boldetto.*

ZINNVM LOCI QVINTINI. ET
MARTVRIAE



Pro SIGNVM habes heic ZINNVM. Atque hinc diſce, ex Latino *Signum* emerſiſſe Italicum *Cenno*.

3 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

PVBLIO ☧ FILIO IN PACE
SYMFERON ☧ ET SABINA ☧
PARENTES

4 *Cordubæ, prope Sancti Bartholomæi* de las Bubas *ad Portam novam. E schedis meis.*

✠ ✠ ✠
PVRPVRA FA
MVLA DEI VIX.
ANNOS XXXX
MENSES VIII. RECES
SIT IN PACE D. XII
KL. MAIAS ERA
.........LXIII.

Lego AERA DLXIII. ideſt Anno Chriſti 525. Nam fere omnes Hiſpanicæ Inſcriptiones, in queis Æra illa occurrit, ad Sæculum Chriſti Sextum pertinent.

7 *Ibidem, in Cœmeterio Sanctæ Helenæ. Ex eodem.*

TERSV. DECIMV. CALENDAS. FEBRARAS
DECESSIT IN PACE QVINTVS ANNORO
OCTO MENSORVM. DECE IN PACE

8 *Ibidem, Apud Ficoronium.*

QVIRACE SE BIBA
FECIT ET EMIT AP (*ſic*)
ARIONTĀIME FOSSO
RE PRIMITIVS CVM
TERVVA PIATINA

Marangonius lin. tertia legit: ANN. PL. M. LX. FOSSO &c. *Foſſoris* mentio, a quo locum emit *Quiriace* iſta, Chriſtianam mulierem prodit.

1 *Romæ,*
Misit Johannes Ciampinius.

PEREGRINVS QVI VIX. AN. IIII
DEP. VIII. KAL. IENVAR.

2 *Ibidem, in Cœmet. Prætextati.*
Ex Marangonio.

QVIRIACAE QVAE VIXIT
ANNIS ⳩ N. QVATVOR
D. P. IIII. NON. IVLIAS
ROMVLI. V. A. III. ET M. VIII
ALONTIVS VIRGINIE QVE VIX.
ANN. XXV. ⳩ KAL. FEB.
LORENNIE POM
PEIE MATRI CARISSIME
TERENTIA MATRONA CON
IVX CASTISSIMI IN PACE

FRONTINA	CALIMERA
PVPPVS	LVBENTIA IN PACE
VRSVLA	SAVINA
FORTICES	SEVERIANVS
ATALANTE	LIBIA MARCELLINA
GARAMLVS	AVSINDA
NEPOTILLE	AVXANVS
ISTERCORIA	CALCEDONIVS
ANASTASA	CECILIO CARO

PASCASO INNOCENTI IN PACE

3 *Hortæ,*
ad Scalas Episcopii.
Ex Fontaninio.

QVIRIACO. IN. PACE
QVI. BIXIT. AN. P. M. X
D. P. VII. KAL. OCT. IN. PA

4 *Romæ,*
in Cœmeterio S. Hermetis.
Ex Marangonio.

QVIRIACOS VI
XIT IN PACE ANNI
S. P. M. LX. ☧

5 *Ibidem.*
Misit Franc. Ficoronius.

HIC QVIES QVENET (*sic*) CORPORA ANNIBVS VTRVMQVE HOC EST
QVIRIACVS ET DONATA QVI BIXERVNT ANNIS XXIIII
ET DONATA XXIII DIES XII. BENEMERTIBVS (*sic*) IN PAC

6 *Ibidem,*
in Cœmeterio
SS. Processi & Martiniani,
Ex P. Lupo.

REDEPTA
D. PO. VIIII
KALEND VSTAS

Idest:

Redempta
Deposita Nono
Kalendas Augustas.

7 *Ibidem,*
in Cœmeterio Sancti Thrasonis.
Ex Marangonio.

D . M
RENATE BENEME
RENTI QVE VIXIT AN
NOS XXXVI. MENSIS. V.

Siglas D. M. doctissimus Canonicus Marangonius interpretatur *Deo Magno*. Quum tamen constet, Christianos interdum transtulisse in sua Cœmeteria Ethnicorum Marmora ad usus suos, a vulgari interpretatione non facile recedendum reor. Attamen supra vide Inscriptionem *Leontiæ*.

8 *Ibidem, in Cœmet. Callisti.*
Ex Boldetto.

RENNIAE PRIMAE QVAE VIXIT
ANNIS XLII. M. XI. DIEBVS XXIII
RENNIVS LEGITIMVS CONIVGI
BENEMERENTI

1 *Aquilejæ,*
in ædibus Joh. Dominici Bertoli Canonici V. Cl.

HIC IACET RESTVTVS PEREGER IN PACE FIDELIS
EX AFRICA VENIT VT ISTAM VRBE (*sic*) VIDERET
HEC INVISA TELLVS ISTVM VOLVIT CORPVS HABE
RE HIC QVO NATVS FVERAT OPTANS ERAT ILLO
REVERTI ID MAGIS CRVDELIVS VT NVLLVM SVO
RVMQVE VIDERET INVENERAT SATIS AMPLIVS
QVAM SVOS IPSE PARENTES. NEC IAM EXTER SI
CVT PROVENIT VT ESSET AB IPSIS. SED QVO FATA VOCANT
NVLLVS RESISTERE POSSIT. HVIC SODALICII MEI OREN
SIVM CONTRA VOTVM FECERVNT

Habes heic *Restuti*, idest *Restituti*, hominis Christiani Epitaphium Rhythmicis Hexametris compositum. Venerat ille ex Africa magnificam Urbem Aquilejam visurus, Civiumque amorem ita sibi conciliaverat, ut jam non inter exteros recenseretur. Ibi eum mors rapuit, *Sodalicium Mejorensium* Sepulcro donavit. Ethnicismi reliquias vide in Fatorum vi nondum ejurata.

2 *Romæ,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

RIMoRIDo. ЄЄ. MENSE APRIL. XVIIII. KAL.
MAIAS BARBARIS DEFVNCTVS
CV BISOMI EMTV A BVRSV FOSSORE

4 *Ibidem,*
in Cœmeterio S. Helenæ.
Ex Boldetto.

RODORICVS SE VIVO FECIT
SECVNDA DEPOSITA IN PACE

5 *Novariæ, in S. Genesii.*
Ex Gallerato.

✠ HIIC IACET ROLANDVS
PATER EIVS ET TO DE
DIT PRO EO CVNCTIS
CLERICIS HVIVS VILLE
FICTVM PER ANNOS
XII. DENAR. ET. III. MODI
OBIIT. III. NONOS. MADII

Ad Barbarica Sæcula spectat hæc Inscriptio.

6 *Extra Romam,*
In Basilica Sancti Pauli.
Ex Margarino.

HIC REQVIESCIT ROMANVS
IN PACE DEP. XV. KAL. IVNII.

LOCVS DONATI MANSION
ARII SACTORVM IOHANNIS
ET PAVLI

3 *Ibidem, in Sanctæ Mariæ ad Martyres,*
vulgo Pantheon, seu la Rotonda.
Misit Illustriss. Henricus Henriquez
Gubernator Campaniæ, & Maritimæ.



Epitaphio huic insculpta in marmore subest, ut vides, imago viri jacentis cucullato capite. Ad latus Scutum, sive Stemma, in quo visitur Rosa. Inscriptio hæc, si revera spectat ad Annum Christi 870. neque serius addita fuit Rosa illa, antiquitatem Insignium (*Arme* nunc appellamus) nobis exhibet, majorem sane, quàm vulgo credatur. Sed hoc ipsum, uti & Nomen, atque Cognomen & Agnomen, suspicionem mihi ingerunt, pro nota numerali D. ibi scriptum fuisse M. hoc est MCCCLXX. quod aliis accuratius perpendendũ relinquo.

1 *Romæ, Ex P. Lupo.*

ROMANVS PASTORI PATRI 	SERVILIVS PATRI SVO BENEMERENTI PASTORI QVI VIXIT ANNIS LXII. M. XV. MOR (sic) TVS VII. IDVS APRILES	SERVILIVS PASTORI PATRI 

2 *Ibidem, misit Ficoronius.* *Ibi caput pueri insculptum.*

ROMVLIESIA. MATER FECIT *f*ILIO (sic) SVO
DVLCI. EVNV̄ IN PACE INNOCENΓE (sic)
DEPOSSIONE (sic) VIII H KAL AVG
DΓIFΘ (sic)

3 *Extra Romam in S. Pauli. Misit P. Blanchinius.*

HIC REQVIESCIT IN PACE DVL
CIS ROMVLVS . . . .
HIC REQVIESCIT LABINIA MEMBRA
DEPS̄TA . . . .

4 *Romæ in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

PVRPVREVM. VELVTI. ROSIOS. QVE REQ.......
ET. GENETRIX NATIS LACHRIMASQVE. RELIQ....
HIC IACET. EXANIMIS. DVLCIS. ROBORATVS. ENIXVS. VIT...
CI F.......................XVV. SECVM. O......

5 *In Castello Florentino. In Annulo. Ex Bonarota.*

ROXANE
D. B. QVES
QVAS

Siglæ D. B. ideſt DVLCIS BENE *Quiescas*.

6 *Romæ in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

RVFINE. CONIVGI. BENEMERENTI
QVAE VIXIT. CVM COMPARE. SVO. ANN.
XXVII. M. XI. IN DEO. PACEM

Hinc inde appoſita erant duo Vaſcula vitrea Sanguine reſperſa.

8 *Mevaniæ. Misit Sancassanius.*

HIC REQVIESCIT
RVFINIANVS
QVI VIXIT. AN. PL. M
XXX. DEP. KAL
IV. CON........


7 *Ibidem. E schedis meis.*

RVFINE F
ILIAE BEN
EDICTE

9 *Romæ, in Cœmet. Prætextati. Ex Marangonio.*

RVFINVS. QVI VIXIT ANVS III. MES. VIII.
DEPOSITVS KAL SEPTEBRS. IN PACE

1 *Romæ, in Cœmet. S. Hermetis, apud Canonicum Boldettum. Ex P. Lupo, & Marangonio.*



2 *Vulsiniis. Ex Abbate Adami.*



RVFINA BONA ANIMA QVE VIX
ANNIS XX. M. VIII. QVE CVM VIR
GINIO SVO FECIT ANNIS IIII.
D. XXXIII. PROPTER CASTITA
TEM D. VII. IDVS MARTII

3 *Romæ, in S. Mariæ ad Fontem Olei. Ex P. Lupo.*

BENEMERENTI RVSTICINNAE
QVE ANNORVM LIIII
MENSES X DIEBVS
XX IN PACE

4 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

RVSTICE BENEMERENTI
MARITVS FECIT QVI VIXERVNT
ANNOS INSE SEX EX QVE VIXIT ANN. ☧ P. L XXVI

5 *Extra Romam in S. Pauli. Misit P. Blanchinius.*

HIC REQVIESCIT RVSTICVS
DEPOSITVS IN PACE XV. KAL. M.
AVG. SECVNDO CONSVLE COMPAR

6 *Romæ, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

RVTA OMNIBVS SVBDITA ET AFFABI
LIS BIBET IN NOMINE PETRI
IN PACE



7 *Ibidem, in Cœmeterio Pontiani. Ex eodem.*

RVTILIA SABINIANE MATER
MARIE BENEMERENTI IN PACE
IN PACE

8 *Ibidem, in S. Agnetis. Misit P. Jos. Blanchinius.*

CONIVGI SABATIAE QVE
VIXIT ANNIS XXV. HER
METIO COMPAR FECIT

9 *Ibidem, in Cœmeterio Sanctorum Gordiani & Epimachi. Ex Senatore Bonarota.*

SABBATI DVLCIS
ANIMA PETE ET RO
GA PRO FRATRES ET
SODALES TVOS





10 *Extra Romam, in Basilica Sancti Pauli. Ex Margarino.*

SABBATIVS DEP. NON. DECE.
DEP. IN. PACE

11 *Romæ, E schedis Farnesiis.*

OPTIME MVTASTI VITAM CVM MORTE SABELLI
VITA SED EST POTIVS MORTE SECVTA TVA
NVNC ETENIM VIVIS NVNC ET FIDELIBVS AEVVM
DVCIS AB HVMANA CONDITIONE PROCVL
NVNC ET IN ECCELSA CAELI REGIONE VOCATVS
CVM SVPERIS NECTAR PASCIS ET AMBROSIAM

SABELLI nomen de ejus vetustate aliquam mihi ingerit dubitationem.

12 *Ibidem, in S. Pancratii. Misit P. Jos. Blanchinius V. Cl.*

BONE MEMORIE SABI
NAE CONIVGI DVLCISSIMAE IN PACE
QVI VIXIT ANNOS XVIII. M. III. D. XXV
ET CVM VIRO FVIT ANNIS I. M. VIIII. D. VIII

1 *Romæ, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

SABVCIVS. ASPASIVS. PARENTES. FILIO
CARISSIMO. FECERVNT. QVI. VIXIT. ANNIS
III. ET DIES V. IXXXII. ET ORAS II.

2 *Ibidem. Ex Puccinellio.*

LOCVS
SALLI PONTII IOVINI
ET FLAVIAE CVSTATIAE
IN CHRISTO

3 *Tibure, in Via publica. Ex Donio.*

DORMITIONI. SALLVSTIAE
PARTHENOPE. B. M. F
SAL. AGAPETVS

4 *Romæ, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Bonarota Senatore.*

SABINA VIXIT AN
NOS XVIIII. MENSES VI. DS. XIII
SERINA FECIT SE BIBO

5 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti. Ex P. Lupo.*

SAL. FEL. IA. E. RACLI. A.
TE. CVM. PA. CE

6 *Ibidem in S. Sabinæ. E schedis Vallicell. misit P. Joseph Blanchinius.*

SALVO PRIMO DONAVIT
ATE LOCVM SE BIBVE
FECIT

ω ☧ A

7 *Ibidem in Cœm. Callisti. Ex Marangonio.*

SALVSTIA CIA
SE VIVA SIBI F

8 *Ibidem in Cœmet. S. Saturnini. Ex eodem.*

DOMINAE SALVSTIAE
ANIMAE INNOCENTISSIMAE
PRAESIDIVS. CONIVGI

9 *Extra Romam, in Basilica Sancti Pauli. Ex Margarino.*

SALLVSTIVS PISTOR SE VIVV
VM TER CANDEN

Parum accurate descriptam suspicor.

10 *Romæ, in ædibus Canonicor. S. M. ad Fontem Olei. Ex P. Lupo.*



SALVTIVS PATER SALVTIO FILIO
DVLCISSIMO QVI BIXIT ANN. VIIII
M N. VIII. D. XIII. DEP. V. IDVS SEP

11 *Ibidem, in S. Martini in Montibus. E schedis Donii misit Gorius.*

COMPARI BENEMERENTI
SAMBRACIONI QVI VIX. AN. PL
MINVS XXXVI. ET FECIT CVM
SVA ANN XIII DEFVNCTV
ORA DIEI VII

12 *Extra Romam, in S. Pauli. Ex Margarino.*

HIC REQVIESCIT IN PACE SANCTINVS V̄C̄ QVI VIXIT
........III. DEPOSITVS SV̄D̄. V. KAL. NOVEMBRIS IIII

13 *Ibidem. Ex eodem.*


LOCVS SARGETIS COLL.......................
CONIVGIS EIVS QVEM SE VIVI SIVI COMPARA.........

1 *Romæ, in Sancti Martini in Montibus. E schedis Donii misit Gorius.*

SATRIANVS IANVARVS
IVLIAS DEPOSITVS
IN PACE

2 *In vinea Card. Sanctorii prope Casertam. E schedis Hier. Mazæ Patric. Salern. misit Ign. M. Como.*

IN MIRA EXEMPLI INNO
CENTIAE AC NEFITO AMBI
O. SATRIO. REFRIGERIO Q.
VIXIT. ANNIS. X. DIES
XIV. PVBLIVS CORNEL
IVS ZETVS. ET SATRIA
DIGNITAS. PARENTES IN
PACE B. M. FECERVNT

Nefito pro *Neophyto*. Sed quid *Ambio*? Accuratius exscribenda fuit.

3 *Calari, in Cœmeterio. Ex Bonfanto.*

HIC IACET B. M. SATVR
NINVS QVI VIXIT ANNI
S. P L. M. XXXX. QVIEBIT
IN PACE S D VIIII. KA. IA
N. IND. QVINTE ✠ ☧

4 *In vinea Card. Sanctorii apud Casertam. Misit Ign. Como.*

BENEMERENTI SATVR
NINO IN PACE DEPOSI
TVS IIII NONAS
DECEMB.

5 *In Cœmet. Thrasonis Via Salaria. Ex Marangonio.*

SATVRNINAE BENERE
BIXIT ANNV MESES VI
DECESSIT DIAE VII

Sitne *Benere* pro *Venere*, an pro *Bene requiescenti*, decernat qui potest.

6 *Romæ, in Cœmet. S. Saturnini. Ex eodem.*

S  SATVRNINE
SPIRITVS TVVS
IN BONO

7 *Extra Romam in S. Pauli. Ex Margarino.*

FANA COLI TERRIS NECDVM MERVERE NEGASTI
QVI MORIENS TENERAS CERNIT IAM LAETIOR AVRAS
AECLESIAE VNDE DOLOR TALEM QVOD PERDIDIT ORDO
CONCVTIT IS PIETATE GRAVIS ET MENTE BENIGNVS
AC AETERNOS SATVRNINVS TERMINAT ANIS

8 *In Cœmet. Romanis. Ex Marangonio.*

SCAEVIVS SCERVINVS FECIT ET CONIVGI BENEMERE
FILIO SVO IN PACE PAPIRIE PRIMI
IVVENII

9 *Romæ, ad S. Mariæ Trans Tiberim. Ex P. Lupo.*

SCAEVIVS. CERVINVS. FECIT
SIBI DOMV REQVISIONE

Pro DOMVM REQVIETIS, *Requietionis*, *Quietis*.

1 *Neapoli in S. Januarii extra Mœnia. Misit N. V. Ignatius Como.*

S SEBAE CVM FACINORIBVS ME INVASIT HORROR MORTIS S
T. TELLVS IN PVLVEREM REDACTA CARO MEA QVIEVIT T
E EXPECTANS VENTVRVM MEVM DE COELIS FACTOREM CVM FIDE E
P PROMISSIONIS RESVRRECTIONISQVE SVSTINENS DIEM ET IOSEP P
H HAEC CHRISTI MARTYR IANVARI DEPOSCO VT PER TE MEIS DELICTIS IGNOSCAT SABAOTH H
A ATTENDITE QVID MVNDI MIHI PROFVIT MISERO GLORIA A
N NVNC DORMIENS SILEO BAPTISMI HABENS FIDVCIAM TAMEN N
V VEHEMENTER CONIVX DEFLET ET MOERENS LVGET ME DIV V
S SODALES ETENIM MEI CVNCTI ORE SICVT OBLITI VIVENTES S
C CVM EX ILLIS SIT NVLLVS QVI SENTENTIAM EVADAT HANC C
O OMNIS ERGO MALEDICTVS CVIVS COR RECEDIT A DEO O
N NEC VLLVS SALVABIT ME VIVENS NISI DEI CREBRO INVOCAVERIT NOMEN N
S SED DEI GENITRIX VIRGO MENSIS ME TVERE TVIS S
V VT IN AETERNI EXAMINIS DIE A PERPETVO ERIPIAR INTERITV V
L LAETARI CVM SANCTIS MEREAR DVM AD IVDICANDVM VENERIT EMANVEL L

REQVIESCIT HIC STEPHANVS DVX ET CONSVL VIXIT ANN. XXXIV
OBIIT XVI. MENS. MAII INDICT. VIII. SED ET EIVS CONIVX NON
VIT THEODORI NEP. DVCIS PONITVR HIC IMPERANTE D. CON
STANTINO AN. VI. ET LEONE AN. XVIII.

Creditur Lapis positus Stephano Duci & Consuli Neapolis, cui Patruus fuit Stephanus Episcopus. Verum Notæ Chronologicæ repugnant. Sed & in iis vitium aliquod cubat.

2 *Romæ, in S. Agnetis. Misit P. Blanchinius.*



....NTO SEBERE SORORI
....SIVI BENEMERENTIOR
...PACE QVAE VIXIT ANNIS
...VI. DEPOSITA III NONAS
OCTOBRIS

4 *Ibidem, apud Equitem Prosperum Mandosium. Ex Boldetto.*

SEBERVS IN PACE D.
D. XIII. KAL. OCT
EMT. DOMV CVI
LAVRENTIA
AETERNALE
ANNORV XXXI

Pro CVI fortasse scriptum erat CVM.

3 *Ibidem, in S. Martini in Montibus. E schedis Donii misit Gorius.*

STANE ET SEBERIANE IVGAL
VNT AB ANASTASIO PRAEPOSIT

5 *Ibidem, in Cœmet. Callisti. Ex Marangonio.*

V IDVS MARS DEFVNC
TA VXORE SVA SEBERVS
IN SE EMIT SIBI LOCV 

6 *Ibidem, Ex eodem.*

COLEGE FECERVNT
SEBVLO QVI BIXIT
PLVS MINVS ANNIS XXII
BENEMERENTI IN PACE
DEPOSITO IDVS AVG.

1 *Arelate, apud Patres Minimos. Ex Marchione Maffejo.*

HIC DOR
MIT IN PACE SECVNDA
QVAE VIXIT ANNOS XII. ET
MENSES VIII. DIES
XXII. DEPOSITA VI ID
VS MARTIAS PAREN
TES FILIAE DVLCISSIMAE

3 *Extra Romam, in Basilica Sancti Pauli. Ex Margarino.*

HIC REQVIESCIT SEXTIA SECVNDILLA
HIC SITVS EVPHROSYNVS
Q. N. ANN. OCTO ET TRIGINTA
...... N. MINVS AVTVMNIS
...... HVC FESTINAVIT

4 *Veltris, apud Comitem Johannem Carolum Antonellum, pro S. Sede Gubernatorem Principatus Masserani.*

BI TA
BO NA
DVLCIS
SECVNDINA

6 *Ibidem, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

D. M

SECVNDINVS FRATRI SVO VICTORINO
IN ☧ B. M. QVI VIXIT. ANNIS XXXIII.
ET MENSES VIII. DEPOSITVS XIII. KAL
OCTOB. IN. PACE

7 *Ibidem, in SS. Quatuor Coronat. Misit P. Blanchinius.*

SECVNDO VICTOR INNOCENTI
QVI VIXIT ANNIS XX
PRIMO ALOMNO SVO
MERENTI FECERVNT

8 *In Cœmet. Romanis. Ex Marangonio.*

SECVNDVS. ET ......
Ꝑ VNVS SCRITVRALI ....
AM CARITATEM. IFI ......

2 *Romæ. Ex P. Lupo, Soc. Jesu.*



SECVNDA. IN PACE
QVE VICSIT ANNV. M. II, D. VI

Habes heic geminas *Palmas*, positas puellulæ defunctæ post unum Annum, Menses duos, & Dies septem ætatis. Quis umquam sibi persuadeat, Martyrem heic designari? Accedat & hoc monumentum ceteris, quæ ego fuse produxi inter Antiquitat. Italic. Differt. LVIII. In postica ejusdem lapidis legebatur altera hæc Inscriptio Ethnica, idest præcedenti vetustior.

D M
L. APRONIVS. FELIX
ET CLAVDIA. APFIAS
SIBI. ET. SVIS

5 *Romæ, in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

PARENTES Ꝑ
SECVNDINVS ET
ERMOGENIA
FILIO SVO STERCO
RIO EN ERENE
C P ANN XVIIII

9 *Treveris, in Sancti Maximini. Ex Browero.*

SEDATVS ET PAVLINA
PATRES DVLCISSIMAE FILIAE
DVNAMIOLAE TITVLVM POSV
ERVNT QVAE VIXIT
ANNOS TRES ET MENSES QVINQVE
ET DIES VIGINTI



HIC IACET EVSEBIVS
QVI VIXIT ANNVM
VNVM ET MENSES SEX
MENVS DIES V. TITVLVM
POSVIT DVLCISSIMO
FILIO SVO VITA ☧
MATER

1 *Romæ,*
in Sancti Salvatoris de Curtibus.
E schedis Ambrosianis.

SECVLARIS
QVI BIXIT
ANN. III. ET
ME. II. DI. VII.
DE V KA AGVSTAS

2 *Regii Lepidi.*
Ex Fulvio Azzario.

SECVLARIS
DEP. V. IDV. SEPB
AD F POLITV
QVI VIXIT AN
NOS DVOS SEMIS

3 *Romæ, in Sancti Callisti.*
Ex Boldetto.

SECVNDVS. ET RVFINA FILIAE. DVLCISSIME. HVNC. F
NVS. SCRITVRA INTRAN. NOS. VII. MNOMISIMVS TV
AM. CARITATEM. IFILIA. DVLCISMA. SIN. NA. III. K. S

4 *Romæ,*
in Villa Montaltina.
E schedis Ptolomeis.

SECVRA QVE VIT
XIT ANNIS VI
ET DEFVNCTA EST
IIII. KA. NOBEMB
RES

5 *Florentiæ,*
lapis effossus Anno Ch. 1736.
in S. Felicitatis.
Misit Antonius Franciscus
Marmius Eques.

B M
HIC IACIT
SEGETIVS
D. SCOLA
GENTILIVM
QVI VIXIT
DI SEX

Alios Milites Christianos in hac ipsa Classe vidimus, adscriptos alicui *Scholæ*, in qua Militiæ artes edocebantur. Hic *Miles* fuit *de Schola Gentilium*. Sub nomine *Gentilium Barbari* designantur. Vide in Cod. Theodosiano Legem unicam *de Nuptiis Gentilium*, Lib. 3. Tit. 14. atque in eam Gothofredi Notas.

6 *Romæ,*
in Cœmeterio S. Hermetis.
Ex P. Lupo.

SEM. EVNOMIVS COCCIAE RVFINE COIVGI B M CVM QVA
VIXI P M ANN. XXI. INCOMIARABILISQVE EIVS TANTA
ANIMOSITAS
AD VTILITATEM COMMVNEM TRAENDA IVGVM QVOD DECE
BAT FEMINA IN QVOD TANTA PRECEM ABOLITA. EXHORTVS
SVN
VNVM EX VTERE EIVS SIMILEMQVE [illegible] TENE
RE MIHI VALE IN PACE
☧

7 *Ibidem,*
in Cœmeterio Sanctæ Helenæ.
Ex Boldetto.

. . . .

ET SEPTIMIA DAFNE PARENTES
ET SEPTIMIAE FESTE FILIAE CARISSIME
QVE VIXSIT ANNIS DVOBVS ET ME
SIBVS. SEX. FESTA SPIRITVS TVS IN PACE

8 *Florentiæ,*
apud Nob. M. Catharinam Ottieri.
Ex Gorio.



IN PACE
SEPTIMIA ILARA VIXIT
ANVS XX. III. CALEND. AVGVST

9 *Romæ in Cœm. S. Hermetis.*
Ex Marangonio.

SEPTIMIVS ERACLIVS QVI VIXIT
ANNIS XLIII MES III.
ET IVLIANE LICINIA COIVGI SVO
CVM QVEM VIXIT ANNIS XVIIII
MESS VI BENEMERENTI FECIT

1 *Romæ,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

SEPTIMIA ROMANA QVE VIXIT ANNIS
XIII. VITA FVNCTA EST XIII. KAL. OCTOB.
DIE NATALI SVO VIRGO DEMETRIA MATER
DOLENS POSVIT FILIE B. M. IN. PACE

2 *In Civitate Sancti Severini,*
in Capella Nob. V. Octaviani Gentilis,
lapis Româ devectus
cum Corpore, ut creditur, Sancti Septimii Eraclii
Martyris.
Misit Lucas Antonius Gentilis.

SEPTIMIVS ERACLIVS QVI VIXIT
ANNIS XLIII MES III
EIVLIANE LICINIA COIVGI SVO
CVM QVEM VIXIT ANNIS XVIIII
MESS. VI. BENEMERENTI FECIT

3 *Palmyræ.*
Ex Transactionibus Philosophicis Anglicis.

ΕΠΙ ΣΕΡΓΙȣ ΕΠΙΣΚο Τȣ ΕΤΗΓΕΝ̄
ΜΑΡ•ΝΙȣ Τȣ Χ•ΡΕΠΙΣΚο

Ita in eisdem Actis vertitur:
Sub Sergio Episcopo Cognato
Maron Chorepiscopus.

4 *Ravennæ,*
in Sancti Vitalis.
Exscripsit Dominicus Vandellius Mutinensis.

TVMVLVS ISTE DOCET CVIVS RETINET CORPVS
SERGIVS VOCITAVAR LEVITIS FVNGEVAT ONOREM
VIVS MARTYRIS AVLE AT PVERITIAM DESERVIVIT
PER IPSVM PRECO CVNCTI IAM NVNQVM IC ALIVM PONAT

Egregium cadentis Linguæ Latinæ monumentum.

5 *Romæ,*
in Cœmet. Callisti.
Ex Boldetto.

ϹΕΡΗΝΙΔΑΑ ΠΑΡΘΕΝΟϹ
ΖΗϹΑϹΑ ΕΝΙΑΤΤΟΝ ΚΑΙ ΜΙΝΑϹ Ι
ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΕ ΕΝ. ΙΡΗΝΗ
ΤΗ ΠΡΟ Ι ΚΑΛ ΙΑΝ

Idest:

Serenilla Virgo,
Quæ Vixit Annum Unum Et Menses X.
Heic Jacet in Pace
X. Kalendas Januarias.

6 *Ibidem apud Ficoronium.*
Misit Ramaginius.

☧ SERRENT
VS FECIT SI
SIBI ET COMP
ARI SVAE

7 *In Civitate Gaditana,*
in domo Drani.
E schedis meis.

ΠΑΙϹΩ VIVS NAMQVE TVMVLO PROCVMBIT SERVANDE
POST FVNERE CORPVS
PARVA DICATA DEO PERMANSIT CORPO
RE VIRGO
ASTANS CENOBIO CVM VIRGINI
BVS SACRIS NOBILE CETV
TERDENIS FVIT ANNIS VEGETANS
IN CORPORE MVNDO
HIC SVRSVM RAPTA CELESTI MI
GRAT IN AVLA
OBIIT IVNIAS DECIMO QVARTOVE
CALENDAS
HIC EST QVERVLIS ERA DE TEMPORE
MORTIS DCLXXXXVII.

Idest Anno Ch. 659.

8 *Bononiæ,*
in Typographia PP. Prædicatorum.
Exscripsit Gherardius.

SERVILIANO
BENEMEREN
TI PACEM QVI
VIXIT ANNIS
LXII. ET D. VIII
DISCESSIT
III. IDVS. SEPT.

9 *Calari apud PP. Prædicatores S. Luciferi.*
Misit Joseph Dani.

B M
SERVVLVS QVI VIX
ANNOS XXXX. DECESSIT
VI. KALENDAS IANVA
RIAS. REQVIESCIT
IN PACE

1 *Gerundæ, in Sancti Felicis.*
Ex Baluzio.

CESPITE SVB DVRO CVBAT
SERVVS DEI ECCLESIAE
GERVNDENSIS EPISCOPVS
VIXIT IN EPISCOPATV
ANNOS XV. OBIIT XV. KAL
SEPTEMBRIS. ANNO DOMINI
DCCCCVI.

SERVVS DEI nomen proprium Episcopi. Heic Æra vulgaris usurpata mihi creditur.

2 *Romæ,*
in S. Pancratii.
Misit P. Blanchinius Presb. Orat.

REQVIESCIT SEBERVS TINCTOR
Q. V. AN. PLVS MINVS LXII. EX QVIB
XVII. CVM GALTE SVA QVIETA PACE TRANS.


3 *Ibidem,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

SECVNDINVS. PAVLE. COM
RARI. EXEMPLI. FEMINE. S. O
MNI. LESIONE. VIXIT. PER. AN
NO. VII. RI. FVIT MENSIBVS. X
IDVS MARTIAS. PACE. V.
.... MATREM. SVAM
....

4 *Ibidem,*
in S. Agnetis.
Misit P. Blanchinius.

DOMINO NOSTRO
☧ SERENO IN PACE ☧

5 *Aquilejæ.*
Misit Comes Beretta.







Ideſt:

.... *Arabiæ*
....
Annorum Quinque ....,
Severa Filia Vixit ....
...... Menſes VII. Ab Ip-
ſius Urbis Excidio.

Fortaſſe heic innuitur immane Aquilejenſis Urbis excidium ex Attilæ crudelitate.

6 *Romæ,*
in horto Puellarum Mendicantium.
Ex P. Lupo.

SEVERE BENEMERENTI
FECERVNT PARENTES IN PA
QAE VIXIT ANNO MES. TRES. DI. XX

7 *Sciſcii in Sirmio.*
Ex Comite Marſilio.

HVIC ARCAE INEST SEVE
RILLA FAMVLA XPI QVAE
CVM VIRO SVO VIXIT
NOVEM CONTINVIS AN
NIS. CVIVS POST OBI
TVM MARCELLIANVS HANC
SEDEM VIDETVR CONLOCAS
SE MARITVS

8 *Romæ,*
in Cœmet. S. Saturnini.
Ex Marangonio.

SEVERINA VERNACIAE DVL
CISSIME QVAE VIXIT ANNOS XVIIII
QVE DECESSIT XV. KALENDAS FEB
RIAS IN PACE

9 *Ibidem.*
Ex eodem.

INNOC. SEVERO VIXIT
ANN. XIII. ☧ ET DIES XXII

10 *Ibidem,*
in Sancti Pancratii.
Misit P. Blanchinius.

OCTABV KAL NOVEMBRES
DEFVNCTVS SEVERVS

1 *Romæ, in Cœmet. Prætextati. Ex Marangonio.*



PARENTES. FECERVNT. FILIO DVLCISSI
MO SEVIRINO. QVI VIXIT. ANNOS ☧ V
MENSE VNVM DIES XXV IN PACE QVIESCET

2 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini. Ex eodem.*

SEVERO MARITO BENEME
RENTI VXOR QVI VIXIT AN
NIS SES MENSES TRES DI
ES OCTO BENEMERENTI IN PACE

3 *Ibidem, in Cœmet. Gordiani. Ex eodem.*

OLCVM EMPTVM A SICV
ANIONIONE QVI EST FELIC
ISSIMI ET IANVARIES

Olcum pro *Locum*.

4 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini. Ex eodem.*

SILVIVS ET FORTVNVLA
LADICENI FILIAE DVLCISSIMAE

5 *Venetiæ. Misit Bimardus.*

SILVIVS PALADINVS VT
MORIENS VIVERET
VIXIT
VT MORITVRVS

Recentiorum Sæculorum, atque hominis Christiani Titulum puto.

6 *Romæ, in Museo Albano.*

SIMA
T CVM VIRO
KAL IAN
ƆONTRA

7 *In vinea Card. Sanctorii prope Casertam. E schedis Didaci Mazæ, misit Ign. M. Como.*

SIMPLICIANO
BENEMERENTI IN PA
CE QVI VIXIT ANNOS
QVATTORT DIES TR
EDECI

8 *In Vico* Torrimpietra. *diœcesis Portuensis. Ex P. Lupo.*

SIMPLICIO
IN PACE
GRATA. V. X. O. R

9 *Aquilejæ. E schedis Rediis, misit Laurentius Guazzesius Eques S. Stephani V. Cl.*

HAEC. R. ☧ ECIV. ☧ S. SIMPLI
CIVS. AMICABILIS. AB. OMNIBVS. NOTVS
QVI. SE VIBVS. FECIT. SIVI. CVM
SVA. CONIVGE. MEMORIA. TIMORATI
CRESSIANI. FIDELES. QI. AN. XCIII
DEP. IN. P. KAL. AVG

10 *Romæ, in Cœmet. Thrasonis. Ex Marangonio.*

SIMPLICIVS
IN PACE
SPIRITVS SOFIATIS

11 *Ibidem, in Cœmeterio Pontiani. Ex Boldetto.*

SPEI ET DVLCIS CARITATIS FRATERNE SORORI
QVEM ANTE ANNOS XXV. PERDD. VRSVS
FRATER FECIT. SI DEVS VOLVISSET HOC
EGO ANTE MERVERAM. SEVERO IN PACE

12 *Ibidem, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex eodem.*

SEXTILIA MATER FECIT CEFEBOTI QVI
VIXIT ANNIS. VII. ET MESES IIII.

1 *Calari, in Cœmeterio. Ex Bonfanto.*

In uno latere.	*In altero latere.*
SIMPLICIAE MAGNVM RETINEBVNT SE	.... MIS PARVM SED
CVLA NOMEN QVAE FESTINATIS FA.....	.... MORIBVS IMPLEVIT QVOS
STAMINE METIS BIS DENVM SEXTVM	.... S CASTA DOMVM RE
CONIVNGERE COEPERAT ANNVM	.... ITI. TRISTIOR HAV
REDDERET OCTOBRIS ANIMAM MORI	.... XIT IN HORAM
TVRA KALENDAS	.... COR. DL. AVCT

2 *Romæ, in Villa Montaltina. E schedis Francisci Ptolomei.*

SIMPLICIO BONE MEMORIAE Q. V.
ANNOS. XXIIII. D. XLIII. IN PACE FECERVNT
FRATRES

3 *Ibidem. in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

SINIROPIANO IN PACE
QVI VIXIT AN. X. MEN
SES SEX. DIES. XVII. DEPR. PAREN
TIS AVIA VICTORIVS AVIA ROMANA SVBVEN
TRIX. FAECIT QVI VALET

4 *Ibidem, in Sancti Martini in Montibus. Ex Donio.*


DVLCISSIMAE
CONIVGI
SISIMATI
NICOMACHVS

5 *Ibidem, in ædibus Chisiorum. E schedis Ptolomeis.*

SOTERI..............
MENES ....
PIENTISSIMA..........
VNT PARENTIV...........
MORVM QVAE

6 *Florentiæ, apud Donios. Ex Gorio.*

BENEMERENTI. ALVMNAE
AVDIENTI
PATRONVS. FIDELIS

7 *Interamnæ, nunc* Terni, *in Cœmeterio Valentiniano. Ex Donio.*

IIII. ORA TERTIA D
SOCER ET POMPE
INT



8 *Ibidem, in Cœmet. Gordiani. Ex Marangonio.*

SOZV
SAE ET AM
MONIO ILIS

Pro *Filis.*

1 *Interamnæ, nunc* Terni, *in tabula confracta.*
Ex Donio.



SPES EPISCOPVS DEI SER VVS SANCTO VITALI MARTYRI
A SE PRIMVM INVENTO ALTARIS HONORE AFFECIT
MARTYRIS HIC LOCVS EST VITALIS NOMINE VERO
QVEM SERVATA FIDES ET CHRISTI PASSIO VOTAT
SOLVS HIC E NOSTRIS VICTRICIA DONA REPORTANS
AETERNAM CAELO MERVIT PERFERRE CORONAM
NVNC PRECOR VT LVCIS PROMISSAE GAVDIA CARPAM
ET QVAE VIRGO PRECANS POSCIT CALVENTIA PRAESTET
CORPORIS INTACTO PVRI DECORATA PVDORE
PLVSQVAM DATVRA FIDE DECORIS QVAM QVOD PIA PATRI
EXHIBET OFFICIA ET PVRO VENERATVR AMORE
VTQVE PROBANTE DEO MANEAT PER.........A FIDELI
PRAEMIA.....SIBI CONCESSO MVNERE SVME.....
SANCTIS LAETVS EGO SPES HAEC MVNVSCVLA......

SANCTI VITALIS MARTYRIS PASSIO..... S. VITALIS
DIE XVI........

Inter Episcopos Interamnates nulla est hujus SPEI Episcopi mentio. Nullum *Vitalem* Martyrem Interamnatem recensuit Cardinalis Baronius in Martyrologio Romano. Contra celeberrimus est in ea Urbe *Sanctus Valentinus Episcopus & Martyr*, ut alios Martyres ad eam Civitatem spectantes prætercam, quos in eodem Martyrologio habes. Quid est igitur, quod heic dicitur:

Solus hic e nostris victricia dona reportans?

Nodum hunc Interamnatibus Eruditis solvendum dimitto. Postrema verba SANCTI VITALIS &c. nil rei habere videntur cum superioribus.

2 *Romæ,*
in Cœmet. Callisti,
effoss. an. 1738. *Misit Ficoronius.*

SPEI ET TVNC CHARITATIS FRATERNAE
SEVERO QVAEM ANT. ANN. XXV. PERDO
VRSVS FRATER FECIT SI DEVS VOLVISSET HOC
EGO ANTE MERVERAM SEVERO IN PACE

Valde similis est alteri superiùs productæ pag. 1942. num. 11.

3 *Calari, in Cœmeterio.*
Ex Bonfanto.

B. M. STEFANA QVE
VIXIT ANN VV
A. V. MENSES
SEXS D. ς NO
N OCTOBRES

4 *Romæ,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

STEPHANO ET GE
NEROSAE DVLCISSIMIS
PAREM. QVI. DIV. VIXERVNT
IN SECVLO SINE VLLA
QVERELA. DRVSVS FILIVS
INFELICISSIMVS BENEMEREN. P.

Pro PAREM scribe PARENT*ibus*.

5 *Ibidem in Cruce ænea,*
quam Stephanus II. Papa donavit Ecclesiæ.
Misit P. Blanchinius.

In uno latere.

CRVX | ROMANORVM VICTORIA
ROMANORVM ARMA
ROMANORVM SALVS
ROMANORVM FORTITVDO

In altero latere.

CRISTVS | IMPERAT IN SAECVLA
REGNAT IN AETERNVM
DEI FILIVS VINCIT
IVBAR REGNI ROMANORVM

STEPHANVS IVNIOR PP. FECIT

1 *Romæ, in Cœmeterio Sancti Thrasonis. Ex Marangonio.*

TABVLA STERCORI
PVERI ANNORVM
TRIVM. MENSIVM
DVM. VERVS IN
NOCENTIVS

2 *Ibidem, in Cœmet. Prætextati. Ex eodem.*

STERCORIO FILIO DVLCISSIMO
QVI VIXIT ANN. II. M. VI. D. V

3 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti. Ex eodem.*

STRATONICE ⊕ BIBAS IN DOM
DEP XVII KAL OCT.

4 *Ibidem, in Cœmet. Callisti. Ex Boldetto.*

IN PACE ET BENEDICTIONE
SVFSVATE VIXIT ANNIS XXX. PLVS MINVS
REDDIDIT KAL. FEBR.

5 *Ibidem, in S. Praxedis. Misit P. Blanchinius.*



SVLPICIA RESTITVTA SVSPECIO
TELESPHORO CONIVGI BENE
MERENTI ET SIBI

6 *Perusiæ, apud Dominos della Staffa. Misit P. Philippus Camerinius.*

NE O	FILIVS KARISSIMVS SVLPICIVS VINCEN TIVS QVI VIX. ANN XXIII. MENS. VI. DIES VI. SVLPICIVS FELICIS SIMVS ET GALLIANE PARENTES POSVERVNT	FI TVS

7 *Calari, in Cœmeterio. Ex Bonfanto.*

O DECVS EGREGIVM O FEMINA VERE BEATA
QVE REFVGIS HOMINVM CASSAS INTERRITA CVRAS
ET CAELI CONVEXA PETENS SVRINIA ALIA RECVSAS
ETERNA PACE OVANS



Corrupta videntur verba illa SVRINIA ALIA. Feminæ fortasse est nomen SVRINIA; sed leges versus illud aversatur. Pro ALIA lego ALTA.

8 *Treveris, in Collegio Patrum Societatis Jesu. Ex Browero.*

SV . . . . . NINVS HIC IACET QVI V
ICSET ANNVS III. ET MEN
SES II TITVLVM POSVE
RVNT MOCDO [illegible] IMA



HIC QVIESCET ARCADIOLA
QVE VIXIT ANN. VI. MEN. XXXIIII
SVIVRSVIVS. ET
MAVRVS ET HETLEA
TETVLVM POSVE
RVN IN PACE



8 *Romæ, in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

SVT. I PETE
PRO NOS
VT SALVI SIMVS

Scilicet de intercessione Sanctorum apud Deum vel primis Ecclesiæ Sæculis Dogma vigebat inter Christianos. Vide supra *Aurelii Agapiti* Inscriptionem.

9 *Ibidem, in Cœmeterio Calepodii. Ex Boldetto.*

TAVRVS RECESSIT DE SAECVLO
PRIDIE IDVS FEBRVARIAS
DIE IOVIS ANNI VNIVS
MENSORVM TRES

10 *Extra Romam, in Basilica Sancti Pauli, Ex Margarino.*

INFAS RECESSIT IN PACE
MENSIS VNDECI. ET D. II
NOMINE TECLA

1 *Romæ,*
in Sanctæ Mariæ in Cosmedin.
Ex Crescimbenio.

SVME VALENTINE MARTIR HEC DONA BEATE. QVE TIBI FERT OPIFEX TEV
BALDVS CORDE BENIGNO. HEC ITAQ. SVNT QVE TIBI BEATISSIME
MARTIR IDEM TEVBALDVS CONCESSIT. QVATINVS SINT IN VSV̄
SACERDOTVM IN PERPETVV̄ DŌNŌ TIBIQ. HIC SERVIENTIVM
IDEST. DOMVS DVAS SOLERATAS IVNCTAS IN VICINO TVAE ECC̄L̄AE
CELLAM IVXTA EAMDEM ECC̄L̄AM. ORTICELLVM CV̄ OLIVIS RETRO AECC̄L̄AM SCI
NICOLAI. VINEĀ IN ANTONIANO. MISSA
LEM. I. ANTIFONARIA. II. VNV̄ DIVRNI. ALIV̄. NOCTVRNI OFFICII. FERIALES. II.
LIBRV̄ GENESEOS CV̄ ISTORIIS CANONICIS. PASSIONARIVM. DIALOGV̄ CVM
SCINTILLARIO. IMNARIA. II. LIBRV̄ EX MORALIB. CALICĒ ARGENTEVM EXAVRA
TV̄ CV̄ CALAMO ET SVA PATENA. TVRIBVLV̄ ARGENTEV̄. MANVALE. I.
SI QVIS VŌ BEATISSIME MARTIR EX IIS QVE TIBI A IAM DICTO TEVBALDO CC̄ES
SA SVNT ET VEL AB ILLO AVT AB ALIIS CONCEDENTVR TEMERARIO AVSV ALIQVID
APSTVLERIT. DISTRAXERIT. VENDIDERIT. VL̄. FRAVDAVERIT. SIT SEPATVS A DŌ OM̄IV
Q. XP̄IANOR. C̄SORTIO. QVIN. ET PPETVO PCVSSVS ANATHEMATE. ATQ. CVM DIABOLO ET
ŌIBVS IMPIIS IVNCTVS. AETERNO INCENDIO EXVRATVR. TEMPORE PONTIFICIS NO
NI SVMMIQVE IŌHIS EST SACRATA DIE SVPPREMO HEC AVLA NOVĒMBRIS
DV̄ QV̄ITA ELABENTĒ INDICTIO CVRRERET ANNVM.

Magnus Annalium sacrorum parens Cardinalis Baronius in Annalibus Ecclesiasticis, electionem *Johannis IX.* Papæ retulit ad Annum Christi 901. ejus verò mortem ad Annum 905. Verùm Antonius Pagius in Critica Baronii contendit, Pontificem hunc Cathedram Petri conscendisse Anno 898. finemque vivendi fecisse Anno 900. Sed Baronii sententia stat, & ruunt heic meditamenta quæque Pagii. Ex hoc certissimo antiquitatis monumento habemus IOHANNEM IX. PONTIFICEM SVMMVM vixisse NOVEMBRI Mense Anni 901. quo decurrebat INDICTIO QVINTA, a Septembri inchoata.

2 *Extra Romam,*
in S. Pauli.
E schedis Donii misit Gorius.



HIC REQVIESCIT DN̂V̂S TEO
BALLVS EP̂S HOSTIEN
SIS

Sculpta est ibi Cymba, in aquis fluitans. Ad Annum Christi 996. Ughellius in Ital. Sacr. Tom. I. inter Episcopos Ostienses Theobaldum refert.

3 *Romæ,*
in Cœm. S. Saturnini.
Ex Marangonio.

TERENTIO AMANT
BENEMERENTI
(*sic*)
VIXIT AN. XI. XIVIII

4 *Ibidem,*
in SS. Quatuor Coronat.
Misit P. Blanchinius.

TERTVLA IN PACE
QVAE BIXIT ANNIS XXI.
QVAE FECIT CVM COMPARE
. . . . . DIES ϛIII

5 *Ibidem,*
in Cœm. S. Hermetis.
Ex Marangonio.

TETTIE TIGRIDI CVM QVA
VIXI ANN VII. D XII

6 *Extra Romam, in Sancti Pauli.*
Ex Margarino.

THEODOSIO
HOMO DEI
IN PACE ID

Comacli, in Turri Campanaria Cathedralis.
Misit Joseph Scalabrinius Sacr. Literar. Interpres in Academia Ferrariensi.

+ TEM · DNFELI · TRB · ARCPS CE E CC
RA · EDF · VINCENTIVS · PRIM ·
EPC · ECC · SCI · CASSI AVICI CVM ·
PRIM · EDIFIC · P · IND · VI +
FELIC

Faber in facris Ravennæ Monumentis; Ughellius Tom. 2. Ital. Sacr. in Epifcopis Comaclenfibus, Ferrus in Hiftor. Comacl. & alii; lapidis hujus meminere. Exactiffime defcriptum ego rurfus offero. Legendum heic fufpicor:

✠ *Tempore Domni Felicis Ter Beati Archiepifcopi Sanctæ Ecclefiæ*
Ravennatis Ædificium (aut Ædificavit) *Vincentius Primus*
Epifcopus Ecclefiæ Sancti Caffiani Civitatis Cumaclenfis
Primus Ædificavit Per Indictionem Sextam ✠
Feliciter.

Hoc eft Anno Chrifti 708. quo *Felix* in Ravennate Cathedra fedebat. Sed cur *Vincentius* dicitur heic *Primus Epifcopus* Ecclefiæ *Comaclenfis*? In Concilio Romano Anni 502. fub Symmacho memoratur *Pacatianus Comaclenfis* Epifcopus. Ducentis fortaffis annis Epifcopo caruerat Ecclefia illa, ita ut hic *Primus* in eâ inftitutus indoctis iis temporibus vifus fuerit.

1 Panormi.
Carmine Jambico.
E ſchedis meis.



ΤΗ͂Ν ΕΥΤΥΧΩ͂Σ ΤΕΚΟΥ͂ΣΑΝ ἌΝΔΡΑ ΓΕΝΝΆΔΑ
ΓΕΏΡΓΙΟΝ ΠΡΩΤΙΣΤΌΝ ΑΡΧΌΝΤΩΝ ὍΛΩΝ ✠
ΣΕΜΝΗ͂Ν ΜΟΝΑΧΗ͂Ν ΕΥΣΕΒΗ͂ ΘΕΟΔΟΥ͂ΛΗΝ ✠
Ο ΛΊΘΟΣ ΟΥ͂ΤΟΣ ΣΥΓΚΑΛΎΠΤΕΙ ΤΩ͂ ΤΆΦΩ ✠
ΘΑΝΟΥ͂ΣΑΝ ΕΝ ΓΉΡΑΙ ΤΩ͂ ΒΑΘΥΤΆΤΩ ✠
Ο Δ'ΙΑΝΝΟΥΆΡΙΟΣ ΕΙ͂ΧΕΝ ΗΜΈΡΑΝ ✠
ΤΗ͂Ν ΕΣΚΆΤΗΝ ΤΕ ΚΑῚ ΤΕΛΕΥΤΑΊΑΝ ΜΌΝΙΝ ✠
ΙΝΔΙΚΤΙΩ͂Ν Δ'ΥΠΗ͂ΡΧΕΝ Η ΤΡΊΤΗ ΤΌΤΕ ✠
ἜΤΟΥΣ ΔΙΙΠΠΈΤΟΝΤΟΣ ΑΚΡΙΒΈΣΤΑΤΩΣ ✠
ΠΑΡΑΔΡΑΜΟΥ͂ΣΗΣ ΧΙΛΙΆΔΩΝ ΕΞΆΔΟΣ ✠
ΕΤΩ͂Ν ΣΥ͂Ν ΑΥΤΟΙ͂Σ ΕΞΑΚΟΣΊΩΝ ΟΛΩΝ ✠
ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΟΥ͂ ΣΥ͂Ν ΟΓΔΟΆΔΙ ΠΆΛΙΝ ✠
ΚΑῚ ΧΟΥ͂Η ΜῈΝ ΑΥΤΗ͂Σ ΕΝΘΆΔΕ ΚΡΎΠΤΕΙ ΤΑΦΟΣ ✠
ΤῊΝ ΔῈ ΨΥΧΗ͂Ν ΦΈΡΟΥΣΙΝ ΑΓΓΈΛΩΝ ΧΈΡΕΣ ✠
ΝΥΜΦΗ͂Ν ἌΜΩΜΟΝ ἈΞΙΑΝ ΤΩ͂ ΔΕΣΠΌΤΗ ✠
ΤΩ͂ ΝΥΜΦΑΓΩΓΩ͂ ΚΑῚ ΚΑΘΑΡΩ͂ ΝΥΜΦΊΩ ✠
ΚΑῚ ΝΥ͂Ν ΧΟΡΕΎΕΙ ΝΥΜΦΙΚΩ͂Σ ΕΣΤΑΛΜΈΝΗ
ΤΩ͂Ν ΑΡΕΤΩ͂Ν ΤῸΝ ΠΈΠΛΟΝ ΗΜΦΙΕΣΜΈΝΗ ✠
ΚΑῚ ΤΟΙ͂Σ ΚΑΛΟΙ͂Σ ἍΠΑΣΙΝ ΩΡΑΙΣΜΈΝΗ ✠
ΩΣ Δ'ΕΥΠΡΌΣΙΤΟΣ ΠΡΈΣΒΙΣ ΥΠΈΡ ΤΩ͂Ν ΤΕΚΝΩ͂Ν
ΑΙΤΆΣ ΠΡΟΣΆΓΕΙ ΤΩ͂ ΘΕΩ͂ ΠΑΡΡΗΣΊΑ

Ideſt :

Quæ generoſum beate virum peperit
Inter omnes proceres eminentem Georgium,
Caſtam Sanctimonialem Theodulam piam,
Lapis iſte contegit tumulo.
Calente deſtituta membra ſpiritu,
Senecta cum profunda cogeret mori,
Diem bifronti Janus unam vertice
Primique menſis ultimam conſpexerat,
Indictionem computans tum Tertiam,
Anni gradu repentis ſubtiliſſimo
Poſtquam Chiliadibus Sex Annos Sexies
Centum Duoque Luſtra Quater addidit
Octennio Mundi diem qui fabricæ
Primum Deus procraſtinavit hactenus.
Et pulverem hæc quidem pium demortuæ
Animæ recondit, Spiritum verò Angeli
Manibus ferunt, utrimque geſtientibus,
Nympham illibatam nymphagogo Conjuge
Dignam, notæque neſciis ſponſalibus.
Et nunc choros ducit retecta nymphice,
Virtutum amicta candidato flammeo,
Cunctis decorata gratiis, & ſplendidi
Radiis Dei referta coruſcantibus.
Ut quæ repulſam nec ferens nec inferens
Legata filiorum ſupplicum Deo
Commendet ore libero precamina.

Spectat Inſcriptio ad Annum Chriſti 1140.

1 *In Ecclesia Plebis Budrii,*
in Oppido Romandiolæ.
Misit Sancassanius.

..............DNI TEVPERGA QVIESCIT VMATA
.... VET ET BENEDICAT AMEN
.... NIMAM VISITARE MEMOR SIT
.... VIS COLLOCET IPSE DEVS
.... C. III. DIE XVII. MEN. IVN. IND. VI
.... STRASVLFVS SCRIBERE FECI
.... L. TRISTIS EGO

Sublucere videtur ex literis illæsis, Anno Christi 903. positum fuisse hunc lapidem, quum eo Anno decurreret Indictio Sexta.

2 *Romæ,*
in SS. Silvestri & Martini.
Misit P. Blanchinius.

LOCVS THEODORI IN QVO
DEPOSITVS EST IN PACE
MARTINVS QVI VIXIT PL M
AN. XXV DP PRID SEPTEMBS
IND II... DIE SECVNO....

3 *Neapoli,*
in Sanctæ Mariæ, Donna Romita.
Ex P. Montfauconio.

ΘΕΟΔΩΡΟΣ. ΤΠΑΤΟC. ΚΑΙ ΔΟΤΞ.
ΑΠΟ. ΘΕΜΕΛΙΩΝ. ΤΟΝ. ΝΑΟΝ
ΟΙΚΟΔΟΜΗΣΑΣ. ΚΑΙ. ΤΗΝ. ΔΙΑ
ΚΟΝΙΑΝ. ΕΚ. ΝΕΑΣ. ΑΝΤCΑC. ΕΝ
ΙΝΔ. ΤΕΤΑΡΤΙ ΤΗΣ. ΒΑCΙΛΕΙΑΣ
ΛΕΟΝΤΟΣ. ΚΑΙ. ΚΟΣΤΑΝΤΙΝΟΤ ΤΩΝ
ΘΕΟΦΙΛΩΝ. ΚΑΙ. ΤΩΝ. ΒΑΣΙΛΕΩΝ
ΣΕΜΝΩΣ ΒΙΩΣΑΣ. ΕΝΤΕΠΙΣΤΕΙ
ΚΑΙ ΤΡΟΠΩ ΕΝ ΤΩ ΜΕΝCΕ ΟΚΤΩ
ΒΡΙΟΤ. ΕΝΘΑΔΕ. ΖΗΣΑΣ. ΧΡΙΣΤΩ
ΕΤΙ. Ι. ΚΑΙ. Μ.

Hoc est:
Theodorus Consul Et Dux
A Fundamentis Templum Hoc
Quum Excitasset, Et Dia-
coniam De Novo Perfecisset In
Indictione Quarta, Imperantibus
Leone Et Constantino
Piis Et Imperatoribus,
Præclarus Vixisset Tam Fide
Quam Moribus; Mense Octo-
bri, Heic depositus est, *Postquam Christo Vixit*
Annos Decem Et Quadraginta.

Theodorus iste Neapolitanæ Urbis *Consul & Dux* ille mihi creditur, qui a Johanne Diacono in Chronico Episcoporum Neapolitanorum, a me edito Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag 312. appellatur *Theodorus Protospatharius*, & successor Theoctisti Magistri Militum. Dicitur perfecisse Templum *Indictione Quarta*, imperantibus *Leone & Constantino Augustis*. Ergo, si meæ rationes bene procedunt, Leo IV. Græcorum Imperator, & Constantini Copronymi filius, heic memoratur. Is autem Anno Christi 780. *Indictione IV.* cœptâ Mense Septembri, naturæ debitum solvit. Veri hoc mihi videtur similius, quàm referre hujusmodi Notas ad Annum Christi 721. quo decurrebat Indictio IV. & Leo Isaurus una cum Constantino Copronymo imperabat.

4 *Neapoli,*
in Templo Collegii PP. Soc. Jesu.
Misit Ignatius Maria Como.

THEODORVS CONSVL ET DVX A FVNDAMENTIS TEMPLVM AEDIFICAVIT
ET DIACONIAM EX NOVO PERFECIT IND. IV. REG. ASONTIS ET CONSTANTI
NI DEI AMATORVM ET REGVM. QVI REVERENTER VIXIT IN FIDE ET
CONVERSIONE VI. MENS. OCTOBRIS HIC VIVENS CHRISTO AN. XL.

Pro ASONTIS legendum reor LEONTIS, ita ut non Anno Ch. 616. ut quidam opinantur, sed Anno 780. Theodorus iste Neapolitanis præfuerit. Ejus est mentio in Vitis Episcop. Neapol. apus Johannem Diaconum P. II. Tomi I. Rer. Ital.

5 *Romæ,*
in S. Cæciliæ.
E schedis Donii misit Gorius.

TEMPORIB. VITAE COMPLETIS ARCHISACERDOS
THEODORVS SVB MATRIS TVMVLO ☩ PONERE SE
VOLVIT DICITE VOS CIVES ADEVNTES MARTY
RIS AVLAM ☩ PARCE DEVS FAMVLIS
PVRE BENIGNE TVIS ☩ AMEN
GISILBERTVS ME FECIT MAGISTER

6 *Ibidem, in S. Martini in Montibus.*
Misit idem.

VT THEODORI IN QVO DEPOSITVS
IN PACE MARTINVS QVI VIXIT PL M
XX. SVB$_S$ PRID$_S$ ID$_S$ SEPTEMB$_S$ IND$_S$ SECVND$_S$

7 *Ravennæ,*
in Sancti Johannis Euangelistæ.
E schedis Alexandri Capponii Marchionis.

Τω ΑΓΙω. ΙωΑΝΝΙ
ΘΕΟΔωΡΟC ΚΑΙ ΚωΝCΤΑΝΤΙΝΑ
ΑΝΑΙΘΗΚΑΝ
ΤΠΕΡ. ΑΝΑΠΑΤCΕΟC

Idest:

Sancto Johanni
Theodorus Et Constantina
Posuerunt
Pro Requie.

1 *Ravennæ, in S. Joh. Euang. in Pulpito Græco. Misit P. Ginanni Abbas Bened.*

SCO. IOANNI. THEODORVS. CONSTANTINA
IMPOSVERVNT. PRO QVIETE ANIMAE

In altero latere ejusdem Pulpiti.

FAMA DICTI OPERIS AD THEODOSIVM MIGRAVIT.

2 *Panhormi, in S. Mariæ Maturanæ. E schedis Donii misit Gorius.*

HIC REQVIESCIT IN PACE
THEωNBER. QVI. VIXIT. PL. M. A
VI. DEPOSITA AVGVSTA

3 *In Vinea Nobilium Romanorum Brea. Misit Joh. Joseph Ramaggin. J. C. Rom.*

ΘΕΟΦΙΛΟC. ΕΝΘΑΔΕ. ΚΕΙΤΑΙ
ΖΗCΑC. ΜΗΝΑC. Ε. ΕΙ ΤΙC
ΤΑ ΟCΤΑ ΜΟΤ CΚΤΑΕΙ. ΕCΤΑΙ ΑΤ
Τω ΠΡΟC ΤΗΝ ΕΠΕΡΧΟΜΕΝΗΝ ΟΡΓΗΝ

Ideſt :

Theophilus heic jacet,
Qui vixit Menses V. Si quis
Ossa mea vexaverit, pœnas dabit
in superventura ira (Judicii.)

4 *In Sancti Laurentii prope Chesium agri Brixiani. Ex Vinaccesio.*

THOMAS TRIBVNVS
PRO VOTO DEDIT

5 *In Monte Casino. Ex Puccinellio.*

ME SIMVL ET PRECIBVS THOMA COMMENDA SACRATVS
PRESBITER INDIGNVS ALTA SI GAVDIA CAELI
....CAPIAS LETVS VITA PARITER....O PERENNE

6 *Romæ, in S. Martini in Montibus. E schedis Donii misit Gorius.*

TICRINVS E
CVM FILIA
SE VIVI FECER
LOCVS ALEXAN
ET FILI RVN

7 *Ibidem, in Cœmet. Prætextati. Ex Marangonio.*


TIGRIS MENSE NOb
dES qVATOR FE
CIT MATER TERTIA
ET PATER dOLIEN
TES

8 *Ibidem, in Cœmeterio Sanctæ Agnetis. Ex Boldetto.*

D . M
TIGRIDAS VIX. ANOS
XXXII. IN PACE QVI
VIX. CVM VIRGINIA
ANOS VIIII

VIRGINIA pro *Conjuge*.

9 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

FILI FECERVNT MATRI SVE TIGRIDI. Q
BIXIT. AN. C. IN PACE 

10 *Mediolani, in Sancti Ambrosii. E schedis meis.*

A ☧ ω

TIGRIS SE VIVA FECIT SIBI DOM
......NALEM

Ideſt DOMVM AETERNALEM, phrasi Ethnicâ, quamquam Christianæ mulieris.

1 *Romæ, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

FILIO DVLCISSIMO
VE. NEMEREN. TI. TI. GRI
NO. QVI. VIXIT. ANNVM. MESES
DECE. DIES. XX. IIII
IN PACE

2 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

TILIA AVGVSTIANE MA
TRI. ET FRATRI. BENE. ME
RENTIBVS. FECIT. P. B. O. S

Fortasse legendum *Filia*.

3 *Ibidem, in Cœmet. Prætextati. Ex eodem.*

PATER TIMOTE
VS SECVNDINO V
NICO FILIO MEO CV
IVS SPIRITV IN BO

NO
QVE
QVAT

4 *Ibidem, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Vignolio.*

TIMOTEVS ET PANNOSVS LAZA
RO DVLCISSIMO FRATRI
MERENTI VIXIT ANNIS
P M XXVIII. HABVIT VXO
REM IN PROV. HISPA
NIA MENSES DVO
QVIESCIT IN PACE

5 *Extra Romam, in Basilica Sancti Pauli. Ex Margarino.*

LOCVS TIMOTHEI ARCIATRI
ET PAVLINAE

6 *Romæ, in SS. Martini & Silvestri. Misit P. Blanchinius.*

CAIVS TITINIVS
FILIO DVLCISSIMO
IN PACE

7 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

TRANQVILLINA ☧ IN PACE ☧ MESES. V




TRANQVILLINA QVE VIXIT ANNOS VII

Si Cœmeterii præcipue istius Inscriptiones perlustras, quas accuratissime collegit Clariss. Canonicus Marangonius, hominum illorum nomina animadvertas, nulla Officii, munerisve publici mentione adjectâ, ita ut jure suspicari liceat, plebejos tantum Christi Fideles ibi sepulcrum sibi parasse. Attamen Inscriptio hæc apparuit *musivo opere elaborata, albis lapillis, aliis vitreis auratis, variisque aliis coloribus compactis*, uti idem Marangonius animadvertit: quæ res puellam non vulgaris conditionis significare possit. Et fortasse Nobiles ipsi Christiani interdum præ humilitate & contemtu Mundi a recensendis suis Dignitatibus abstinebant. Nam & Artes ipsas, quibus operam dabant, omittere consueverunt.

8 *In Vico Membrillæ agri Utrariensis in Hispania. Ex Donio.*



A. ω.

TRETES FAMVLA XPI
VIXIT. ANNOS. PLVS. MINVS
LXII. ET RICESSIT. IN PA
CE. D. III. EDVS MARTIAS
ERA. Z. IIII

Idest, ut opinor, Anno Christi 566. si Z. sit pro DC.

9 *Romæ, in S. Martini in Montibus. E schedis Donii misit Gorius.*

HIC REQVIESCI
IN PACE TRIBV
(*sic*)
ARGENTARARI
QVI VIXIT ANN
XXIIII MENSES II DI
DEPOSITVS ☧ IIII KAL
STAS CONSVLATV

Idest *Tribunus Argentarius*, nunc *Banchiere*, *Campsor*.

1 *Romæ,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Boldetto.

BENEMERENTI. TRYPHENAE. ALVM AELIAS ET
DVLCISSIMAE. MATRI PARTINOPE. ET FELIX. SICVT
PETIVIT FECERVNT. D. ANNO XXXX

ALVM. ideſt *Alumnæ*. D. hoc eſt DECESSIT &c.

2 *Ibidem, in Cœmet. Prætextati.*
Ex Marangonio Canonico.

ΘΡΗΠΟΛΕΝΗϹ
ΤΗϹ ΦΟΙΝΙΚΗϹ
ΛΕΟΝΤΕΙϹ
ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ
ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ
ϹΥΝΒΙΩ
ϹΩΤΗΡΙΔΙ
ΠΕΤΡΩΝΕΙϹ

Ideſt:
Tripolenis ex Phœ-
nicia Leontis in pace.
Dulciſſimæ Conjugi
Soteridi Petronis.

3 *Ibidem, in ædibus Barberinis.*
E ſchedis Ptolomeis.

TVLLIANA
TANTVM RHETORE ROMA
NTVM NOSTER SVB ORIGINE SANGVIS
M CARPTVRA ROSAM MIHI DECIDIT AETAS
ORET VERNVM MACVLAVIT FVNVS APRILEM
NOFFENSO VITAE MIHI TRAMITE LABSVS
ORVM MATVRA BONO NIL DEBVIT ANNIS
IVGUSCIT CARA FIDES HERESQVE MARITVS
QVOD AETERNO MIGRARIM DEDITA CHRISTO
QVE FERAT MELIOR MIHI VITA CORONAM
DE. IIII. D. APRIL
ACTA PIE CVRANTE MARITO
NOMEGETHIO. V. C.
HAEC PATER INSONTI FILIAE SVPREMA PEREGIT
TVLLIANA IVN. KAL. SEPT.

4 *Ibidem in Cœmeterio Cyriacæ, ex Boldetto.*

TVRCIVS ISTEFANIVS AVRELIE
IRENE CONIVGI IN PACE

1 *Romæ,*
E schedis meis, & Donii.

D ☧ M
TVTIE CASTE VE
CASTE QVE VIXIT
ANNOS XXXVII MESIS...

Exemplo perquam illustri esse potest Inscriptio ista, literas illas D. M in Christianorum tumulis significare, non *Diis Manibus*, sed DEO MAGNO CHRISTO. Si tamen malis DVLCISSIMAE MEMORIAE, non obsistam.

3 *Romæ,*
in Collegio PP. Societatis Jesu.
Misit P. Contuccius Soc. Jesu.


DECESSIT IN SOM
PACIS IN D TVCHAE
VS. VIXIT. AN. XXX
M. DVO. D. VIII.

P Scarmagli Mon. Benedictin. qui & hanc misit, legit in secundâ lineâ IND TYCHAEVS, & in fine M. VIII. P. Bonanni ita legit:

DECESSIT TA SOM
IACIS IND TYCHAE
VS VIXIT AN. XXX
M. DVO. DIIS VIIII

Quid sit *Ta Som. Iacis*, ignorare se fatetur Bonannius; Sed legendum *In Somno Pacis*. Pro DIIS videtur ibi scriptum DIFS. Quid vero in linea 2. IND? Nihil aliud succurrit mihi, nisi *In Deo*.

5 *Interamnæ,*
ex Cœmeterio Valentiniano.
Ex Donio.



TYRANNII CLAVDILIANI
ANICII IOANNIS FILII
LEONIS. N. ROMANORVM
PATRICII CORPVS
HOC SEPVLCHRO
CONDITVM IACET

6 *Romæ, in Cœmet. S. Saturnini.*
Ex Marangonio.

VALENS ☧ ET SPES PAREN
ASELLICAE FILIAE IN P C

2 *Catanæ, lapis effossus Anno Ch. 1724.*
Nunc apud Monachos Benedictinos.
Misit Antonius Pantò, *Panormit.*

ΕΤΕΛΕΤΤΗϹΕΝ
ΤΤΧΗΜΟϹ ΤΗ
ΠΡΟ ΔΕΚΑΠΕΝΤΕ ΚΑ
ΛΑΝΔΩΝ ΙΕΝΟΤΑΡΙ
ΩΝ ΖΗϹΑϹ ΕΤΕ Π
ΚΑΛΟΝ ΒΙΟΝ ΖΗϹΑϹ
ΕΓΟΡΑϹΕΝ ΕΑΤΤΩ ΚΑΙ
ΤΟΙϹ ΗΔΙΟΙϹ ☧
☧

Idest:

Defunctus Est
Tychemus
XV. Ka-
lendas Januari-
as. Vixit Annos LXXX.
Honestâ Vitâ Functus,
Tumulum hunc Emit Sibi Ac
Suis. Christus.
Christus.

4 *Ibidem,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

☧ ΤΥΡΑΝΝΟϹ
ΚΑΤ ☧ ΕΝΩΝ ΔΕΚ

Idest:

Tyrannus Depositus
Pridie Nonas Decembr.

7 *Ibidem,*
in Cœmeterio Calepodii.
Ex Boldetto.

VALENTINE CONVGI BENEMEREN
TI FECIT MARITVS QVE VIXIT
AN. XVII. MES. VII. ET CVM MARITVS
FECIT ANN. V. ET MESES VII.

8 *Lugduni.*
Misit Bimardus.

IN HOC TVMVLO REQVI
SCIT BONE MEMORIAE
VALENTINA Q. VIXIT ANVS
OCTOGENTA RIQE ☧

1 *Romæ, in Cœmet. S. Thrasonis. Ex Marangonio.*

VALERI DECENTIVS PATER FILIO SVO NEFITO BENE
MERENTI VALERIO VITALIANO QVI VIV XC (IT) CVM PARENTIBVS
SVO ANOS. N. III. ET MENSEN. X. ET. DIES. N. XV. ITALIANETE IN
PACE

2 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini. Ex eodem.*

VAL. SATVRNINE BENEMERENTI CONIVGI
QVAE VIXIT ANNIS XXVIII. MINVS DIES XV.
TRIBELLIVS FLORENTIVS MARITVS POSVIT VIRGINIAE
SVAVE CVN QVO VIXIT ANNIS XII.

Christianam Mulierem agnoscimus ex epitheto *Virginiæ*, quo Christi Fideles Uxorem virginem ductam significare consueverunt.

3 *Emeritæ. Ex Francisco* de la Huerta.



VALERIA
FAMVLA DEI VIXIT
ANNOS LIII. MENSES
VIII. REQVIEVIT IN
PACE DIE X. KAL. FEBRV
ARIAS. ERA DL. SEXSIS

4 *Romæ, in Cœmet. Prætextati. Ex Marangonio.*

ΒΑΛΕΡΙΑϹ ΚΑΙ
ΥΠΕΡΕΧΙΟΥ
ΠΡ Ζ ΕΙ ΑΥΓ
ΠΡ Δ ΙΔΩΝ
ΩΚΤΩΒΡΙΩΝ
ΑΠΟΘΝΗϹΚΟΙ ΖΩ
ΠΥΡΟϹ ΕΝΙΑΥΤΟΝ
ΚϚΙΙΙ

Ideſt :
Valeriæ & Hyperecii
VII. Idus Aug.
IV. Idus Octobr.
Obiit Zopyrus annos natus XXIX.

5 *Forolivii lamina reperta in Monumento Sancti Valeriani, Ex Bonolo, & Marchesio.*

Ab una parte laminæ.	*Ex altera parte.*
NOMINE PRO REGIS CAESA CERVICE SVPERNI HIC MARTIR RECVBO VALERIANVS EGO ROMANIA SVIS CLARVM ME FOVET IN ANTRIS LIVIA CVM SOCIIS OCTVAGINTA TENET	HOC BEATI VALERIANI MARTIRIS EST CORPVS QVI HIC PRAESENS HABETVR QVI PRO CHRISTI NOMINE MVLTAS IN SVO CORPORE SVB STINVIT PASSIONES DEMVM ABSCISO (*) ANIMAM DEO REDDIDIT

(*) Subaudi CAPITE. Vox ROMANIAE, quam habes in antica hujus laminæ, indicio eſt, barbaricis tantùm Sæculis (quibus *Flaminiæ* inditum fuit *Romaniæ* nomen, nunc *Romagna*) titulum hunc fuiſſe inſcriptum Martyri Valeriano.

1 *Romæ*,
E schedis meis.

LOCVS
VALERIANI
CHARTARI

Ad Sæcula Christiana spectat Inscriptiuncula. *Chartarii* fuere Custodes Chartarum Principis aut Reipublicæ. Iidem quoque videntur atque *Chartularii*, scriptores nempe tabularum, sive Instrumentorum ad Imperatorem spectantium. Multa de iis Eruditi jam disseruerunt. In schedis Donii est VALERANI CARTHARI.

2 *Ravennæ*,
in Sancti Severi.
Misit P. D. Petrus Paulus Ginanni.

DEPOSITIO VALERIANI. INFANTIS
X. KALENDAS. AVGVSTAS

4 *Romæ*,
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Bonarota Senatore Florentino.

VAL SABINA
VIXIT ANN VIII. MESIB
VII. DIES XXII
VIVAS IN DEO DVLCIS



6 *Florentiæ*, *in Museo Mediceo*,
in lamella ænea Lucernæ ad instar Navis,
in qua Sanctus Petrus sedet ad remigium,
& Sanctus Paulus stat in puppi.
Ex Gorio.

DOMINVS LEGEM
DAT VALERIO SEVERO
EVTROPI VIVAS

Hanc eandem Romæ extantem refert ad verticem clavi naviculæ sculptæ in Lucerna *Petrus Sanctius Bartoli*.

8 *Romæ*, *apud Marchionem Capponium*.
Ex P. Lupo.

VARRONIVS
FILVMENVS: VARRONIAE
FOTINE. FILIAE. SVAE
FECIT





ΔΟΤ ΔΗ

Idest:
Famulæ.

3 *Comi*,
in ædibus Comitis Joh. Pauli a Turre Rezzonici,
Tribuni Militum.
Misit Comes Antonius Rezzonicus.

M
REQVIESCIT
IN PACE FAMVLA
X̄P̄I VALERIA QVI VI
XIT IN HOC SAECVLO
ANNIS PL MS XXXII DPS SVB
XIII. KAL. FEBS. QVI QVIIS
II VC IND ϛ III SSS IN
CE FAMOLVS X̄P̄I
SAECVLO

5 *Mediolani*,
in Sanct. Francisci.
E schedis Farnesiis, *& Fratris Jucundi*.

VALERIVS QVI VIXIT IN SAECVLO
AN. XL. M. X. D. V.
IANVARIVS EXORCISTA SIBI ET CONIVGI
FECIT

In schedis Fratris Jucundi scriptum est SECVLO.

7 *Mediolani*,
in Æde Sanct. Leonides.
E schedis Fratris Jucundi, *& Comitis Francisci Brembati*.

B. M. M. VALERI POLYCRONII
ECCLESIAE CATHOLICAE
ANNO CENTESIMO QVARTO

Quænam sit Epocha ista Anni *CIV*. *Ecclesiæ Catholicæ* dum quæro; nihil aliud succurrit, nisi ab Arianis restitutum fuisse Templum illud Catholicis, ejusque facti memoriam ad posteros fuisse transmissam, Annos numerando ab illo felicissimo die. Propiora vero excogitent alii.

9 *Ibidem*,
in Cœmeterio Priscillæ.
Ex Boldetto.

GN. VEIDVS LOCVM SIBI EMIT
AB ASELLO ET DEMETRIO

10 *Ibidem*,
in Basilica Vaticana.
E schedis Donii misit Gorius.

 VENERIOSA ET VITALIS 

1 *Arimini in Cœnobio Sacrarum Virginum S. Matthæi.*
Misit Johannes Blancus Medicus Clariss.

CREDO QVIA REDEMTORMS VI
VIT ET INNOVISSIMO DIE SVSCITA
VIT ME · HIC REQVIESCIT IN PA
CE VENERIV PRB · QVI VIXI
ANN. QVADRAGINTA DVO
DEPOSIT · EST DIE · XI · M · FEB
INDX · VIII · Q · H · TVM · VIOL · HABE
ATANATEMA · AD CCC XVIII
PAT · P · VERB · DN SERGIV B · EPC
PORT · C IVDA TRAD · DNI N · IHV XP

Lege: *Qui hunc Tumulum violaverit, habeat Anathema ad CCCXVIII. Patribus* (scilicet Nicænis) *verbo Domni Sergi Venerabilis Episcopus* (sive *Episcopi*) *portionem cum Juda traditore Domni nostri Jesu Christi*. Si constaret, Ariminensem Ecclesiam, uti nunc, ita & olim paruisse Archiepiscopo Ravennati, de Sergio Archiepiscopo crederetur mihi facta heic mentio. Verum, uti Clementinus & Ughellius monuerunt, dubia saltem res est. Quare aut heic memoratum habemus Sergium quemdam Ariminensem Episcopum, antea ignotum; aut unum e tribus Sergiis Romanis Pontificibus. Quum tamen is tantummodo dicatur *Episcopus*, Ariminensi potius Ecclesiæ præfuisse videtur.

2 *Romæ,*
in ædibus Chisiorum.
E schedis Ptolomeis.

DORM.........
C. VERATIVS MACE.......
FECIT SIBI ET.........
VLPOLITTAE COIVGI B M
ET L. VERATIO EVERONI F
POSTERISQ. EOR. ET QV......
INTVS SCRIPTA CON.......
ETΠPE.........

Scriptum puto YPPOLITAE. Quamquam literæ DORM. Christianam mulierem indicent, dubitare tamen possis.

3 *Veronæ,*
in Sancti Petri in Castello.
Ex Ughellio.

HIC REQVIESCIT IN PACE SCE
MEMORIAE VERECVNDVS
EPS

Secundùm Ughellii calculos hic diem suum obiit Anno Christi 523.

4 *Romæ,*
in Cœmeterio Calepodii.
Ex Boldetto.

IN PACE DEFVNCTVS VERE
CVNDVS NATVS IN VRBE
ROMA ANNOS LXV

1 *Romæ, in Cœmeterio Sancti Laurentii.*
Ex Bonarota.

VERO DVLCISSIMO FILIO PARENTES
SVI BENE MERENTI IN SECVLO VIXIT AN
NV MENS IIII ET DIES XIIII EX KOC DEFVNCT EST
XVIII. KAL MAI

Lego EX HOC.

2 *Ibidem, in Cœmeterio Sanctæ Helenæ.*
Ex Boldetto.

DVLCISSIMAE ET INCOMPARABILI VHTAE
RESTITVTAE CONIVGI BENEMERENTI
PARDVS FECIT QVAE VIXIT ANNOS XLII. M. III
MECVM AVTEM VIXIT ANNOS. XXVIII
MORT. IIII. NON. OCT.

3 *Ibidem, in Cœmet. Prætextati.*
Ex Marangonio.

VICCENTIA DVLCISSIMA FILIA AVRTNETRI
X QVE VIXIT AN. IIII. M. VIIII.

Ideſt *Vincentiæ Dulciſſimæ Filiæ Aurelia Genitrix.*

4 *Ibidem,*
in Cœmet. Calliſti.
Ex eodem.

VI. ID VICTORIA
APR TOIƧIE BENE ID
MERENTI PAD
REDIT IN

5 *Ibidem, e ſchedis meis.*

☧
VICTORI DVLCISSIMO
QVI VIBIT ANN. VII
BENE MEREN

6 *Ibidem in Vico prope S. Mariæ ſuper Minerva.*
E ſchedis Donii miſit Gorius.

OR IN PACE FILIVS EPISCOPI VICTORIS
ATISCRESIVM VIXIT ANNIS XXX D III
VII DECES D XI KAL. NOVEB CONSVLATV
TVI AVG DEPOSITVS IN BASILICA SANCTOR
NASARI ET NABORIS SECVNDV ARCA IVXTA
FENESTRA

7 *Ibidem, in Muſeo Kircheriano.*
Ex P. Bonanni. Miſit etiam P. Scarmagli.

LOCVS VIC
TORIS HIC PO
REIECTICIA IN
PACE D. VI. KA. MAR

Ideſt *Die VI KAL. MARTIAS.* vel *Depoſita Sexto* &c. vel *Deceſſit* &c.

8 *Ibidem, in Cœm. Prætextati.*
Ex Marangonio.

VICTORI BENEME
RENTI. QVI. VIXIT. AN
NIS. N. XII. MENSES. X

9 *Ibidem, in Cœmeterio Calliſti.*
Ex Boldetto.

FELI VICTOR. FILIO. SVO
CLAE DVLCISSIMO. QVEM
VIC BIBVM. FRVNISCI
TORI NON POTVERVN. OBITO
FECERVNT. QVI BIXIT. ANIS. VIII. M. VIIII. DIE XII.

FRVNISCI pro FRVI. Una ex reliquiis antiquiſſimæ Linguæ Latinæ, ſi Feſto fides.

1 *Romæ, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

VICTOR. QVI. VIXIT. LV. VIIII.
KAL. MAIAS. VSOR FECIT
BENEMEREN

3 *Ibidem, in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

VICTORIAE. CONIVGI CASTAE. ET PIAE
LYSIPONVS. CONIVX. ET FILI.

4 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

D . M
IN PACE. VICTORIA. DORMIT. FILIVS
MATRI. ET. SORORI. DATIVAE. BENE
CESQVENTI.

6 *Ibidem. Ex eisdem.*

DVLCISSIME FILIE VICTORI
BENEMERENTI IN PACE QVE VIX
ANN P. M. XXV D XXVI DEP KAL FEB
D D NN VALENTINIANI ET
AVGG. ITERV

8 *Romæ, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

VICTORIA. SPIRITA. VESTRA
DEVS REFRIGERET. ZOTICE DVLCIS

2 *Ibidem, in Cœmet. Callisti. Ex eodem.*

VICTORE VITVS IN PACE QVI BIXIT ANN.
XXXII. VSQVE NATALE SVO QVINTV IDVS
MARTIAS MARTIANE BIRGINIO BENEME
RENTI FECI QVI MECV BIXIT ANNIS IIII
MENSIBVS XI.

BIRGINIO pro VIRGINIO, sive *Conjugi*.

5 *Romæ, in S. Martini in Montibus. E schedis Donii misit Gorius.*

VICTORIA QVAE VIXIT ANNIS XLVI MENS
XXXVI. DECESSIT NON SEPT. IN PACE BENE
VRSACIVS EI FECIT

7 *Vercellis, in Cathedrali. Misit Franciscus Rogerius Canonicus Vercellensis.*

HIC REQVIESCIT IN SOMNO
PACIS B. M. VICTORIA QVAE
VIXIT ANNOS N̄. XXXVII
HV..............VALERI
CONT..............CONTRA
VOTVM POSVER DECESSIT
SVB DIE II. IDVS SEPTEM
SVB IND. VI

9 *Ibidem, ex eodem.*

VICTORIE FECIT SIBI CVM NEPOTE
SVA ROMANA QVE BIXIT ANNOS
SEX QVESCET IN PACE 

10 *Ibidem, in Cœmeterio Priscillæ. Ex eodem. Inscriptio Latina Græcis characteribus exarata.*

ΒΑΛΕ ΠΙΑ ΒΙΚΤΩΡΙΑ
ΦΗΚΙ ΦΕΙΛΕΙΕ СΟΤΑΙ
ΒΕΙΤΑΛΕΗΝΗ

Ideſt:

Vale Pia Victoria
Feci Filiæ Suæ
Vitalinæ.

11 *Ibidem, in S. Martini in Montibus. E schedis Donii misit Gorius.*

VICTORI
NAE CON
IVCI AN
TONIVS



12 *Ibidem, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

VICTORINO POSVERVM PARETIS BE
NEMERENTI FILIO QVI VIXIT ANNO
IIII. ET M. IIII. ET DIES XV.
INNOCENTISSIMO SPIRITO

PARETIS pro PARENTES.

13 *Comachi in Turri Campanaria Cathedralis.*
(Vide Tab. signatam litt. A.)

1 *Romæ, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

VIRGINIAE INCOMPARABI
LI FILIE PETRONIVS VIRGINI
QVE VIXIT ANNIS XXV
DIES V. B. M. DORMIT IN PACE

2 *Ibidem, apud Alexandrum Capponium Marchionem. Misit Johannes Joseph Ramagginius.*

ΠΑΡΘΕΝΙϹ
ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙ
ΤΑΙ ΑΓΗΡΑΤΟϹ
ΑΘΑΝΑΤΗΤΕ

Ideſt:

Virgo
Heic Ja-
cet Senectutis Expers,
Atque Immortalis.

3 *Ibidem, E ſchedis meis.*

Q. VIRIACO IN PACE
QVI BIXIT AN. P. M. X
DP. VII. KAL. OCT. IN. PACE



4 *Interamnæ, ante Portam Sancti Martini. Ex Donio.*

VITALIANVS. MAGISTER. MILITVM
QVIESCIT IN DOMINO
ZESV VIIII. KAL
APRILIS



5 *In Civitate S. Severini. Miſit P. Camerinius.*



VITALIO ET. VICT.
PARENTES
FILIO BE. Q. ANN. XX.

Cenſetur hic fuiſſe Martyr.

6 *Romæ, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Bonarota Senatore Florentino.*

VITALIS PATRA
TER FILIATRAE
SVAE VICTO
RIAE MERE
TI SCRISI
IN PAECE

PATRATER pro *Vitricus*, nunc Italice *Patrigno*. Et FILIATRA pro *Privigna*, nunc *Figliaſtra*.

7 *Ibidem, in Cœmet. Prætextati. Ex Marangonio.*

VINCENTIA VIXIT AN II. D XXX.
VLPIVS RESTITVTVS DORMIENTE IN PACE
ERENIVS QVARTINVS
DVBITATA DORMIT IN PACE
BLOSSI LVCILLVS AVRELIA VICTORIA
VRSA QVE VIXIT ANN. SEPTEM IN PACE

8 *Ibidem, ex eodem.*

VINCENTIA VIXIT AN
II. D. XXX

Ibi Vaſculum Martyrii ſignum. In ſacris iis Cœmeteriis duo potiſſimum mireris. Nempe quum tot Vaſa vitrea aut figulina occurrant, nullam tamen in ipſis Inſcriptionibus mortis pro Chriſto toleratæ mentionem haberi; & præterea Infantes ob Fidem Chriſti morti datos fuiſſe.

9 *Ibidem in Cœmet. S. Thraſonis, Ex Marangonio.*

VINCENTIVS ET GALLA CANDILANO
FILIO DVLCISSIMO INNOCENTI QVI CVM
VIXIT DILICIBVS NVTRITVS VIXIT ANNIS
TRIBVS. MENSIS. XI. DIES XVIII. IN PACE

1 *Comacli in Palatio publico: Misit Philippus Sancassanius Medicus.*



TÊM ΔN· FEL! TR· B· ARCP· SCE· ECC·
RAV. F. Δ· F. VINCENTIVS· PRIMV.
EP· C· ECC· SCI· CASSIANI CI CVM·
PRIMV· EΔIFIC· P· INΔ· VI



FELICI

Decurrebat *Indictio VI.* Anno Ch. 708. quo tempore *Felix ter Beatissimus Archiepiscopus Sanctæ Ravennatis Ecclesiæ* florebat. Tunc *Vincentius Primus Episcopus Catholicæ Ecclesiæ Sancti Cassiani Civitatis Cumaclensis Templum ædificavit.* Sed quei hic primus Comaclensis Episcopus, quando novimus, sub Symmacho Papa vixisse *Pacatum Comaclensem Episcopum?* Fortasse multos per annos destituta Pastore fuerat Civitas Comaclensis, ita ut præcedentium Præsulum memoria exciderit.

2 *Romæ, in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

VITALINI. MERENTI. IN P.
VIXIT ANNIS VIIII. M. VIIII
D. XVII. PAR. FEC. DEP. IIII. K. MAR.

Duo magna Vascula vitrea Sanguine respersa aderant, Martyrem indicantia. Sed simul mirari subit, quei tam teneræ Puellæ mors inlata fuerit, & quidem superstite utroque Parente.

4 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

DEPP. DVO VITALIS XI. KAL. NOBR
ET FLORENTIVS VIII. KAL. NOBR
IN PACE

6 *Romæ, in Cœmet. S. Hermetis. Ex Marangonio.*

VITALISSIMVS RVFI (*sic*)
NE DVLCISSIME QVAE VIXT
ANNIS XXXII D X. KARISSIME
COIVG. QVE MECVM BENE LABORV

8 *Romæ, in Cœmet. Prætextati. Ex Marangonio.*

VLPIAE QVINTAE
CONIVGI DVLCISSIMAE ✠ ET
AMANTISSIMAE ✠
VINCENTIVS ✠ MARITVS

3 *Ibidem, in S. Mariæ Majoris. Misit P. Blanchinius.*

VITALIS BENEMERENTI
IN PACE REQVIESCIT
III. KAL. IAN

5 *Florentiæ, apud Nob. Arrighios. Ex Gorio.*



VITALISSIMO. BENE. MERENTI
IM. P. QVI. VIXIT. ANN. XXV. PR. NON. IAN

IM. P. idest IN PACE.

7 *Faventiæ, in Templo Monialium Camaldulensium. Misit Comes Brembati.*

VITTORA ♡ ANOR
XV ♡ INIRVS ♡ HVCA ♡

Nisi INIRVS HVCA nomen sit (quod vix credam) suspicari possis scriptum pro INTRVS HVC.

9 *Extra Romam, ad Sancti Pauli. Ex Malvasia, & Margarino.*

VLPIVS LECTOR QVIESCIT IN
PACE QVI VIXIT AN. XXV
D. XXIII. DEFVNCTVS
D. XVI
KAL. APRIL
DEP. XIIII. KAL.

Ergo inter Mortem & Depositionem, sive Sepulturam, intercessere duo dies.

10 *In Basilica Nolana, ex Francisco Blanchinio.*

DEPOSITIO VRANI PRESB. XI. KAL. IANVARIAS

11 *Massiliæ, misit Bimardus.*

HIC REQVIESCIT IN PACE
BONE MEMORIAE VRBECA FILIA BONE MEMORIAE
SQVELIOLES QVI VICTET PLVS MENVS ANNOS L RECESSET
SVB DIE KALENDAS OCTOBRES INDICTIONE SEXTA

1 *Extra Romam, in Villa Innocentii Ciuronelli.*
Misit P. Ginanni.

A  ω HIC SITA EST VRBICA VXSOR..............
CVM EVM AN. XXVII. M. V. REQV..............

2 *Romæ,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

VRBICAE
IN PACE
FECIT M
ONTANV
S. SE BIBV
SIBI ET S
VIS

3 *Ibidem, in S. Mariæ Novæ.*
E schedis Vallicell.
Misit P. Joseph Blanchinius V. Cl.



PVELLAE VRBICAE CONIVGI DVLCI
QVA EIVS OBSEQVIO
SEMPER NOBIS CONVENIT
IN MATRIMONIO QVE VIXIT ANNOS
P̄M XXX DECESSIT DIE XIIII. KAL. IVL.
QVIESCIT IN PACE ET IN NOMINE

5 *Romæ,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Boldetto.

VRBICVS ET BALE RIVS
DIACON. IN PACE

4 *Bononiæ, in Typographia PP. Prædicator.*
Exscripsit amicus Gherardius.

VRBICE MERENTI COIVG MEAE
DVLCIS ANIMA QVE BIXIX MECV
CON CONIVGE VICTORI MESIS VIII.

6 *Ibidem,*
in Cœmeterio Priscillæ.
Ex eodem.

VRBICVS SE BIBV FECIT CVM
COMPARE SVA

7 *Ibidem, in Cœmet. Prætextati.*
Ex Marangonio.

VRCIA
FLORENTINA
FIDELIS IN PACE
VIX. AN. V. MES. VIIII.
DIES VIIII

8 *Ibidem,*
ad S. Mariæ Trans Tiberim.
Ex P. Lupo.

III. KAL. AP. INFANS DECESSIT NOMI
NE. VRSA. QVE VIXIT AN VNO
ET MENSES VI QVESCET
IN PACE FECERVNT PARENTES
EIVS



9 *Ibidem,*
Misit Dominicus Bricherius Columbus J. C.

HIC EST POSITA VRSA VIRGO
TOTIVS BONITATIS. QVAE
VIXIT ANN. XIII. M. V. D. V
IN PACE. H. M. SS. E. H. N. S
IN F. P. XII. IN AGR. P. XII.

Idest: *Hoc Monumentum, sive Sepulcrum Extraneum Heredem non sequitur.* Hæc fortè eadem est cum illa, quam misit Ignatius Maria Como e schedis Maziis, ubi ponitur Capuæ, atque ita describitur.

HIC EST POSITA VRSA
VIRGO
SOLIVS BONITATIS
QVAE VIXIT ANNOS XIII
D. VI. N. MART.

10 *Treveris, in Sancti Maximini.*
Ex Browero.

HIC QVIESCIT VRSATIVS VSTLA
RIVS QVI VIXIT AN. LXVII. CVI ESV
PERIVS VSILLIVS TITVLVM POSVIT



1 *Romæ in Cœmet. Callisti; nunc apud Ficoronium V. Cl. Ex Marangonio.*

VRSE BENEMERENTI QVE VICXIT
(*sic*)
ANNOS. III. TII. DIES. XXIIII. DEP
XVIII. KAL. SEP. IN PACE PARENTES FILIAE
DVLCISSIME FECERVNT

Apud Ficoronium in secundâ lineâ loco TII. legitur M. III. & in tertiâ PAPENTES, quemadmodum & in postremâ DVLCISSIMAE.

2 *Ibidem, in Cœmet. Prætextati. Ex eodem.*



CONIVGI BENEMERENTI
VRSE QVE VIXIT MECV
ANNVS XVIII. DIES XIIII

3 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

VRSENIVS PVER
DEFVNCTVS EST
ANNORVM DVVM ET
DIERVM P. M. VIGINTI
III. KAL. IVN



Hinc etiam intelligas, Palmam non sufficere ad indicium Martyrii.

4 *Ibidem, in S. Crucis in Hier. Misit P. Berti e Congr. Matris Dei.*

DOMINO FRATRI P......
MERENTI. VIXIT. A....
VRSINVS FECIT. DE....

5 *In Abbatia Sancti Martini prope Pontisaram. Ex P. Mabillonio.*

VRSINVS CVM CONIVGE
LEONTIA
VIXIT. ANNIS. XX. M. VI. ET FVIT
IN SECVLO. ANNIS XLVIIII. M
IIII. D. III. KAL. IVN

6 *Romæ, in Cœmet. S. Saturnini. Ex Marangonio.*

VRSINVS CONIVGI IVSTE
BENEMERENTI IN PACE
FECIT

7 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti. Ex Boldetto.*

VRSVLA ACCEPTA SIS
IN CHRISTO 

8 *In Dacia in Carolina. Misit Apostolus Zeno.*

D. O. M.
VRSVLVS
VIXIT ANNIS
XXIIII. LVPV
LA FRATRI B.
M. POS.

Dubius sum, an ad hominem Christianum spectet, Siglas D. O. M. interpretare *Deo Optimo Maximo*; sed interpretari etiam possis DIIS OMNIBVS MANIBVS.

10 *Ibidem, ex eodem.*

VRSVS
DVX FECIT
VRSVS DVX FIERI FECIT

Utraque Inscriptio visitur in argentea Pace, gemmis ornata, in Cimelio Capituli Canonicorum Civitatis Austriæ, uti fidem facit Petrus Paulus Locatellus in Commentariis rerum Patriæ suæ. Paulo VVarnefridi teste de gest. Langob. Lib. VI. Cap. 24. Sæculo Christi Septimo floruit *Ursus Dux Cenetensis*. An de eo heic sermo sit, incertum. Forojuliensem Ducem quæsivi, & nondum inveni.

9 *In Civitate Austriæ, nunc* Cividale. *Misit Canon. Bertoli.*

✠ HIC REQV̄ VRSVS PAT̄

Qui Sæculo Ch. X. floruit. Alterum Ursum antiquiorem, & S. Paulini Successorem, Opusculum a me editum T. IV. Anecdot. exhibet.

1 *In Plebe Sancti Leonis, in Baptisterio.*
Misit Lucas Antonius Gentilis.



AD HONORE DNI: IHV: XPI: ET SCE DI IENETRICIS SE PT
QVE VIRGINIS MARIE: ECO QVIDEM VRSVS PECCATOR
DVX. FIERI. IVSSI. ROGO. VOS. QVI HVNC LEGITIS
ORATE PRO ME:
TEMPORIBVS. DOMNO IOH. PP: ET KAROLI TER
TIO: IMP: IND. XV:

Videlicet Anno Christi 882. VRSVS iste ex iis *Ducibus* fuerit, quos tum in Exarchatu Ravennate, tum in Ducatu Romano iis temporibus floruisse, ostendi in Antiquitatibus Italicis, Dissertatione V.

2 *Romæ, in Villa Mandosia.*
Misit P. Ginanni.

VRSO. B. M. QVI. VIX. AN. XX. VIII. I
APR. IN. P.



3 *Veronæ, in Sancti Petri in Castello.*
Ex Marchione Maffejo.

IN NON IHV XPI DE DONIS
SCI IVHANNES
BAPTESTE EDI
FICATVS EST HANC
CIVORIVS SVB TEMPORE
DOMNO NOSTRO
LIOPRANDO REGE
ET VB PATER NO
DOMNICO EPISCOPO
ET COSTODES EIVS
VV VIDALIANO ET
TANCOL PRBRIS
ET REFOL GASTALDIO
GONDELME INDIGNVS
DIACONVS SCRIP
SI

✠ VRSVS MAGESTER
CVM DISCEPOLIS
SVIS IVVINTINO
ET IVVIANO EDI
FICAVET HANC
CIVORIVM
VERGONDVS
TEODOAL
FO SCAVI

Qualis foret circiter Annum Christi 720. (hoc enim tempore inscripta hæc marmore fuerunt) elegantia Linguæ Latinæ apud Italos, ex illustri hoc documento edisces. In secunda ex his Inscriptionibus vox SCAVI. eadem est ac SCAVINVS. De *Scabinis* egi in Antiquitatibus Italicis Dissertat. X.

1 *Romæ, in Sancti Bartholomæi.*
E schedis Ambrosianis.

VVALBERTVS SVBDIACONVS FIERI IVSSIT

QVOD MEDIOLANO MVLTO PERFERRE LABORE
HVC STVDVIT CVPIENS OBTINVISSE SVOS
HOC FABRICAVIT OPVS VVALPERTVS AMORE PARENTVM
ORENT VT REDDAT PRAEMIA DIGNA DEVS

2 *Epitaphium Wistremiti Archiepiscopi Toletani,*
apud Julianum Archidiaconum Toletanum S. Justæ.
E schedis meis.

VVISTREMIRVS. EGET. PSALMI. FAX. SPIRITVS. ALMI
GREX. FVIT. ISTIVS. PLEBS. TOLETANA. PRIVS
EXPLET. NON. VANOS. CENTVM. PATER OPTIMVS. ANNOS
CORPVS. TVMBA. TEGIT. SPIRITVS. ASTRA. REGIT
EST. OCVLVS. VIDVAE. LENIS. SOLAMEN. EGENIS
PAR. FVIT. EVGENIO. PLENVS. OBIIT. SENIO
STEMMA. DOCET. GENTIS. FICVS. FRONS. QVINA. VIVENTIS
SERVI. BVSTA. DEI. PARCE. REDEMPTOR. EI
QVID. FRONDES. NISI. PENA. DVO. ASTRA. GRAVISQ. CATENA
IN. CAMPO. CROCEO. MARGINE. PVRPVREO
VITA. BONA. VT. DVCTVS. TVLIT. AD. CAELESTIA. FRVCTVS
MORTIS. OB. ISTA. DIES. INCIPIT. ET REQVIES
OBIIT. XXV. DECEMBRE

Archiepiscopum istum Toletanum debitum naturæ persolvisse circiter Annum Christi 856. Scriptores Hispani tradunt. Eum sane circiter eadem tempora multis laudibus exornat Alvarus Cordubensis, Auctor synchronus, in Vita Sancti Eulogii, inter alia istum appellans *Sanctissimum senem nostrum, faculam Spiritus Sancti, & lucernam totius Hispaniæ VVestremirum Episcopum*. Sed quei Sæculo illo Epitaphium tot versibus Leoninis compositum, quum credatur ejusmodi versuum forma invecta post Sæculum Æræ Christianæ Decimum? Ego in Antiquitat. Italic. Dissertation XL. pluribus ostendi, longe vetustiorem esse Rhythmicæ Poëseos originem Tu, si lubet, vide. Quod fortasse difficilius se mihi offert, in hocce Titulo designari videntur Insignia (nunc dicimus *le Arme*) Sancti istius Archiepiscopi, scilicet *Ficus*, *Frons quina*, *in campo croceo*, *margine purpureo*. Num Sæculo Christi Nono in usu fuere hujusmodi Insignia? Non arbitror. Quare nodum hunc Eruditis Hispanis dissolvendum relinquo. Dicitur VVestremirus par fuisse *Eugenio*, scilicet alteri celeberrimo Toletanæ Sedis Antistiti, qui Anno Christi 657. ad Superos abiit.

3 *Romæ, in Cœmet. S. Thrasonis.*
Ex Marangonio.

YCINE QVE VIXIT
ANN. XVIIII. MEN
VIII. DIEBVS XIII
DORMIT IN PACE



4 *Romæ,*
apud Franciscum Sinibaldum.
Ex Vignolio.

D . M
YPPOLITVS. Q. V. ANN.
XIII. M. VIII.



DP. V. KAL. SEPT.

1 *Treveris, in Monasterio Sancti Maximini.*
Ex Browero.

QVIESCET IN PACE YPSICHIVS QVAE
VIXIT IN SAECVLO ANNOS XXVIII
MENSES IIII. ARCHONTVS CONIVGI
CARISSIMAE TITVLVM POSVIT



YPSICHIVS pro YPSICHIA.

2 *Romæ,*
in Cœmet. S. Saturnini.
Ex Marangonio.

ZABON. ET. VICTORIA. SE VIVIS
SIBI. ET. FELICISSIMO. FILIO
FECERVNT ☧ IN PACE

4 *Ibidem,*
ex Cœmeterio SS. Processi, & Martiniani.
Ex P. Lupo.

ZENVARIA BIRGO PVELLA QVE
VIXIT ANNOS XVIIII. MES. DVO D XXVII. OR. IIII (*sic*)

6 *Ibidem,*
in Museo Kircheriano.
Ex eodem, & Ficoronio.

ΠΙCΤΟC ΕΚ ΠΙC
ΤωΝ ΖωCΙΜΟC
ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΕ
ΖΗCΑC ΕΤΕCΙΝ
Β. ΜΗ. Α. ΗΜΕ ΚΕ





Ideſt:

Fidelis Ex Fide-
libus Zosimus
Heic Jaceo.
Vixi Annos
II. Menſ. I. Dies XXV.

Ficoronius in ultima linea legit: Β. ΑΥΜΕΙ. ΗΜΕΚΟ:

3 *Ibidem,*
apud Franciscum Sinibaldum.
Ex Vignolio.

ZENOVIA QVE VIXIT MENSES
DECEM ET DIES XII. DECESSIT
PRIDIE NONAS MAIAS. IN PACE

5 *Ibidem,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Clariſs. Bonarota.

ZOBINO QVI VIXIT
ANNIS V. DECESSIT
VI. KAL. NOB. IN PACE

ZOBINO pro IOVINO.

7 *Ibidem,*
in Cœmeterio Cyriaci.
Misit Bimardus.

ΕΠΑΤCΑΤΟ ΖωCΙΜΟC
ωΝ ΙΘ ΤΗ ΠΡΟ Δ ΚΑΛ
ΤΕΜΒΡΙωΝ ΗΜΕΡΑ ΔΙΟC



Ideſt:

Depositus Est Zosimus
Annorum XIX. Ante Diem IV. Kalend.
Septembris, Die Jovis.

8 *Ibidem,*
in Sanctæ Sabinæ.
Ex P. Montfauconio.

A ☧ ω
S. M. E. I
MA. TV
NOS. TR
T. I. G. R
CESQVENTI
IN PACE VI
K. MAI

9 *Ibidem,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

ΕΝΘΑΔΕ ΚΙΤΕ ΖωCΙΜΟC ΔΙ
ΔΑCΚΑΛΟC ΕΤωΝ. ΝΗ. ΕΙΡΗΝΗ COI ΗΗω

Hoc eſt:

Heic jacet Zosimus Magister, annos natus
LIX. Pax tibi.

1 *Romæ in Cœmet. Prætextati.*
Ex Marangonio.

D. ZOSIMVS D. ZOSIMO
FILIO SVO QVI VIXIT ANNV
M. IIII. D. IIII. D. IDVS DEC

2 *Ibidem in Cœm. S. Saturnini.*
Ex eodem.

ZOSIMO MERENTI TECV  C

Fortasse *Pax Christi.*

3 *Ibidem,*
in Cœmeterio Priscillæ,
Ex Bonarota,

ANIMA. DVLCIS. IN
COMPARABILI. FILIO. Q. VIXIT
ANNIS XVII. NON MERITVS
VITA REDDIT IN PACE DOMINI

4 *In Basilica Nolana.*
Ex Francisco Blanchinio.

DILECTVS A DO ET. HOMINIBVS. IN SACERDOTIVM
ERAT. ENIM. SERMONE. VERAX. IN. IVDICIO. IVSTVS. IN. COMMISSO. FIDELIS
DVLCIS ET BENE SVADVS. IN. VERSIBVS. SVIS. SEMPER
ATDVXIT. MVNERA. QVOPIOSA. QVANDO. INGRESSVS EST. IN SCM·FELICEM
TEMPORE. QVO. NVLLVS. FVIT. PRETIOSIOR. ILLO. SACERDOS
VIXIT. CVNCTIS DIEBVS. VITE. SVE. ANTE. ORDINATIONE ANN XXX
SEDET. SACERDOTALI ORDINE ANN L. ET DEP EST ....

5 *Romæ,*
in Cœmeterio S. Hermetis.
Ex P. Lupo.



CARAE CONIVGI. BENE. MERENTI
POSVIT
QVAE ANNIS. VIXIT MECV. XIIII
MESES. X. DIES. V

6 *Treveris,*
in Crypta Sancti Quirini.
Ex Browero.

INFANTI DVLCISSI
MO DEFVNCTO. QVI
VIXIT MENSES V
DIES XX. PATER ET
MATER PIISS. FECER

7 *Romæ,*
in Cœmeterio Gordiani.
Ex Boldetto.

ΕΠΙΘΤΜΗΤΟΝ ΜΟΙ ΠΕΔΙ ΒΑΕΠΕ
ΜΗ ΟΡΓΙϹΘΗ ϹΟΙ ΤΟΤ ΧΑΡΙΝ ΟΤΙ ϹΕ
ΕΔΙΡΑΝ

Ideſt:

Desiderabilis Mihi Fili Vide
Ne Irascaris Eoquod Te
Cæciderunt.

8 *In Monasterio S. Maximini Treverensis.*
Misit Bimardus.

A ☧ Ω

FILIVS IPSIVS PATRI PIO
TITVLVM PROPOSVIT


9 *Romæ,*
apud Canonicum Boldettum, in cratere Chrystallino.
Ex P. Lupo.

ΠΙΕ ΖΗϹΑΙϹ
ΕΝ ΑΓΑΘΟΙϹ

Ideſt:

Pie Vivas.
In Bonis.

Vasi convivali addita est acclamatio ista, Christiano quidem homine digna.

10 *Ibidem, ex Mabillonio.*

MALE. PEREAT. INSEPVLTVS
IACEAT. NON. RESVRGAT
CVM. IVDA. PARTEM HABEAT
SI. QVIS. SEPVLCRVM
HVNC. VIOLARIT

11 *Suni in agro Novariensi, ex Gallerato.*

HIC IN SOMNO PACIS
...... IGERNA H̄F QVE VIXIT IN
SAECVLO A XXXIII
N. PL. M. RECESS. SVB DIE KAL. A
.... CONTRA VOTVM DVL. M.

1

Romæ,
Calendarii vetustissimi pars in tabula marmorea.
Ex Vignolio.

✠ IN N̄ DNI HEC EST NOTICIA NATALICIORVM
SC̄ORVM HIC REQVIESCENTIVM ❦
MENSE IANVARIO. DIE III. NAT. SC̄I ANTHERI PAPAE
DIE X. MENS. S̄S. N̄ SC̄I MILTIADES. PAPAE ❦
MENSE FEB̄R. DIE. XI. N̄. SC̄ORVM. CALOCERI
ET PARTHENII ❦
MENSE MARTIO. D. II. N. SC̄I LVCII. PAPAE ❦
DIE VIIII. M̄. SS. N. SCOR QVOR. NŌM. D̄S SCIT.
DIE XVIII. M̄. SS. N̄. SC̄I. PYMENII. P̄B. ET MART̄.
DIE XVIIII. M. SS. N. S̄CŌR. CHRYSANTHI
ET THRASONIS ❦
DIE XXIIII. M̄. S̄SI. N. SC̄I QVIRINI MART̄.
MENSE APRIL̄. D. XXII. N̄. SC̄I GAII. PAPAE
DIE XXV. M̄. S̄S. N̄A. SC̄I. MILITI. MART̄.
MENSE MAIO. D. XII. N̄. SCOR̄. TROFIMI
ET CALOCERI ❦
MENSE IVLIO. DIE. XXVI. N̄. S̄CŌR ZEFE
RINI PAPAE ET TARSICII. MARTYRIS ❦
MENSE. AVGVSTO. DIE VIII. NA S̄CORV̄
QVIRIACI. LARGI. ET SMARAGDI ARCHEL
DIE XIII. M̄. S̄S. N̄A. SC̄I. YPPOLITI ❦
MENSE SEPTEMBRIO DIE X. N̄. SC̄I. GOR
CONII. ET ALIOR. QVOR. NOM̄. D̄S SCIT ❦
DIE XX. M̄. S̄S. N̄. SC̄I. IANVARII. D. XXI. N̄
S̄CŌR. PAMFILI ET PAVLI MITIS ❦
MENSE OCT̄. DIE VIIII. N̄. SCŌR. MVLTOR̄ MART̄
DIE XIII. M̄. S̄S. N̄. SCOR̄. PROIECTI ET SEBERI ❦
MENSE NOV̄. D. XXVII. N. SOPTATI ET POLYCHAMI
D. XI. M̄. S̄S. N̄. S̄COR̄ VIGINTI QVINQVE ❦
MENSE DEC̄. D. XXVII. N̄. SC̄I. DYONISII. PAPAE
DIE XXVIIII. M̄. S̄S. N̄. SC̄I NEMESII. DIACONI

Quo tempore NOTICIA hæc marmore insculpta fuerit, difficile quisquam statuat: Memoratum in ea vides SANCTVM MILTIADEM PAPAM, seu *Melchiadem*, qui sub initium Sæculi Christiani IV. e vivis excessit sine Martyrio. At longe serius cœpti sunt celebrari dies Natales Confessorum Christi. Neque ❦ Foliis (ita enim liceat appellare) in complurium linearum fine appositis nitaris velim; ea quippe signa in nonnullis etiam monumentis Sæculi Septimi & Octavi adhibita animadverti Hæc tamen usui alicui esse poterunt celeberrimis Bollandianis e Societate Jesu, in contexendis Sanctorum Actis.

1 *Romæ.*
Fragmentum Constitutionis Imperatorum Gratiani, Valentiniani & Theodosii, de bonis ad Basilicam Vaticanam pertinentibus: effossum ex Sacello Johannis VII. Papæ. Ex Donio.

MPER. AVGGG. ELEVTHERIO SVO SALVTEM
PRAECIPVO CVNCTORVM PLANE EST TENENDA CONSENSV
INO FAS DVCIMVS VEL CVLTIBVS VT VLLA DEPEREAT PRAROGA
INLVDERE ATQVE INSVLTARE RELIQVIIS PRAEDIVM PRO
EO SACRIS CERTVM EST MINISTERIIS ADQVE MISTERIIS
IVM SAEPTA CONSVRGERENT VERVM ETIAM PAVPERVM
HOC IVGITER DIVINA COMMVNITER ADQVE HVMANA
EODEM CONSTITVTA POSSESSIO EXPERIATVR EMPTORES
AMQVE PERPETVAM PRAETER VENERABILES CVLTVS VLLA
VS MVNIENDIS FIDES ADQVE REVERENTIA PERENNIS
AIESTATE PERPETVA CERTVM EST ESSE VENERABILEM
E CVSTODIAM ☧ DATA. DIE. PRIDIAE. KAL. MAIAS ☧
CC. CONSS. ☧
PROSB

2 *Ibidem,*
lapis effossus in fundamentis Turris horariæ Basilicæ Vaticanæ. E schedis Donii misit Gorius.

VISIONIBV EXTRE RECEPIT
ISTE DIV IN PRIMA VERO VISIONE VIDI
ET TENENTE IN MANV VIRGA ET ERANT
O TRES EX VNA PARTE ET TRES EX ALIA PARTE
RE ANTE EV STATI VENER TRES CANES QVI
SCI PETRI ET ASCENDER SVPER ARMO MEO ET LIN
N COLLV MEV EX VNA PARTE ET ALTERA EX ALTE
E ET TC IV INTER DVOS ARMOS ET EGO CADEBA IN TER
E SIGNAVIT ME ET SCS PETRVS DEDIT MIHI PANE
IMI ET AIT MIHI VADE. FVIT AVT SCDA VISIO
IN PORTICV ANTE PORTA SCE MARIE VIDI
MERABILE PVERO LVDENTE IM
ET AD PINNA QVE EST

Quæ heic legis, ad miram simplicitatem barbaricorum Sæculorum confirmandam apprime faciunt. Præsertim Sæculo Æræ Christianæ Nono & Decimo ejusmodi Visiones narrabantur, multasque Historia Ecclesiastica eorum temporum refert. Non iis tantùm fides a Populis adhibebatur, sed, quod mirere, etiam Marmore inscribebantur, ne illarum memoria periret. Ætas nostra meliora sapit.

1 *Extra Romam, in S. Pauli. Ex eisdem misit idem.*

RONIAE DEXTRIAI
MERENTI RARI EXEM
ATIS. AVR. GAIAN
QVE MECVM BIXIT AN
IIII. IDVS APRILIS IND

2 *Ibidem. Ex eisdem.*

P C BASILI IVNIORIS
DELICIVS EIVS HI
LICIAS NON
VIXIT

3 *Ibidem. Ex eisdem.*

NIS CVIVS FILIA
QVIESCET IN PACE QVE VIXIT
ANNOS XX. ET D. XLI. DP. VIIII. KAL. NOB
IS. VALENTINIANO AVG

4 *Romæ, in Sanctorum Quatuor Coronatorum. E schedis meis.*

ONNS. QVI. INTRATIS
IN. HANC. AVLAM. DEI
ORATIONEM ORATE. PR. ME
PECCATORE. SIPM. ABEATIS
PTOTECTOREM. QVIA. COD
ESTIS. FVI. ET. QVOD. SVM
ESSERE ABETIS. ET. SI. QVIS
SE. PRESVMPSERIT. CONTRA
HVC. TVMVLV. MEV. BIOLA
RE. ANTE TRIBVNAL. DNI. NRI
. . . .
. . . .

5 *Novariæ, in S. Genesii. Ex Gallerato.*

HIC IN ƷOMNO PACIS
IGERNA HF QVE VIXIT IN
SECVLO XXXIII
ANNOS PL. M. RECESSIT SVB. D. III. KAL. A
GVSTI CONTRA VOTVM DVL. M

6 *Romæ, in Museo Kircheriano. Ex Gallerato.*

QVAE VIXT ANN. XVI.
MENSIBVS SEPTEM
DIES XVIIII TE IN PAC
E CVM VIRGINTATE (*sic*)
TVA

7 *Ibidem, ad S. Mariæ Trans Tiberim. Ex eodem.*

RIA QVI VIXIT
S XXXVIII MENSIB III. DIES XXII
III. KALENDAS. FERARAS. IN PACE

8 *Ibidem, in S. Martini in Montibus. E schedis Donii misit Gorius.*

SE VIBI COMPARA
HIC REQ. IN P. QVADRAG. Q. VIX. AN. X
D. XXV. DEP. IN P. KAL. MART. CONS

9 *Ibidem, olim in Paradiso Basilicæ Sancti Petri sub Navi in Musivo. Misit Eminentiss. Card. Passioneus.*

QVEM LIQVIDOS PELAGI GRADIENTEM STERNERE FLVCTVS
IMPERITAS FIDVMQVE REGIS TREPIDVMQVE LABANTEM
ERIGIS ET CELEREMQVE REDIS VIRTVTIBVS AMPLVM
HOC IVBEAS REGNANTE DEVS CONGREDERE PORTVM.

1 *Romæ,*
in loco Canthari, olim Aquarum ante Portam Sancti Pauli.
Misit Eminentiss. Card. Passioneus.

VNDA LAVAT CARNIS MACVLAS SED CRIMINA PVRGAT
PVRIFICATQVE ANIMAS MVNDIOR AMNE FLVENS
QVISQVE SVIS MERITIS VENERANDA SACRARIA PAVLI
INGREDIENS SVPPLEX ABLVE FONTE MANVS
PERDIDERAT LATICVM LONGO AEVO INCVRIA CVRSVS
QVOS TIBI NVNC PLENO CANTARVS ORE VOMIT
PROVIDA PASTORIS PER TOTVM CVRA LEONIS
HAEC OVIBVS CHRISTI LARGA FLVENTA DEDIT.

De quonam LEONE Romano Pontifice agatur heic, incertum.

2 *Christianis Inscriptionibus Saracenicam adtexere liceat, quæ Anno Christi 1726. effossa, & a Paulo Aglioto Messanensi Jurisconsulto doctissimo missa fuit ad Franciscum Ficoronium V. Cl.*

Ejus Interpretatio Latina ex Arabico.

IN NOMINE DEI MISERATORIS MISERICORDIS. BENEDICTIO DEI SIT SVPER MAHOMETVM.
HOC EST AEDIFICIVM MAXIMVM QVOD VOS PERTRANSISTIS
PHAADVS FILIVS DVCIS EXCELLENTISSIMI FELICIS
SANCTI BONAE MEMORIAE EBN-AL-NASRI
FILII DVCIS EXCELLENTISSIMI SANCTI BONAE MEMORIAE
EBN-AL-MASRVRI AL-HAGETI. OBIIT,
CVI DEVS PARCAT, NOCTE FERIAE QVINTAE
DECIMO DIE SCIOABANI, ANNO TERTIO
ET SEPTVAGESIMO SVPRA OCTINGENTESIMVM. PARCAT EI DEVS
ET DET EI VENIAM, OMNIBVSQVE, QVI VENIAM EI ADPRECANTVR
ET VNIVERSIS MOSVLMANIS. ET SOLI DEO VIRTVS ET POTENTIA.

Verùm quod est ad Annum Inscriptionis hujus, subsistere non potest Interpretatio. Nam Annus 873. Hegiræ Arabum responderet Anno Epochæ Christianæ 1468. quum tamen Inscriptio omnino spectare credenda sit ad tempora, quibus Saraceni dominati sunt Siciliæ, hoc est, Sæculo Christianæ Æræ Nono, Decimo, & Undecimo. Itaque attentius inspiciendæ essent in marmore Notæ Numerales Anni Arabici ibidem descriptæ.

3 *Romæ.*
Misit Marchio Capponius.

(*sic*)
TERENTIVS FOSOR
PRIMITIVE. COIVGI
ET. SIVI

Hanc inter Christianas recenseo, quippe FOSSORUM nomine venire illi solent, qui primis Christianæ Fidei Sæculis, Romæ in agro suburbano terram effodiebant, atque fabricabant admiranda illa subterranea Cœmeteria, quæ *Catacombe* nunc appellantur, ad recipienda Christianorum corpora. Ipsi quoque Fossores in Christianorum castris militasse credendi sunt: quod & subsequentes Inscriptiones testari poterunt.

4 *In Romanis Cœmeteriis.*
Ex Boldetto.

IVLIVS FOSSOR AVENTINVS F. S.

5 FELIX FOSSARIVS IN P.
Idest IN PACE.

6 LVCILIO FOSSOR MAXIMINVS
FRATER POSVIT QVI BIXIT A. XXXX.
IN PACE

7 PATERNO FOSSORI. BENEMERENTI
BIXIT A. P. M. XXXVI.
QVIESCIT IN PACE

8 FRIGIANVS ET HERCVLEVS FOS
SORES RVFIO FOSSORI BENE QVE
SCENTI. LEGITIMA FRATRI KA
RISSIMO POSVIT. VIXIT ANNO
XXXI. CVM PACE

9 DIOGENES FOSSOR IN PACE DEPOSITVS
OCTABV. KALENDAS. OCTOBRIS

Visitur ibi effigies Fossoris ipsius, lucernam sinistrâ tenentis, qua in subterraneis effossionibus utebatur. Ad latus instrumenta fossoria cernuntur.

10 SERGIVS ET IVNIVS FOSSORES
B. N. M. IN PACE. BISOM.

De voce BISOMO vide infra.

1 *Romæ,*
in Museo Albano.

FELIX FAVSTINIAN
VS EMIT SIBI ET VX
ORI SVAE FELICITA
TI FELICE FOSSORE
IN PACE

Eadem cum subsequenti videtur.

2 *Ibidem,*
apud Franciscum Blanchinium.

FELIX FASTINIAN
VS EMIT SIBI ET VX
ORI SVAE FELICITATI
FELICI FOSSORI
IN BALBINIS BASILI
CA LOCVM SVBTE
GLATA SE VIBVM

Scilicet *Felix Faustinianus* (ita quippe appellatus ille mihi creditur) ab *Felice Fossore locum in Basilica*, seu Cœmeterio Sanctæ *Balbinæ*, emit sibi *sub tegulis*, sive subgrundis ipsius Basilicæ. Anastasius in Vita Sancti Marci Papæ scribit: *Hujus suggestione obtulit Constantinus Augustus Basilicæ, quam Cœmeterium constituit Viâ Ardeatinâ, fundum Rosarum* &c. Uti Aringhius animadvertit, hæc referenda sunt ad *Cœmeterium Sanctæ Balbinæ*, atque ad Basilicam, quæ ex illius sacro Corpore nomen accepit.

3 *Ibidem,*
apud Antonium Montacutum Sculptorem.
E Cœmeterio S. Sebastiani,
misit P. Ginanni, Prior Benedict.

LEO FOSSOR FECIT SIBI ET VIR
GINIAE SVAE

4 *Ibidem,*
apud Marchionem Capponium.
Misit Ramagginius.

✠ HIC POSITVS IN PACE OCTA
VIANVS TVSSOR QVI VIXIT
ANNOS PLVS. MINVS. CIN
QVACINTA MENSES V. DIES VII
DEPOSITVS KHAVIS VAI M COAS

Fortasse pro TVSSOR est ibi FOSSOR. Postremæ literæ Consulatum signare videntur, sed qualem, non assequor.

5 *Ibidem.*
apud eumdem.

VS FELIX FOSSOR
IXIT ANNIS LXIII
TVS. XII. KAL. IANVARIAS
X. IN PACE

6 *Ibidem,*
in Cœnobio Monachorum Sancti Silvestri.
E schedis Francisci Ptolomei.

FOSSOR AQVILINVS
VINDIDIT LOCVM VISO
MVM SABINIANETI ET
DICESSIT MAXIMIANVS
IN. KAL. FEB. ET VIXIT AN
NOS PLVS MINVS
LXXIII



VISOMVM est pro BISOMVM, idest Sepulcrum, seu Locus ad bina Cadavera recipienda compositum. Occurrit in aliis Inscriptionibus TRISOMVM, & QVADRISOMVM. Hujus vocabuli alia profero exempla.

7 *Extra Romam,*
in Basilica Sancti Pauli.
Ex Margarino.

SYROS ET PLASES SE VIBVM SIBI FECIT LOCVM BISOMVM
FLORENTIVS FECIT ELIE 'QVE VIXIT AN. XLV........IN PACE

8 *Romæ,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Boldetto.

VALERIVS ROGATIANVS Y ET SE
VIVO FECIT BISOMVM SIBI ET
COIVGI SVAE IN PACE

Y ET fortasse pro V. EG. idest *Vir Egregius.*

9 *Ibidem, in Cœmeterio Callisti.*
Ex eodem.

SISINI BISOMV ET AMPE
LIDES SE B. COMPARAVIT

SE B. hoc est SE BIVO, seu SE VIVO, aut SE VIVIS.

10 *Extra Romam, in Sancti Pauli.*
Ex Margarino.

AGAPE ET RVSTICA ET ERENE
FECERVNT SIBI LOCVM TRISOMVM

1 *In Cœmeteriis Romanis.*
Ex Boldetto.

GAVDENTIVS ET LAVRENTIVS BISOMV.

3
DONATA SE VIV. EMIT SIBI. ET MAXENTIAE
LOCVM BISOMV.

5
IN MONVMENTO ISTO SVNT CESTIVS CORNELIVS
QVI BIXIT ANN. LV. NOVATVS FRATER BISOMV.

7 BISOMV VICTORIS
ET VICTORIES QVAE
RECESSIT IN PACE



9 *Extra Romam,*
in Basilica Sancti Pauli,
varii tituli Monumentorum.
Ex Margarino.

IENVARIAE LOCVS

11 LOCVS FL. IOHANNIS

12 HVNC LOCVM GAVDENTIA SIBI
COMPARAVIT

14 LOCVS CLARIS
ARTEMIA

16 LOCVS GRATIOSI SERBI DEI

18 IIII
TITVLVS
QVIRIACI

20
HIC DEPOSITA EST ROGATIA QVAE
VIXIT ANNOS PLVS MINVS LI. D
.... CONS. QVEM LOCVM
....

22 LOCVS
THEODOTI SENIORIS ....
THEODOTI IVNIORIS. DI ....

24
CASTORIAE ....
CVRATOR EIVS
CAPRIOLA ....

2
GREGORIA FECIT BISOMV SIBI IN PACE
CVM MATRE SVA REFRICERIA

4
DECEMBRE SE VIVO FECIT SIBI BISOMVM.

6
IN. M. I. S. TVRDVS ET CECILIA BISOMV

Ideſt IN MONVMENTO ISTO SVNT, ut in ſuperiori Inſcriptione.

8
SEBERVS. LEONTIVS. BICTORINVS. TRISOMV.

10 LOCVS SABINIANETIS
HIC REQVIESCIT SILBANVS
.... VRSA IN PACE
PRIMA. Q. F. ....
DEP. EST IPSA ....
ARCHIATER ....
KAL. SEPTEMB ......
LOCVS FILICITATES

13 LOCVS PAVLES QVAM
A PAVLO PB A ....

15
...... IAE HIC REQVIESCIT PETRONIA QV.....
.... NS. KAL. NOBEMB.

17 DP SABATIA
IDVS MAIAS

19 LOCVS MAVRISI
ET GIMINIAE

21 EXVPERANTIVS ....
SE VIBI FECERVNT ......
SEMPITERNVM ....

23 LOCVS AVRELIAE IRENE
QVAE VIXIT ANNIS ......

25
LOCVS MAXIMI
ET EBENTI

(*sic*)
26 DEPOSSIO
AVR. VICTOR. PRO

27
LOCVS IVLIA
PASTIS SE VIVA

1 LEVPARDVS



SE BIBV FECIT

Hic sibi viventi tumulum parans, geminas Palmas inscriptas ibi voluit. Ergo *Palma* indicium minime Martyrii fuit.

5 LOCVS PVPE

7 LOCVS BENIMNI ET ROMANE

9 LOCVS....... ABENTI V̄S
.... VIXIT IN PACE

11 .... EST PROBITATIES ANGNES
SIBI

13 GENETRIX PIA CV........
DEO DEVOTA SEM........
FAMILIAE NVTRIX......
NEC QVICQVAM........
LAETENTVR A........
DEP. XV. KĀL............

16 *Romæ,*
in Cœmet. S. Saturnini.
Ex Marangonio.

....TINO NATVS
...Q. R. X. K. IV. ROMA DEF.
...NOS. XXV. M. III.
...FRATRI KARISSI
...PARENTES. M

2 DOMITIA
REQVIESCIT IN PACE
......M. LX. DEPOSITA
PRIDIE........

3 PELEGRINV
SE VIVI FEC.

4 LOCVS BIATES QVEM
....

6 LOCVS NAVRICI ET PRO......
EMERVNT IN ODEP.

8 HIC REQVIESCIT NILVS FILIVS
QVI VIXIT P M ANN. X.

10 HIC POSITVS
EST IORDANIS

12 HIC REQVIESCIT VLPIA LIDE

14 QVI DEDIT ET ABSTVLIT SIT NOMEN
DOMINI BENEDICTVM
.... QVI BIXIT ANN ....
.... IN PACE CONS ....

15 QVEM LECTOR TITVLVM CER
NIS COGNOSCE SEPVLCHRV̄
HEV QVAM....ILLI OR. AMICO. SVVMQVE
.... PAVSAT MA...........
.... ARVS

17 *Ibidem,*
in S. Anastasiæ in Foro Boario.
Misit P. Blanchinius.

...LVM FECIT ROGO VOS HOM
NES QVI LEGITIS HORATE PRO
ME PECCATORE SI D̄M ABEATIS
ADIVTOREM HIC REQVISCINT
MEMBRA 7RIVS (*sic*)



APPENDIX
INSCRIPTIONUM,

Quas post susceptam earumdem Editionem

LUDOVICUS ANTONIUS
MURATORIUS

SERENISSIMI DUCIS MUTINÆ BIBLIOTHECÆ PRÆFECTUS

A nonnullis Clarissimis Viris sibi communicatas excepit.

IN SUBSEQUENTEM APPENDICEM

MONITUM.

QUod olim Grutero in omnium ampliſſima Collectione ſua adornanda contigit, id & ego in perficienda hac mea ſum expertus. Dum enim typis commiſſa in lucem prodirent Marmora a me in ſuas Claſſes diviſa, nova ab amicis identidem ſuppeditata ſupervenerunt, quibus in choro nihil amplius reliquum erat loci. Opus igitur fuit Appendicem inſtruere, eamque non contemnendam, quam Lectori nunc exhibeo. Per quos autem profecerim, meum eſt prodere, ut aliqua ſaltem grati animi profeſſione, tum nomine meo, tum univerſæ Reipublicæ Literariæ, gratias iis rependam, qui bene de hoc Opere meriti fuerunt. Rari apud nos ſunt eruditæ gentis Hiſpanicæ ac Luſitanæ Libri. Aliquod hac in re ſubſidium mihi attulit *Gregorius Majanſius*, vir inter Hiſpanos non tantum ex Libris ſuis luce donatis Clariſſimus, ſed etiam ex ſingulari amore veritatis, & exquiſito bonarum Literarum criterio, quod utinam inter acutiſſimæ illius gentis ingenia latius propagetur. Is nempe præter aliquot a ſe collectas Inſcriptiones, ad me etiam miſit Antiquitates Conventus Cæſarauguſtani a *P. Hieronymo Argote* Clerico Regulari Luſitano multa cum laude congeſtas, uti & Hiſtoriam Gallæciæ a *Franciſco de la Huerta* contextam. Novi interea prodierunt Libri de Latio antiquo, Auctore *P. Roccho Vulpio* Soc. Jeſu V. Cl. e quibus nonnullas Inſcriptiones decerpſi. Reddita quoque luci fuerunt Aquilejenſis Urbis Monumenta a Clariſſimo & amico viro *Johanne Dominico Bertolo* Canonico Aquilejenſi illuſtrata; tum Tomus VI. Obſervationum Clariſſimi viri *Scipionis Marchionis Maffeji*; tum *Johannis Marangonii* Canonici Acta S. Victorini. Meam & iſti Libri ſupellectilem auxerunt.

Ad hæc novas mihi ſuppetias attulit *Franciſcus Ficoronius* V. Cl. indefeſſus Romanarum Antiquitatum venator: cujus ſtudii nuper etiam nobile monumentum protulit in Libro *de Plumbis* ac Sigillis antiquis, multorum annorum diligentia a ſe collectis. Paria præſtiterunt *P. D. Didacus Revillas* Mediolanenſis, Abbas Hieronymianus, Philoſophiæ, Mathematices, atque Eruditionis cultor egregius; & *P. D. Alexander Chiappinius* Placentinus, Abbas & Procurator Generalis Canonicorum Regularium, in id intentus, ut Muſeum ſuum Lapidibus eruditis, Nummis antiquis, Foſſilibus, aliiſque Artis aut Naturæ fœtibus exornet; & *Johannes Blancus* Ariminenſis, Medicus & Philoſophus, qui editis Libris nomen ſuum illuſtrare jam cœpit; & *P. D. Petrus Paulus Ginanni* Ravennas, Abbas Benedictinus, cujus labores in excutiendis vetuſtis Patriæ ſuæ Chartis ingens emolumentum Italicæ Hiſtoriæ pollicentur; & nobilis vir *Laurentius Guazzeſius* Arretinus, S. Stephani Eques, qui non unum jam ſpecimen dedit Eruditionis ſuæ, majoreſque ingenii ſui proventus proferre aliquando poterit. Quantopere etiam inſudarit, ut hæc mea Collectio Neapolitani Regni opibus augeretur, *Ignatius Maria Como* Patricius Neapolitanus, elegantiſſimi ingenii vir, alibi proditum a me fuit. Quot inſuper Marmora ille mihi ſubinde miniſtraverit ad complendam hanc Appendicem, facile Lector animadvertet. Sed & nobilis Literarum ac Literatorum amator *Thomaſſinus de Mazaugues*, Aquiſſextienſis Senatus Præſes; & præclariſſimus inter Hiſpaniæ Magnates D. *Comes de Cervellon*, antea Caroli VI. Imperatoris Auguſti intimus Conſiliarius; & Excellentiſſ. *Vicecomes de Torres*, antea Generalis Cæſareæ militiæ Præfectus, pro ſuo erga omnes bonas Artes ſtudio, de Collectione

ctione mea solicitos sese exhibuerunt. Præsertim vero habendæ mihi sunt gratiæ Clarissimo *P. Josepho Blanchinio* Veronensi, Romani Oratorii Presbytero, qui studia & gloriam æmulatus celeberrimi Patrui sui Francisci Blanchinii, Libris jam aliquot editis Rempublicam Literariam sibi in dies enixius devincit, aliorumque etiam labores juvare non desinit. Adservat Vallicelliana Bibliotheca Schedas quasdam a Clarissimis olim Romæ Subterraneæ Auctoribus exaratas. Ibi legebantur complures Inscriptiones e Romanis Basilicis congestæ, quas uti luce dignas idem P. Blanchinius mei amantissimus mecum communicatas voluit, in omnium nempe commodum edendas. Memorandus denique mihi est amicus meus singularis *Dominicus Bricherius Columbus* Finariensis, juvenis solertissimus, non minus Latinis, quam Græcis Literis instructus, neque solum Jurisprudentiæ, sed etiam Mathematicis Artibus, & potissimum Eruditioni antiquæ addictissimus, in qua quantum profecerit, prodere jam cœpit, & copiosius, ut spero, in posterum prodet. Nimirum is in Regia Vindobonensi Urbe degens, nulli labori pepercit, ut quotquot potuit veteres Inscriptiones expiscaretur, & mihi congereret tum ex editis Libris, tum e schedis MStis, ac si de re sua ageretur. Non levi autem præsidio ipsi fuit, dum ista persequeretur, Cl. *P. Erasmus Froelich* e Soc. Jesu, in ejusmodi studiis veteranus miles, & de hac eadem Collectione bene & ipse meritus. Præclarorum virorum istorum beneficiis interea mecum fruere, benigne Lector.

APPENDIX.

DE IIS INSCRIPTIONIBUS,

Quæ absoluto jam Opere ad nos pervenerunt.

AD CLASSEM PRIMAM DE DIIS ANTIQUORUM UBI DE JOVE SPECTANT.

1 *Pisauri apud Nobiles Passaros.*

DEO QVI EST
MAXIMVS

In Lucerna referente Deum *Pantheum* hæc leguntur. En causam, cur Deus ille appelletur *Maximus*. De Pantheis videndus Giraldus, Sponius, ut alios Scriptores omittam.

2 *Bracaræ.*
Ex P. Hieron. Argote.

I O M
PVBLIVS
AELIVS
PLACCINVS
V S L M

3 *Aquis Flaviis in Lusitania.*
Ex P. Hieron. Argote Cl. Reg.

IOVI
O M
SEPTVMMVS AGRILICVS
V. S. L. M

4 *Bracaræ.*
Ex eodem.

IOVI
DEPVLSORI
ARMIA
VSSINA
EX VOTO
POSVIT

5 *In Carinthia.*
Misit N. V. Vicecomes de Torres.

IOVI DEPVLSORI
ET NYMPHIS. Q.
LVCCIVS MAXI
MVS. V. S. L. M

Hanc misit etiam Excell Comes de Cervellon, qui eam ponit Solfeldii in Carinthia prope Castrum Tanzenberg; atque in tertia linea legit LVCIVS.

6 *Mediolani in S. Francisci.*
Misit Philipp. Argelatus
Augustiss. olim Cæsaris à Secretis.

I O M
ATILIVS ATILI
IVNI PVBLI
CVM SVIS
V. S. L M

7 *In Oppido Guimaraens in Lusitania.*
Ex P. Argote.

I O M
FLAVIVS AVEN
TINVS ENCRATI
VXORI V S

Aut aliquid desideratur, aut corrupta est aliqua vox.

8 *Labaci in Carniola.*
Ex Shoenleben misit Bricherius.

I. O.
M. AVREL.
SERENVS
VIR. E. EX
VOTO. P.

Desideratur M in priore linea, neque enim subsequens M. id præstat, jungendum sane cum *Aurelius*. Explices *Vir Egregius* in quarta linea. Hoc sane præter morem.

9 *Arsagi in agro Mediol.*
nunc in viridar.
Bibl. Ambrosianæ.
Misit Philippus Argelatus
a Secretis olim Augustiss. Cæsaris.

. I ❦ O ❦ M ❦
. MAS. CILL. LIC
. PRI. MV. II.
. CVM. SV.
I. S. I.

10 *In agro Clivensi.*
Misit Bricherius Columbus.

I. O. M
T. CRANIV

11 *Aquis Flaviis.*
Ex P. Hieron. Argote.

I O M
EX VOTO
FLOCI FLOREBI
FLOREBVS FORTVNATVS
POSVIT

12 *Tibure.*
Ex P. Didaco Revillas Ab. Hieronym. V. Cl.

IOVI PRAESTITI
HERCVLES. VICTOR. DICAVIT
BLANDVS. PR. RESTITVIT

13 *In Villa Rougiers Diœcesis Aquissextiensis.*
Misit D. de Mazaugues Præses Aquissex.

IOVI
CONSERVATORI
OMNIVM RERVM
MIRVCIVS NAIMIS
V. S. L. M

1 *Hegnedini in Pannonia.*
Misit Bricherius Columbus.

I . O . M
CETER....
DIS CONS...
TIBVS
M. ORELLIVS
ADIVTOR
IIVIR COL

Lego *Dis Consentibus*.

2 *In Oppido Monforte in Lusitania.*
Ex P. Hieron. Argote.

IOVI OP
TIMO M
AXIMO
AP. SA
BINVS
PROBI
L. F

3 *Solfeldii in Carinthia prope Clagenfurtum.*
Misit Excell. Comes de Cervellon.

I . O . M . D . SEVERINVS . SILVINVS
ET . AVR . BONIATVS . MIL . LEG .
II . ITAL . SEVERI . V . S . L . L . M .

Lapis hic, ut & alii, quos infra dabo, visitur Solfeldii in Carinthia prope Castrum Tanzemberg spectans ad D. Sigismundum S. R. I. Comitem de Althembs, duabus circiter horis a Clagenfurto situm. Describendum una cum aliis curavit Excell. Vicecomes de Torres, Cæsarearum copiarum Generalis Locumtenens, atque ad Excell. Comitem de Cervellon misit.

4 *Romæ.*
Ex Petro Sanctio Bartoli.
In lucerna ænea pensili.

L. TETIVS
ALYPVS
IOVI. D. D.

5 *Pisauri,*
apud Nobiles Passaros.

IOVI SERENO
SACR

In Lucerna hasce literas exhibente visitur effigies Jovis stantis super fulmina, & dexterâ pateram, hastam sinistrâ tenentis. Supra ejus caput Luna crescens conspicitur.

6 *In Oppido S. Agathæ*
Regni Neapolitani.
Ex Matthæo Ægyptio.

I . O . M
C . O . D . I .

Hasce siglas interpretatur Clariss. Ægyptius: *Jovi Optimo Maximo, cæterisque omnibus Diis immortalibus.*

7 *In agro Civitatis Aleppi,*
quæ olim Beroea,
Ex Gisberto Cupero V. Cl.

ΔΙΙ ΜΑΔΒΑΧΩ
ΚΑΙ ΣΕΛΑΜΑΝΕΙ
ΘΕΟΙΣ ΠΑΤΡΩΟΙΣ
ΚΡΑΤΕΑΣ ΑΝΔΡΟΝΕΙΚΟΥ
ΕΥΧΗΝ ΠΑΤΡΩΑΝ
ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΕΚΤΙΣΕ
ΔΕΝΑΡ ΑΦ
ΕΤΟΙΣ ΠΞΡ ΑΥΔΙΝΑΙΟΥ ΑΚ

Idest:

Jovi Madbacho
& Selamani
Diis Patriis
Crateas Andronici Filius
votum patrium
de suo construxit
denariis triginta & quingentis
Anno centesimo sexagesimo tertio
Mensis Audinæi die XXI.

Lego ΕΤΟΥΣ ΓΞΡ. Habes heic *Jovem Madbachum, & Selamanem*. Fuerintne duo, an tres Dii, dubitatum fuit, Clarissimus Huetius opinabatur, unum *Jovem* geminis titulis *Placabilis*, & *Servatoris* ornatum heic designari. Verum *Diis Patriis* positus Lapis duo saltem diversa Numina satis prodit. *Annus* Seleucidarum CLXIII. indicat Annum U. C. 603. Ante Æram Ch. 274.

8 *In Vico Norri in Lotharingia.*
Ex Auct. de Relig. Gallor.

I. O. M. ET. HER
CVLI. SAXA
SACRVM
P. TALPIDIVS
CLEMENS. 7
LEG. VII. AVG.
CVM. MIL. LEG. EIVS
V. S. L. L. M

Herculi Saxano sunt & alia Marmora dicata.

UBI DE JUNONE.

9 *Pisauri,*
apud Nob. & Clar. V. Hannibalem Oliverium.
Ex March. Maffejo.

IVNONE REG
MATRONA
PISAVRESE
DONO DEDRON

Idest, ut puto, *Junoni Reginæ Matronæ Pisaurenses dono dederunt*. Quibus argumentis ostensurus sit Clar. Marchio Maffejus, Inscriptionem hanc spectare ad remotissimam Antiquitatem, palam brevi fiet. Quod opportune accidet, ne cuiquam suspicio oboriatur, hujusmodi voces indicare potius Latinæ declinantis Linguæ corruptionem. Admonere juvat, litteras A non habere lineam transversam, sed pendentem e medio, ut sint ab M parum dissimiles.

UBI DE COELESTI.

1 *In Civ. Luci Augusti*
in Gallæcia.
Ex Francisco de la Huerta y Vega.

CAELESTI
AVG
PATERNI
CONSTANTII
QVI ET
VV . SS

2 *Romæ.*
E schedis Pighianis Begerus.
Misit doctiss. vir Dominicus Bricherius Columbus.

ΔΑΙΜΟΝΙ . ΠΕΡCΕΙΗ . ΠΟΛΥΜΟΡΦΩ . ΜΕΙCΟΠΟΝΗΡΩ

Ideſt :
Deæ Perseidi multiformi, improbos odio habenti.

Inſcriptionem hanc ſub ſtatua Triformis Deæ in Capitolio repertam, ſe ipſum cum *Pyrrho Ligorio* vidiſſe Pighius teſtatur. Alia ſane erat de Ligorio Pighii hominis egregii opinio, quam quæ ætate mea viris quibuſdam doctiſſimis inſedit, qui omnia quæ circumferuntur ſub Ligorii nomine, faſtidiunt, quum tamen non omnia ab ipſo proceſſerint. *Hecate* heic deſignari creditur Pighio; neque aliud ſentire cogimur. Sane apud Heſiodum Hecate Perſei filia dicitur, unde illud Ovidii:

Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras.

Eadem vero multiformis ac triformis dicta, quod Luna, Diana, ac Proſerpina ſimul reputaretur.

UBI DE ÆSCULAPIO, ET HYGIA.

3 *Sabariæ in Dacia.*
Misit Dominicus Bricherius Columbus.

SALVTI
AVGVST
SACR

4 *In Vico Csaba in Pannonia.*
Misit idem.

AEOL. CONTINVATORI
CAL. FAVSTINIANVS
.........MIL
LEG. II.......
V . S . L . M

Nullum *Æolo* Deo Votum poſitum novi. *Æolus Continuator* peregrinum ſapit. Fortaſſis in marmore ſcriptum fuit AESC. CONSERVATORI, ideſt *Æsculapio*.

5 *In incerto loco fragmentum.*
A P. Frœlich S. J. accepit Bricherius Columbus.

. - . . . .
. . . .
. . . . . TAN ΜΕΙΛΑΝ
ΜΑΤΕΡΑ ΚΛΕΟΞΕΝ ΚΑΙ ΝΙΚΩΝΟΣ
ΔΙΟΦΑΝΤΟΥ ΔΕ ΤΟΥ ΘΕΟΦΑ
ΝΕΣΤ ΓΥΝΑΙΚΑ
ΑΣΚΛΑΠΙΩΙ ΚΑΙ ΥΓΙΑΙ

Ideſt :

. . . . . . Milam
Matrem Cleoxenis & Niconis,
Diophanti vero splendissimi
viri Uxorem
Æsculapio & Hygiæ.

UBI DE APOLLINE.

6 *Claromonte.*
Ex Auctore Libri de Relig. Gallor.

. . . . VL. PAVLLIN
T. I. ALLIA. T. L A
BIENI VXOR
BELLINO. D. D

Fortaſſe T. F. ſeu potius *T. L. ALLIA* fortaſſe *T. L. Abieni Uxor.*

7 *Neapoli.*
Misit vir doctiss. Ignat. M. Como.

PHOEBO SPLENDIDISSIMO DEO
IVNIVS AQVILA TRIBVNVS

Uti alibi monui, non conſueverunt Ethnici vota vovere *Phœbo*. Hanc unice debemus Benedicto Falco, ſeu Falconi, qui in Lib. de laudib. Neapol. eamdem adfert, ut oſtendat, olim Neapoli exſtitiſſe Templum cum ſimulacro Apollinis. Quid ſi conficta hæc fuiſſet ejus rei gratiâ?

9 *Romæ, juxta Basilicam Lateran.*
Ex Clariss. Corsignano Episc. Venus.

SOLI INVICTO MITHRAE
VESTALIS CAES. N. SER.
ET C. VETTIVS
AVGVSTALIS D. D

8 *Tiliæ.*
Ex Gaspare Schotto dedit Dominicus
Bricherius Columbus J. C.

IN
H. D D
APOLLI
NI. GRN
NGI IVL.
VIGIOI. I
INVSDLC
CA.. G. PAR
PRO FILO
HVI. LEPI
DO. V. S. L. L
M

Amicus Bricherius legit: *Apollini Granno T. Julius Victorinus Decurio Coloniæ Aug. Par.* Priora recte, reliqua dubia: Aliqua heic mihi adverſantia occurrunt. Poſitus Lapis videtur *In honorem Domus Divinæ*, ideſt Auguſtæ; attamen in calce videtur tabula votiva *pro Filio*.

1 *In Civitate Patavienſi.*
A P. Eraſmo Frœlich S. J.
accepit Dominicus Bricherius Columbus.

D. I. M. VERVS. PRO. SALVTE
CO. MACIAE ET COM V S L M

Ideſt *Deo Invicto Mithræ*.

2 *In Carinthia in Oppido S. Viti,*
apud Franc. Antonium Campelli.
Exſcripſit Franc. Vandellius Sacerd. Mutin.

D. I. M. VLPIVS VALERI
VS SPECVL. LEG. PRIMAE NOR
VOTVM A FRATRE EIVS CEPT. SOL. L. L. M

Siglas interpretari poſſis *Deo invicto Mithræ*, aut *Deæ Junoni*, ſive *Iſidi Magnæ*. Non memini me legere alibi *Legionem Primam Noricorum*.

3 *Ibidem, ab eodem accepi.*

D . I . M
PRO SALVTE
ANTONI
. . . RINI
. . . VIVS
C. CEPINIVS
EX VOTO POS.

Ideſt *Deo Invicto Mithræ*. Locus, unde hoc & præcedens Marmor eductum fuit, fuiſſe creditur Civitas Sala, quæ fertur ſolo æquata à crudeli Attila.

4 *E ſchedis Pighianis Begerus.*
Miſit Bricherius Columbus.

D. I. M. A. P. P
FREIO. ET. FRIATTO
V. S. L. M

Hanc ita interpretatur Begerus: *Deo Invicto Mithræ Aram poſuerunt Frejo & Friatto, Voto Soluto Libenter Merito*. Geminos homines Germanicos nomina hæc indicare videntur.


5 *In Marchionatu Francimontano Diœceſ. Leod.*
E ſchedis Pighianis Begerus, miſit Bricherius.

IN. H. D. D
D. I. M. AX
VER. V. S.
Q. VETI
ET. PROBINVS
VERI. V. S. L. M.

Begerus interpretatur: *In honorem Deorum*. Mihi potius creditur: *In honorem Domus Divinæ Deo Invicto Mithræ Axius Verus, Q. Vetius* &c.

UBI DE DIANA.

6 *Vindobonæ,*
apud D. Baronem de Roth à Conſiliis aulicis Imperii.
Miſit Bricherius Columbus.



Anno 1740. Lapis hic, *Dianæ Auguſtæ* ſacratus à *M. Ulpio Mariano*, effoſſus fuit è ruderibus veteris Carnunti, prope Auſtriæ Oppidum Haimburg, ac deinde Vindobonam delatus, adſervatur nunc in Bibliotheca Illuſtriſs. Baronis de Roth. Inſigni ſane Bibliothecâ, utpote, quæ non ſolum ſelectâ Librorum editorum copiâ referta eſt, ſed etiam MStis Codicibus, Actis Publicis, Statuis antiquis, Idolis, Nummis Græcis & Romanis, Gemmis cælatis, Urnis ſepulcralibus, vaſculis lacrymalibus, Lampadibus, aliiſque Antiquitatis eruditæ monumentis.

UBI DE CYBELE DEUM MATRE, VESTA &c.

7 *Beneventi in Cœnobio Carmelitarum.*
Ex Dominico Georgio V. Cl.

ATTINI SACRVM
ET MINERVAE BERECINT
CONCORDIA COLLIB IANVARI
CIMBOLIACO SECVNDO OB
CRIOBOLIVM FACTVM. M. D. M. I.
TRADENTIBVS SEPTIMIO
PRIMITIVO. AVGVRE ET SAC
SERVILIA VARIA ET TERENTIA
FLAVIANA SACERD. XV. VIR
PRAEEVNTE MONIO SECVNDO
HAEC IVSSV MATRIS DEVM
IN ARA TAVROBOLICA DVO
DENA CVM VITVLA CREM.
SVB DIE. V. IDVS. APRILIS
MODESTO II. ET PROBO. COS.

De *Criobolio* & *Taurobolio*, Sacrificiis in honorem *Magnæ Deûm Matris Ideæ* celebratis, videndus Van-Dale in Diſſertationibus. Anno Chriſti 228. poſitus fuit hîc Lapis.

1 *Aquilejæ.*
Ex Can. Bertoli.

BONAE
DEAE AVG
SACRVM
. . . .

2 *In agro Coloniæ Agrippinæ ante paucos annos effossus lapis.*
Ex Clarifs. Abb. Oliva.

DEAE . SEMELAE . ET
SORORIBVS . EIIVS
DEABVS . OB . HONOREM
SACRI . MATRATVS
REGINA . PATERNA
MATER . NATA . ET
FACTA . ARAM . PO
SVIT
SVB . SACERDOT . A.
SERANIO CATVLLO
PATRE

Hanc Infcriptionem illuftravit Clarifs. Abbas Oliva, Eminentifs. Cardinalis de Rohan Bibliothecæ Præfectus, atque erudite oftendit, eam fuiffe pofitam quatuor Filiabus Cadmi, hoc eft *Semele*, *Ino*, *Autonoè*, & *Agave*. Erunt fortaffe, quibus fufpicionem ingerat novitas iftarum *Dearum Sororum*, *Sacer* ille *Matratus*, nomenque *Reginæ*, quæ *Mater nata & facta* fuit. Iique forfitan expofcerent locum, ubi nunc adfervetur hic lapis, ut ejus faciem explorare fibi liceret. Verum fi fufpicionibus ejufmodi indulgere fas eft, nimis multa in dubium revocabimus. Pofitâ verò illius veritate, jam agnofcat Lector, quid nomine *Matrum* in tot aliis Marmoribus occurrentium fignificetur, nempe Semele, ejufque Sorores.

UBI DE MINERVA.

10 *Romæ.*
Ex Petro Sanctio Bartoli, in lucerna ænea.

PALLADI
VICTRICI

12 *Cinixelli, apud Comitem Donatum Silvam in agro Mediol.*
Mifit Philippus Argelatus Auguftifs. olim Cæfaris à Secretis.

M . M
M. MINICIVS
IVSTVS ATILIAN.
V. S. L. M.

Ideft *Minervæ Memori*, quam in Placentino quoque agro cultam vidimus.

11 *Tauromenii in Sicilia apud eruditifs. virum Joh. Bapt. la Camiola.*
Mifit V. Cl. Johannes Johannis Canon. Panormit.

ΘΕΑΙΣ
ΑΓΝΑΙΣ
ΧΑΡΙΣΤΗ
ΡΙΟΝ
ΑΜΑΛΙΟΣ
ΕΡΜΗΣ
ΡΕΚΤΑΣ

Ideft:

Deabus
Pudicis
grati animi
donum
Amalius
Hermes
Rhectas

Deabus pudicis, ideft *Proferpinæ*, *Minervæ*, *& Dianæ*, quæ apud Siculos præfertim, uti *virginitatis ftudio dicatæ*, colebantur, Diodoro tefte Lib V. Ita me monuit doctifs Canonicus Johannes *di Giovanni*.

UBI DE MARTE.

3 *In vitro quodam Germanico.*
Mifit amicus Bricherius.

VIGILIA METIA
MASSAE FILIA
MARTI OLLOVDIO
V . S . L . M

4 *Aptæ Juliæ.*
Ex Auctore Libri de Relig. Gallor.

MARTI
VECTIRIX REPP
AVIT V . S . L . M

UBI DE MERCURIO.

5 *Aquilejæ, apud Confeffarium Sanctimonialium.*
Mifit Canonicus Bertoli.

MERCVRIO
SACRVM

6 *Comi.*
E fchedis Ben. Jovii, mifit Philippus Argelatus Auguftifs. olim Cæfaris à Secretis.

MERCVRIO
V . S . L . M
C. ANTONIVS
MAXIMVS

7 *Pifauri, apud Nobiles Paffaros.*

MERCVRIO NEGOTIATORI SACRVM
NVMISIVS ALBINVS EX VOTO

8 *Sagunti.*
Ex Majanfio.

MERCVRIO AVG
BAEBIVS EVNOMIVS

9 *Mediolani.*
E fchedis meis.

MERCVRIO SACRVM
L. SATRIVS AMA
RANTHI L.
AMANDVS. V. S.

UBI DE NEPTUNO.

13 *In agro Ceriniolæ in Apulia in loco S. Marci.*
Ex P. Vulpio Soc. Jefu.

NEPTVNO
SERVATORI
SAC
L. CORNELIVS
FESTVS
CLASS. SICIL. ET
ANNONAE PRAEF
VOT. SOL

Cur non SICVLAE?

14 *In ruderibus Æmonæ.*
Ex Schœnleben, mifit Bricherius Columbus.

NEPTVNO AVG. SAC
HOSTILIV. SER.
GIANO EX VOTO

15 *Mediolani, apud Comites Archintos.*
Mifit Philippus Argelatus Auguftifs. olim Cæfaris à Secretis.

NEPTVNO ET
DIS AQVATILIBVS
PRO SALVTE . ET
INCOLVMIT.... SIM
... QVART. SECVNDIN

UBI DE VENERE.

1 *Laurentini ultra Montem Viridem*
in ædibus Ducis Jordani.
Ex P. Vulpio Soc. Jesu.

VENERI
ERYCINAE
VICTRICI
L. CORNELIVS SVLLA
SPOLIA DE HOSTIBVS
VOTO DICAVIT


Non consuevere Romani titulos suæ Dignitatis omittere. Hæc ideo mihi suspecta.

2 *In nemore Belesme in Gallia.*
Ex Hist. Acad. Reg. Paris.

DIIS INFERIS
VENERI
MARTI ET
MERCVRIO
SACRVM

UBI DE HERCULE.

3 *In Insula Melitæ. Ex Lib. I. Dissert. Academiæ Cortonensis.*



Ideſt :
Herculi Ductori
Dionysius & Serapionii
Tyrii Serapionis Filii.

Marmor hoc illustratum habemus in Lib. I. Dissert. Academiæ Cortonensis à doctissimo Equite Hierosolymitano Josepho Claudio Guyot de Marne, qui eamdem Inscriptionem (quod rarum est) in geminis diversis Marmoribus adinvenit. Ita vero interpretatus sum, quia pro ΚΑΙ ΣΕΡΑΠΙΟΝΟΙ scriptum, aut scribendum fuisse in Marmore opinor ΚΑΙ ΣΕΡΑΠΙΟΝΙΟΙ. Fortassis in posteriore hasta literæ N. inclusum fuit supereminens Iota. Prior Epigraphe Punicis literis consignata creditur. Et revera Phœnices olim, ac proinde Tyrii eâdem utebantur. Quid ea significet, quidve sit Figura Inscriptioni superposita, aliorum erit investigare. *Herculis Ductoris*, sive *Ducis*, auxilium à Mercatoribus & Nautis exposcebatur, ut eorum navibus felix esset iter.

1 *Tarenti, ad Hortos Carduccios. Misit Ignat. M. Como.*

C. MELSONIVS. C. N. L.
HERCOLEI
DONVM

2 *Auriæ prope Tarentum. Ex P. Vulpio S. J.*

HERCVLI
SERVATORI
SAC
Q. RVTILIVS Q. F
TIBVRTINVS
V. S

3 *Moguntiæ. Misit Bricherius Columbus J. C.*

HERCVLI SACRVM
VALE SPERATA
L. MAGAL. VICTORE
C. VALER. SENECIONE
L. VALER. SECVNDO
P. VALER. PACATO
FILIS
V. S. LL. M

Supple aut corrige: VALERIA SPERATA PRO L. &c.

4 *Vindobone apud Baronem de Roth, effossa in Vico Caranseves. Misit Bricherius Columbus.*

HERCVLI SANCTO EVTYCHES ACT
P. AELI ANTIPATRI EX VOTO POSVIT.

UBI DE GENIO.

5 *Belgradi. A P. Etschlager S. J. acceptam P. Frœlich dedit amico Bricherio, qui & mancam supplevit.*

GENIO
LEG. IIII Fl. *fel*
DD NN DIOC*let*
IANI *& Maxi*
miani Cæs. AVGG
AVREL. MAXIMI
*an*VS EX PRAEF
LEG. EIVSDEM
VOTVM POSVIT

6 *Bracaræ, Ex P. Hieron. Argote.*

GENIO
MACELLI
FLAVIVS
VRBICIO
EX VOTO
POSVIT
SACRVM

7 *In vinea Did. Mazæ N. V. Salern. Misit Como.*

GENIO
COCCEI
HERMETIS

UBI DE FORTUNA.

8 *Perusiæ. Ex Clar March. Maffejo.*

FORTVNAE BONAE
SACRVM
L. VIBLATRO CLEMENS
V. S. L. M

Fortasse legendum L. VIB. LATRO. Apud Gruterum pag. 487. 4. habetur Inscriptio posita *C. Vibio C. F. Gal. Latroni.*

UBI DE LARIBUS, PENATIBUS &c.

9 *In Arce Bernarda, agri Forojuliensis. Ex Can. Bertolo.*

MANIAE
DEAE

Uti animadvertit Clarifs. Canonicus Bertolus, *Mania Dea* Larum Mater fuisse credebatur. Macrobius Lib. I. Cap. V. *Factumque est, ut effigies Maniæ suspensæ pro singulorum foribus, periculum si quod immineret familiis, expiarent.*

10 *Aquis Flaviis in Lusitania. Ex P. Argote.*

ALBINVS
BALESINI
F. LARIBVS
FINDENEI
CIS LIBE
NS POSVIT

11 *Ibidem. Ex eodem.*

LARIBVS TAR
BVCENBACIS
C. ECECIS
P. ARIVS P. A VV
V. S. L. M

12 *In agro Bracarensi. Ex eodem.*

CATVENVS. D.
OCQVIRINI. F.
LARIB. TVROL
IC. CONSACR.

Turodos Populos a Ptolemæo memoratos opinatur P. Argote eosdem fuisse, ac *Turolici*. An recte, alii inquirant.

13 *Ibidem. Ex eodem.*

LARIBVS
CERENA
ECIS. NIL
ER. PROC
VII. PV. LS

Parum accurate exscripta videtur. Fiatne heic de Populis *Cerenæcis* mentio, ut P. Argote censet, an potius hoc nomine homo aliquis, aut Familia quæpiam designetur, nemo rite decernat. Postremæ literæ habent *Votum Libenter solvit.*

14 *Aquis Flaviis in Lusitania. Ex eodem.*

LARIBVS CV
SICFLENIBVS
Q. NIVIVS PLACI
DI F. ENVINS
V. S. L. M

15 *Ibidem, ex eodem.*

LARIBVS
ERREDIO
S RVFVS E
X VOTO

1 *In S. Columbæ, in Oppido S. Torquati in Gallæcia. Ex Francisco de la Huerta.*

MAX SV
MVS - LOV
ESSI - F - LA
RIBVS VI
ALIBVS
V . S . L . M

Lares Viales nondum quisquam protulerat. Ita appellatos reor, quod sub eorum patrocinio Viæ forent, aut illi præter morem in Viis expositi colerentur.

2 *Bracaræ. Ex P. Hieron. Argote.*

LARIB
FL. SABINVS
S . V . S . V

Num bis *Solvit Votum*?

5 *In vinea Didaci Mazæ N. V. Salern. Misit Ign. M. Como Neapolit.*

NVMINI NYMPHARVM
M. VA ⏀ AVGVSTALIS AVGGG LIB.

UBI DE VICTORIA, PACE &c.

6 *Nemausi. Misit P. D. Dicacus Revillas Abbas Hieron. V. Cl.*

VICTORI
AVG
VALERIVS
SEVERVS. PONTIF.
EX STIPE
VELA ET ARAM

E Thermis Nemausensibus emersit. Liceat tibi excogitare dicata *Vela & Aram Augusto Victori*. Mihi suspicio est, hæc posita *Victoriæ Augustæ* fuisse.

7 *Bracaræ. Ex P. Hieron. de Argote.*

DEO . SA
NCTO . EV
ENTO . FL
FRONTO
EX . PRAE
CEPTO

Deus *Eventus*, ut puto, nunc nobis primum innotescit.

UBI DE NYMPHIS, AQUIS &c.

3 *Aquis Flaviis in Lusitania. Ex P. Argote.*

NYMPHIS HISAVR.
DIONISIVS
AVG. LIB.

4 *Nemausi. Misit P. D. Didacus Revillas Abbas Hieron. V. Cl.*

NYMPHIS
AVGVSTIS
SACRUM
TERTIVS. BAEBI. F
L. DECVMIVS. DECVMANVS
L. POMPONIVS. MARTIALIS
L. ANNIVS. ALLOBROX
DE SVO

Anno 1739. detectæ sunt antiquæ Nemausensium Thermæ. Adinventa ibi quinque Numismatum millia, complures varii moduli Columnæ, aliaque Marmorum frusta cum Inscriptionibus magna ex parte corruptis. Hæc unà cum quinque aliis, quas infra dabo, excidium evasit. Clarissimo P. Revillas easdem debeo. Ab eruditis Gallis interim expectanda est ejusmodi Thermarum accurata descriptio.

UBI DE FLORA &c.

8 *Tibure in Villa Ursina. Ex P. Philippo Bonannio Soc. Jesu V. Cl.*

FLORAE
TI. PLAVTIVS. DROSVS
MAG. II
V . S . L . M

UBI DE MATRONIS.

9 *Pisauri, apud Nob. & Clar. V. Hannibalem Oliverium. Ex Clar. March. Maffejo.*

MATRE
MATVTA
DONO DIIDRO
MATRONA
MVCVRIA
POLA LIVIA
DEDA

Idest, *Matri Matutæ dono dederunt Matronæ Mucuria, Livia, Deda*. Rara inscriptio, quod nobis *Matutam* Deam exhibeat, a Cicerone, Livio, Plutarcho, & Festo memoratam. Matronarum Dea fuit. Hanc propterea Matronæ Pisaurenses colebant. Istam quoque Inscriptionem, licet corruptis vocibus conceptam, censet Clariss Maffejus ad remotiorem antiquitatem spectare: idque sibi ostendendum sumsit,

1 *Metis.*
Ex Auct. de Relig. Gallor.

IN
HONORE
DOMVS DIVI
NAE DIS MAIRABVS
VICANI VICI PACIS

Matrabus ibi scriptum arbitror.

4 *Romæ in Villa Nobilium Casalium.*
Ex Marchione Maffejo.

OMPHALE HERCVLI
CASSIA
M. ANT. FILIA
PRISCILLA
FECIT

Hanc dederam Cl. I. pag. XCV. Ope Clarifs. Maffeji emendatam rursus exhibeo.

2 *In incerto loco.*
Ex Auctore Libri de Relig. Gallor.

PRO SALVTE DOM
N̄. IMP. L. SEPT. SEVERI
AVG. TOTIVSQVE DOMVS
EIVS. AVFANIIS MA
TRONIS ET MATRIBVS
PANNONIORVM ET
DALMATIARVM
TI. CL. POMPEIANVS
TRIB. MIL. LEG. I. MIN.
LOCO EXCVLTO CVM
DISCVBITIONE ET TABVLA
V . S

3 *In Batavia, ex Cupero.*

MATRIBVS
FRISAVIS PATERNVS

UBI DE NAVISALVIIS &c.

5 *Romæ in Bibliotheca Vaticana.*
Ex Clarifs. Marchione Maffejo.

MATRI DEVM ET NAVISALVIAE
SALVIAE VOTO SVSCEPTO
CLAVDIAE (*sic*) SYNTHYCHE (*sic*)
D D

Alterum Marmor ad *Navisalviam* spectans & ego dederam Cl. I. pag. XCVIII. In ista quoque conjunctam cum *Matre Deûm* habes *Navisalviam*, sive idem, sive diversum sit Numen. Cur postea adjungatur *Salviæ*, divinet qui potest.

6 *Veronæ,*
in Museo publico.
Ex eodem.

NAVISALVIAE ET
MATRI DEVDD
CLAVDIA SINTI (*sic*)

Veronensem ad Urbem Româ advectum hoc Marmor fuerit oportet, quando eadem *Claudia Syntyche* eidem *Navisalviæ & Matri Deûm Donum Dat.*

7 *Neapoli in S. Dominici Majoris in Turri Campanaria.*
Misit vir doctifs. Ignatius Maria Como.

NIMBIFER ILLE DEVS MIHI SACRVM INVIDIT OSIRIM
IMBRE TVLIT MVNDI CORPORA MERSA FRETO
INVIDA DIRA MINVS PATIMVR FVSAMQVE SVB AXE
PROGENIEM CAVEAS TROIVGENAMQVE TRVCEM
VOCE PRECOR SVPERAS AVRAS ET LVMINA CELO
CRIMINE DEPOSITO POSSE PARARE VIAM
SOL VELVTI IACVLIS ITERVM RADIANTIBVS VNDAS
SI PENETRAT GELIDAS IGNIBVS VRET AQVAS.

Quid sibi velit Inscriptio hæc, non a me, sed ab aliis, expectet Lector. Naufragi hominis videtur querela, quem euntem ad visitandas Osiridis Ædes procella interceperit. Sed quæ sequuntur, supra modum obscura sunt, ac præcipue postremum Distichon. Dubitatio quoque oborta est, an sit fœtus antiquitatis. In exemplo erat in primo versiculo DEO pro DEVS, quod ego reposui. Erat & MICHI pro MIHI. Et in postremo ARET, pro quo scripsi VRET. Si hæc sphalmata in Marmore, dubitatio augetur. Suspectum quoque est illud CELO. Sed quanam de caussa recentiorum quisquam hæc, in quibus elegantia desideratur, Marmore inscripta voluerit?

1 *Ex Philostrato.*

ΠΑΤΡΙ ΑΜΜΩΝΙ ΚΑΙ
ΗΡΑΚΛΕΙ ΑΔΕΛΦΩΙ
ΚΑΙ ΑΘΗΝΑΙ ΠΡΟΝΟΙΑΙ
ΚΑΙ ΔΙΙ ΟΛΥΜΠΙΩΙ
ΚΑΙ ΣΑΜΟΘΡΑΞΙ
ΚΑΒΕΙΡΟΙΣ ΚΑΙ ΙΝΔΩΙ
ΗΛΙΩΙ ΚΑΙ ΑΔΕΛΦΩΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙ

Hoc est:

Patri Ammoni, & Herculi
Fratri, & Minervæ
Providentiæ, & Jovi
Olympio, & Samothracibus
Cabiris, & Indico Soli,
Atque Apollini Fratri.

Aræ Inscriptio stadiis triginta ab Hyphaside fluvio. Heic habes *Solem* ab *Apolline* diversum.

2 *In Vasconia.*
Ex Auctore Libri de Relig. Gallor.

AGHONI
DEO
LABVSIVS
V.S.L.M

3 *Ibidem, ex eodem.*

DEO
..GHONI
..AVLINI
..AVRINI
V.S.L.M

Henricus Stephanus *Agones* Deos putat præfuisse Mercatibus, Polluce, & Eustathio testibus.

4 *Vasione.*
Ex eodem.

DVLOVIO

5 *Ibidem.*

INO DVLOVI VIVOS

Deum *Dulovium* hinc eruditi Galli hauserunt.

6 *Parisiis,*
in S. Germani de Pratis.
Ex P. Montfauconio.

DEOBE
MILVCIO
VI


Clarifs. Montfauconius legendum opinatur *Deo Bemiluc.* (idest *Bemiluciano*) *Jovi*.

7 *Ambianis.*
Ex Du-Cangio V. Cl.

PRO SALVTE ET
VICTORIA EXX C
APOLLINI ET VER
IVGODVMNO
TRIBVNALIA DVA *sic*
SETVBOGGIVS ESVGGI
F.D.S.D

Verjugodumnus Deus aliquis peculiaris istius Civitatis.

9 *Gemonæ.*
Ex Canon. Bertolo V. Cl.



11 *Gurckfeldi in Carniola.*
Ex eodem.

SEDATO
AVG. SAC.
P. RACONIVS
AEDEM ET ARAM
DD

Deus municipalis *Sedatus*.

UBI DE PATRIIS DIIS &c.

8 *In Museo Kempiano.*
Misit Cl. V. Thomassinus de Mazaugues Præses Aquisext.

ΘΕΟΙΣ ΠΑΤΡΩΟΙΣ
ΥΠΕΡ ΥΓΕΙΑΣ ΓΑΙΟΥ
ΣΤΕΡΤΙΝΙΟΥ ΗΡΑΚΛΙ
ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΞΕΝΟΦΩΝ
ΤΟΣ ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΥ ΦΙΛΟ
ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΔΑΜΟΥ
ΥΙΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΔΟΣ
ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΕΥΕΡΓΕΤΑ
ΤΗΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ

Idest:

Diis Patriis pro Salute
C. Stertinii Heracliti,
Filii Xenophontis amato-
ris Cæsaris, amatoris
Claudii, amatoris Augusti,
Populi, Filii viri amato-
ris Patriæ, pii, erga
Patriam benefici.

10 *Extra Labacum in Carniola.*
Ex Schœnleben, misit Bricherius Columbus.

LABVRO
EX VOT
SACR
M. MARCELL.
FIL. ET
M. VIBIVS
MARCELLVS
FF

Habes heic *Laburum* municipalem Deum.

1 *Iriæ Flaviæ in Gallæcia.*
Ex Francisco de la Huerta y Vega.

NE TACI.
VE ILFERI
CAE. SVL
PICIVS SE
VERVS
V.S.L.M

Nisi corruptæ sint priores lineæ, habemus heic ignotam Deam inter Municipales Deos referendam, scilicet *Netacem Veilfericam*.

2 *Lausanæ.*
Ex Auctore de Relig. Gallor.

BANIRA. ET DONINDA. I
DAEDALVS. ET TATO. ICARI. FIL
I. SVLFIS. SVIS. QVI. CVRAM
VESTRA. AGVNT. IDEM
CAPPO. ICARI. F

Doctissimus Auctor Benedictinus Libri de Religione veterum Gallorum opinatur, Genios campestres sub nomine *Silforum* fuisse designatos. *Idem* pro *Item*.

3 *Anagniæ.*
Ex Marangonio.

FIDEI. SVAE
SACRVM
ASPANIA. Q. F. POLLA
Q. PETRONIVS
IRENAEVS
SACRARVNT

4 *Ex vinea Did. Mazæ*
N. V. Salern. hausit Ign. M. Como.

C. VELLEIVS
CERIALIS
VOTVM. SOLVIT. LIBENS
PRO SVO PARENTE

AD CLASSEM SECUNDAM, UBI TEMPLA, ÆDES, ARÆ, DONA SACRA &c.

5 *Nemausi.*
Ex Jacobo Grassero.

T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS
PIVS NEMAVSO ORIVNDVS AELIANO
HADRIANO AVGVSTO PARENTI ME
RITISSIMO FILIVS EIVS ADOPTIVVS
IMPERII HAERES NEMAVSI IN CIVI
TATE SVA AEDEM SACRAM MAXIMO
SVMPTV SVBLIMIQVE STRVCTVRA
HYMNORVM AC CANTV DECORATAM
POST MORTEM P. D. C. AEDEM VESTAE
AVXIT ET ORNAVIT VIRGINES AD
ANTIQVAM DISCIPLINAM REVOCAVIT
SATVRNI FANVM D. COLON. MAXVMIS
D. AFFECIT ANTINOIVM SACELLVM
SERVAVIT P. Q. N. E. A

Hujusmodi monumentum non antiquis, sed postremis hisce Sæculis natum, sunt quæ persuadent, ac potissimum illud *Æliano*, ut alia prætercam. Eo quidem usus fuit doctissimus Auctor Libri *de Religione veterum Gallorum*, ut vetustos ejus gentis ritus proderet; at is, ubi accuratius examen instituisset, mecum, ut opinor, de illius origine sensisset.

5 *In Vico* Pietra Mara *in Marsis.*
Ex P. Revillas, & P. Vulpio.

L. ACCIVS IITTI
AIDLM FECIT
IOVI MARMO
DIVM POSVIT
VOTVM ANIMO L. S
II. IOVIIANO MA...C

In secunda linea certe AEDEM legendum. Literæ fugientes in ultima linea incertos nos faciunt, an Consulatus appositus fuerit, puta *Joviani* Augusti, cujus tamen ævo an Ædes novæ ab Ethnicis excitarentur, disquirendum foret.

6 *Aquilejæ, apud DD. Faccinos.*
Misit Joh. Dominic. Bertoli Can. Aquil. V. Cl.

BELENO
CAESARES
OCLETIANVS
AXIMIANVS
AVGG
EDICAVERVNT
❦

De Deo *Beleno* in Classe I. agunt aliæ Inscriptiones. Hanc posuerunt *Diocletianus & Maximianus Cæsares.* Templum, aut Donarium ab iis dedicatum credere par est.

1 *Aquis Sextiis.*
Ex Auctore Libri de Relig. Gallor.

SEXTVS CALVINVS HVIVSCE
VRBIS FVNDATOR
HOS AGROS MERCVRIO
V.S.L.M

2 *Ibidem.*

C. SEX. CALVINVS
HOS AGROS MERCVRIO
D. D.

Nisi de utriusque, de prioris saltem antiquitate dubitare licet.

4 *In rupe Villæ Regalis in Lusitania.*
Ex P. Hieron. Argote.

DIS DEABVS QVE AE
TERNVM LACVM ONI
BVS QVE NVMINIBVS
ET LAPITEARVM CVM
HOC TEMPLO SACRAVIT
G. C. CALP. RVFINVS. V. C.
IN QVO HOSTIAE VOTO
CREMANTVR

5 *Ibidem.*

DIIS CVM HOC
ET LACVM HIC
VOTO MISCE
TVR
G. C. CALP. RVFI

6 *Ibidem.*

HVIVS HOSTIAE QVAE CA
DVNT HIC IMMANTVR
EXTA INTRA QVADRATA
CONTRA CREMANTVR
SANTVS LAC. KVIIS PACTO
SVPERFV......TVR

Corrupta heic non pauca. Accuratius descripta dare non potui. Pro IMMANTVR scriptum fuerit IMMOLANTVR. Cetera attingere non audeo.

11 *In Carinthia.*
Ex Jo. Valvassorio.

I. O. M
VENVSTINVS SVM.
SIGNVM L. ARVP
CVLTORIBVS. CVM BASE

Arupium, Civitatem Carniolæ, heic deprehendisse sibi visus est Valvassorius. Ego nihil nisi tenebras heic offendo.

3 *In Oppido Cori Campaniæ Romanæ.*
Ex P. Vulpio Soc. Jesu.

CALVIVS. P. F. P. N. C
GEMINIVS. C. F. MATEICLVS
AEDEM. CASTORIS. POLLVCIS
DE. S. S. FACIENDAM. PEQVN
SAC. COERAVERE
M. CALVIVS. M. F. P. N. C
CRASSICIVS. P. F. C. N. VERRIS
DE. S. S. PROB. . . . . . EDICAR . . .

Ideſt: *De sententia Senatus pequniâ sacrâ &c. De sententia Senatus probarunt & Dedicarunt.*

7 *Ex Philostrato.*

ΔΙΩΝΤΣΟΣ Ο ΣΕΜΕΛΗΣ
ΚΑΙ ΔΙΟΣ ΑΠΟ ΙΝΔΩΝ
ΑΠΟΛΛΟΝΙ ΔΕΛΦΩΙ

Ideſt:

Bacchus Semeles & Jovis
Filius ab Indis Apollini
Delphico.

Inscriptio est Pythii donarii, Disci nempe ex Indico argento.

8 *In vinea Did. Mazæ N. V. Salern.*
Misit Como Neapolit.

S. S. S
DONVM
DEDIT
TVCCIVS
SATVRNI
NVS. VOT
KAL. AVGVS
TIS

Siglas ejusmodi Gruterus, sive Scaliger interpretatur *Soli Sanctissimo Sacrum* Interpretari etiam possis *Silvano Sancto Sacrum.*

9 *Ibidem, ex eodem.*

MATRI DEVM
T. FLAVIVS ONESIMVS
DONVM DAT

10 *Labaci in Carniola,*
apud Cartusianos.
Ex Schœnleben,
misit Bricherius Columbus.

NEPTVNO
AVG. SACR.
L. SERVILIVS. L. F.
VEL. SABINVS
AEDEM
ET. PORTICVM
FECIT
PECVNIA SVA

12 *Canusiæ ante Portam in Columna.*
Ex P. Vulpio Soc. Jesu.

VORTVMNO SACRVM
P. CVRTIVS P. F. SALAXVS
P. TITIVS L. F. IIII VIR
DE MVNERE GLADIATORIO
EX S.C


13 *In altera parte ejusd. Columnæ.*

DDD. NNN. FFF
THEODOSIO
ARCADIO
. . . .

1 *Brixiæ.*
Ex Helia Capreolo.

L. TRVTINO PROBVS EX VOTO DEO DONVM
DEDIT VIVIR AVG. BRIX.

2 *In Gemma apud Laurent. Berger.*
Misit Bricherius.



LVCVS EL
VI SACR IN
AE FIL

Bergerius hæc ita legit: *Cajus Glitius*, seu *Glycerius*, seu *Glesidius*. *Lucus electus Via Sacra in Ædibus Filii*. Veri similitudinem heic desideres. Quei enim Lucus in Via Sacra, & in Ædibus Filii? Meam, qualiscumque sit, conjecturam accipe: *Lucus Elvi sacratus in Ægritudine*, *aut Ædilitate Filii*. Fortassis *Elvi* Cognomen est C. Glitii, nisi heic designetur Deus aliquis municipalis.

3 *In agro Casinate.*
Misit Ign. M. Como Patric. Neapolit.

M. PANVS GEL. MATTIVS
DVOVIRI. D. D.
SACELLVM CONCORDIAE EX
C. C. REST
COERAVERVND EIDEM

4 *In vinea Didaci Mazæ Patric. Salern.*
Misit Ign. M. Como doctiss. Neapolit. Marmor Neapoli effossum.

HERCVLI. INVICTO. P. VERG. RESTITVS OB INSIGNEM NVMINIS
HONORE. DEMARCHIAE. PERFVNCTVS. AEDICVLAM. ST.

Demarchia supremus olim Neapolitanæ Civitatis Magistratus.

5 *Apud Comitem Pembroke, magnæ Britanniæ Magnatem.*
Misit Joseph Spence Britannus. In Ara, ubi visuntur tres Bacchantes, ista leguntur.

ΜΕϚΡΟΜΕΝ : ΔΙΟΝΤΣΟΝ : ΑΛϚΑΟΡΦΟΝ : ΒΑΚΧΕΤΤΟΡΑ : ΞΑΝΘΟΚΑΡΕΝΟΝ
Idest:
ΜΕΛΠΩΜΕΜ ΔΙΟΝΤΣΟΝ ΑΓΑΑΟΜΟΡΦΟΝ ΒΑΚΧΕΤΤΟΡΑ ΞΑΝΘΟΚΑΡΗΝΟΝ.
Hæc Latine reddita:
Canimus Liberum, venusta facie præditum, œstro percitum, flavos habentem capillos.

Literæ istæ in gyro positæ circa Aram leguntur. Miram antiquitatem præferunt tum ex forma sua, tum quod neque H neque Ω. ibi occurrunt, quasi nondum adinventæ, earum quippe loco olim usurpatæ fuerunt Vocales E. & O. Vide quæ Clarissimus Bimardus animadvertit Col. XXXV. T. I. hujus Operis in Inscriptionem Βουςροφηδὸν exaratam. Non minoris antiquitatis ista videtur.

6 *Tridini, apud Canonicum Joh. Andream Iricum. Misit Philippus Argelatus Augustiss. olim Cæsaris à Secretis.*



Pars Anterior



Pars Posterior



Pars Dextera



Pars Sinistra

1 *Ex Philostrato.*

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΡΣΑΚΗΣ
ΘΕΩΙ ΝΥΣΑΙΩΙ

Ideſt:

Rex Arſaces Deo Nyſæo.

Libero videlicet, ſive Baccho. Fuit hæc inſcriptio torquis aurei, Armeniis literis inſcripti, quem circa collum geſtavit Panthera.

2 *Ex eodem.*

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ Ο ΔΙΟΣ
ΤΟΝ ΑΙΑΝΤΑ ΤΩΙ ΗΛΙΩΙ

Ideſt:

Alexander Jovis Filius
Ajacem (elephantum Alexandri) *Soli*.

Eſt Inſcriptio torquis.

3 *Ravennæ in S. Salvatoris.*
Miſit P. D. Petr. Paul. Ginanni Abbas Benedict.

AVRELIVS. TIMOTHEVS. PROCVLVS. EQVO. PVBL.
NOMINE....EQVITVM. ROMAN. VOTVM
QVOD. MENTE. C...............

AD CLASSEM TERTIAM, UBI DE PONTIFICIBUS, ET SACERDOTIBUS.

4 *Divione.*
Ex D. le Gendre.

ΜΙΘΡΑΣ ΕΝ ΟΡΓΑΔΙ
ΣΧΩΜΑ ΤΟ ΣΩΜΑ ΚΑΛΥΠΤΕΙ
ΚΥΝΔΙΟΝΑΚΤΟΣ ΙΕΡΕΩΝ ΑΡΧΗΓΟΥ
ΔΥΣΣΕΒΕΣ ΑΠΕΣΧΟΥ ΛΥΣΙΟΙ
ΚΟΝΙΝ ΟΡΩΣΙ

Ideſt:

Mithræ in Luco
Tumulus hic Corpus tegit
Cyndionactis Sacerdotum Principis.
Impie abi. Dii Liberatores
Cinerem cuſtodiunt.

Druides ſub nomine *Sacerdotum* deſignari heic, nonnulli ſunt arbitrati. Liceat illis rem gratam ſibi fingere.

5 *In Podio ad S. Iſidori del Campo in Hiſpania.*
Miſit Greg. Majanſius V. Cl.

C. MARCIVS AΦILVS
MAGISTER LARVM
AVGVSTOR ❧ ET GENI
CAESARIS ❧ AVGVST
HIC SITVS ❧ EST
IN F ❧ XX ❧ IN AG ❧ P ❧ XX

6 *In Muſeo Kempiano.*
Miſit Præſes Mazaugues.

ΟϹΤΙΛΙΟϹ ΜΑΡΚΕ
ΛΛΟϹ Ο ΙΕΡΕΥϹ
ΤΟΥ ΑΝΤΙΝΟΟΥ

Ideſt:

Hoſtilis Marcellus
Sacerdos Antinoi.

7 *Anagniæ in Cathedrali.*
Ex Marangonio.

M. RVBRIO. L. F
ſic
PORCVLO
PR. AID Q
PONT. SALIO
MVNIC ET INCOL

8 *Ibidem in S. Pauli.*
Ex eodem.

M. FLAVIO..II...
FIMBRIAE
AED. Q. PRAEFECT..
FABRVM IIII....
AVG. PONTIF

9 *In vinea Didaci Mazæ N. V. Salernit.*
Miſit Ignat. M. Como Neapolit.

D . M
IVLIAE. RVFINE. CO
IVGI. DVLCISSIME
IVLIVS APOLLINAR
IS. M. III. LIBERO PATR.
B . M . F

Ideſt *Magiſter Tertium Liberi Patris.*

UBI DE SACERDOTISSIS.

1 *Capuæ.*
E schedis Philippi Argelati Augustiss. olim Cæsaris à Secretis.

FABERIAE
G. F. TETR
PRISC
SACERD. PVBL.
NVMINIS. CAP.
ELECTAE. A. SPLENDIDO
ORDINE
D D

2 *In Foro Popilii.*
Misit Johannes Blancus Medicus Arimin. V. Cl.

FVLLONIA. L. F
TERTVLLA. SACROR
ISIDIS
LOCVM DEDIT
C. TELEGENIO
SPERATO SACERDOT.
VI. VIR. AVG
TELESTINIS EIVS
POSTERISQVE
EORVM

3 *Acci, nunc* Guadix, *in Hispania.*
Misit Cl. V. Greg. Majansius Cath. Regis Bibl. Præf.

LIVIA CHALCEDONICA
ISIDI DEAE D
H . S . E
ORNATA VT POTVIT
IN COLLO H MONILE
GEMMEVM. IN DIGITIS
SMARAGD. XX. DEXTRV

Mulier hæc *Isidi Dicata*, ornamenta, quibuscum tumulata fuit, explicat. Latens in sepulcro fuerit Inscriptio necesse est, ne fures alliceret. Magni nobis facienda, quum nos caussam doceat, quare tot olim Sepulcrorum Effossores emergerent.

4 *In vico Uramaris.*
E schedis D. le Bohn hausit amicus Bricherius.

. . . . ΝΗ ΕΣ . . . .
. . . . ΧΙΕΡΕΩΣ . . .
. . . ΑΙΜΟΤ ΙΟΤΛΙΑΙ . . .
. . ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΣ
ΟΦΙΛΛΙΑΣ ΖΩΤΙΚΗΣ
ΘΥΓΑΤΡΟΣ ΟΦΙΛΛΙΟΥ
ΖΩΤΙΚΟΥ

Ex versione Bricherii.

... Pontificis
... æmi Juliani
& summæ Sacerdotis
Ophilliæ Zoticæ
Filiæ Ophillii
Zotici.

UBI DE FLAMINIBUS, ET FLAMINICIS.

5 *Bracaræ.*
Ex P. Argote.

D M S
PRONIORI...
VAE. AND...
FLAMINICAE
PROVINCIAE
HISP. CITERI

6 *In pago* de Vaud *in Villa Vinci prope Rolle nuper effossus lapis.*

I. O. M
IVLIA PV
SINNA
FLAM. AVG
V. S. L. M.

UBI DE SODALIBUS.

7 *Dertosæ.*
Ex V. Cl. Gregorio Majansio.

M. SALLVSTIO
FELICI PEREG
RI DEFVNCTO
SODALES HERCVLANI

UBI DE AUGUSTALIBUS.

8 *Trojæ in Apulia, misit Como Neapolit.*

C. AVIDIVS VITALIS
AVGVSTALIS

9 *Moguntiæ.*
Misit Dominic. Bricherius Columbus Jurisconf. doct.

C. IVLIO. SIMPLICIO IIIIII VIR
AVGVSTALI. C. VM. PRAGMATICO
CRESCENTINIA. REGINA
OB MERITA EIVS
F C

Eruditæ gentis Moguntinæ erit animadvertere, an siglæ C. VM. interpretari liceat *Coloniæ Ulpiæ Moguntiaci*. Nam quod est ad *Pragmatico*, jam notum est, eo nomine designatos fuisse Juris peritos inferioris subsellii.

10 *Tibure apud Nob. Martios.*
Misit Franc. Ficoronius.

FORTVNAE PRAETORIAE
L. MVCCIVS. NICEPHOR
MAG. HERCVL. AVG
GN. COPONIVS. EPACATVS
CVRATOR PRIMI. D. S. P.
CVLTORIBVS D. D.

Tibure *Coponia* Gens Romanorum temporibus floruit, ac de ea agitur in Antiquitatibus Tiburtinis. Inde se derivatam putat Nobilis *Coponiorum* Familia, quæ à longo tempore in Catalaunia floret.

1 *In Via Appia apud Molam.*
E schedis Maziis, misit amicus Como Neapolit.

A. PLAVTIVS. THEODORI. L. APELLA
MAGISTER AVGVSTALIS
PLAVTIAE. A. L. RVFAE. CONLIBERT. CONCVBIN. PIAE
PLAVTIAE. A. ET. Ↄ. L. FAVSTAE. LIBERT.

AD CLASSEM QUARTAM, UBI DE IMPERATORIBUS, ET CÆSARIBUS.

2 *Emeritæ.*
Ex Morena.

CAESARI
IMP. VIII
COS. III
EMERIT

4 *In S. Mariæ de Tumba Diœces. Adrien.*
Misit Nob. & doct. Vir Antonius Scotus Canon. Tarvis.

CAIVS CAESAR DIVI AVGVSTI PRONEPOS
AVGVSTVS
S . C

5 *In altero latere.*

CONSVL TERTIO
PONTIFEX MAXIMVS
TRIBVNITIAE POTESTATIS
QVARTO PATER PATRIAE
REI CENSITAE CONSERVATOR

Spectat ad Annum Ch. 40. quo Caligula Quartum iniit Consulatum. Non amplius exstat Marmor. Pro more fuerint ibi breviatæ aliquot voces; vix enim est ut credam, *Tertio & Quarto* scriptum fuisse.

7 *In vinea Didaci Mazæ Patricii Salern.*
Misit N. V. Ign. M. Como Neapolit.

IMP. CAESAR
VESPASIANVS AVG.
PONTIF. MAXIMVS
TRIB. POTESTAT. V
IMP. XVII. P. P. CENSOR
COS. VII. DESIGN. VIII.

Referenda Inscriptio ad Annum Ch. 76. sed pro *Trib. Pot. V.* scriptum ibi fuisse videtur *VII.* aut *VIII.*

3 *Ad Pontem Civitatis* Saintes *in Gallia.*
Ex Hist. Acad. Reg. Paris.

O. CAESARI NEPOTI
DIVI IVLII
PONTIFICI AVGVRI
C. IVLIVS. C. IVLII OTVANEVNI
F. RVFVS GEDOMONIS NEPOS
EPOTSOROVIDI PRON.
SACERDOS ROMAE ET AVGVSTO
AD ARAM QVAE EST
AD CONFLVENTEM
PRAEFectus. FABRVM. D.

Habes heic Gallica nomina quædam antiquissima. Posita autem Inscriptio fuit *Tiberio Augusto.*

6 *Valentiæ in Hispan.*
Ex March. Maffejo.

IVLIAE
MAMAE
AE AVG MA
TRI . . . . . .
. . . .
VALENTINI
VETERANI
ET VETERES

8 *In Villa* Resina,
sive Portici *nuper effossus Lapis.*
Misit N. V. & Consil. Reg. Neap. Castagnola.

IMP. T. VESPA
CAESARI AV
TRIB. P. COS

Vetustum Theatrum in Villa prælaudata detectum, originem suam referre videtur ad tempora Titi Augusti.

1 *In Oppido* Guimaraens *in Lusitania.*
Ex P. Argote.

IMP. CAES. NERVA
TRAIANVS. AVG. GER. DAC.
PONT. MAX. TRIB. POT. VII.
IMP. IIII. COS. V. PP.

Spectat ad Annum Christi 104.

3 *In Insula Cios.*
A P. de Bohn S. J.
acceptam P. Frœlich Bricherio dedit.

ΚΑΙΣΑΡΑ ΤΡΑΙΑΝΟΝ
ΑΔΡΙΑΝΟΝ ΣΕΒΑΣ
ΤΟΝ Μ ΟΥΛΠΙΟΣ
ΛΟΥΓΙΟΣ Ο ΔΙΣ
ΙΕΡΕΥΣ ΑΥΤΟΥ

Ex vers. P. Frœlich S. J.
Cæsarem Trajanum
Hadrianum Augustum
M. Ulpius Lugius (seu
Lucius) iterum ejusdem
Sacerdos (honorat.)

Animadvertit P. de Bohn, A ibi exaratum fuisse uti Lambda. Attentiùs tamen rimanti fortassis apparuisset aliquod discrimen inter utramque Literam.

5 *Bracaræ.*
Ex P. Hieron. Argote Cl. Reg.

IMP. CAESARI DIVI SE
VERI PII FIL. DIVI MARCI
ANTONINI NEP. DIVI ANTO
NINI PII PRONEP. DIVI HADRI
ANI ABNEP. DIVI TRAIANI
PAR ET DIVI NERVAE AD
NEP. M. AVRELIO ANTO
NINO PIO FELICI. AVG. PAR
MAX. BRIT. MAX. GERMANI
CO MAX PONT MAX TRIB
POT XII IMP III COS IIII
PP PROCOS

Pro *Trib. Pot. XII.* scribendum videtur *XV.* atque erit Annus Ch. 213. Positus Lapis Caracallæ Augusto.

7 *Aquis Flaviis in Lusitania.*
Ex P. Argote.

IMP. CAES. M. OPELLIO SEVE
MAGNO PIO FEL INVICTO
ET MAGNO AVG ET M. OPELLIO
ANTONINO DIADVMENIANO NO
BILISSIMO CAES. PRINCIPI IV
VENTVTIS

Positus Lapis Anno Ch. 217. *Macrino* Augusto, ejusque Filio *Diadumeniano.*

2 *Surrenti.*
E schedis Did. Mazæ P. Salern.
Misit Como Neapolit.

IMP. CAESARI
DIVI TRAIANI PARTHICI FIL
DIVI NERVAE NEPOTI
TRAIANO HADRIANO
AVG. PONT. MAX. TR. POT. V.
OPTIMO MAXIMOQ. PRINC.
DECVRIONES
MVNICIPESQVE SVRRENTINI
PECVNIA COLLATA

Referenda ad Annum Ch. 122.

4 *Romæ,*
in S. Mariæ Trans-tyberim.
Ex Marangonio.

...RELIO ANTONINO
..AC SVPER OMNES F....
..NAE. SVAE. ET. IVLIA....

6 *Ravennæ.*
E schedis misit P. D. Petr. Paul. Ginanni
Abbas Benedict.

AVG. INVICTO. IMP. CAES. L. SEPTIMIO
SEVERO. PIO. PERTINACI. DIVI. M. ANTONINI
FIL. DIVI. COMMODI. FRATRI. DIVI. ANTONINI
PII. NEPOTI. ARABICO. ADIABENICO. PONTIF
MAX. TRIB. POTEST. IIII. IMP. VIII. COS. II.
PROCOS. P. P. PRO. VICTORIA. ET. REDITV
IPSIVS. RVFINVS. LIB. PROCOS. PROVINCIAE
MAVRITANIAE. TINGITANAE

Infra in eodem Marmore.

SALVO. SEVERO. AVG. ET. ANTONINO
CAES. FIL. VARR

8 *Apud* Circejum *Castrum.*
Ex Capitolino.

DIVO GORDIANO
VICTORI PERSARVM
VICTORI GOTTHORVM
VICTORI SARMATARVM
DEPVLSORI ROMANARVM SEDITIONVM
VICTORI GERMANORVM
SED NON PHILIPPORVM

Positus Lapis Gordiano III. Augusto, cui mortem intulit iniquissimus Philippus, ut Imperium arriperet. Ne crede apposita illa verba *Sed non Philipporum*, quod is in campis Philippicis, sive Philippis, tumultuario prœlio victus ab Alanis abscessisset, uti Capitolinus est suspicatus. Addenda hæc aliquis censuit illius elogio, ad prodendum, succubuisse Gordianum insidiis Philippi; sed minime addita censenda sunt. Quis enim tam vecors fuisse potuit, qui Elogium Principis ejusmodi additamento deturparet, ac præcipue sub Philippo, cui exprobratum fuisset hoc lemmate facinus suæ crudelitatis in Gordianum?

1 *Aquis Flaviis in Lusitania in Vico* Valdantes.
Ex P. Argote.

SC. VIBIO AFI
QVEL DVMA
VSIANO PIO
PONT. MAX
II COS PROCOS

A ESTATQEQB.

Complures literæ exciderunt. Itaque scribe: *Imp. Cæs. C. Vibio Affinio Gallo Veldumniano Volusiano Pio Felici Aug. Pont. Max. Trib Pot. II. Consuli Proconsuli .... devotus Numini Majestatique ejus*. Vide Classem III. pag. CCLII. Pertinet Inscriptio ad Annum Ch. 252.

2 *Londini apud Davidem Mortier.*
Misit Cl. V. Præses Mazaugues.

DIVO CAES VALERIANO
LIC VALERIANVS PRINCEP
IVVENT

3 *Prope Beneventum in Villa DD. Cajetanorum.*
Ex P. Roccho Vulpio Soc. Jesu.

VLPIAE SE
VERINAE
AVG
COIVGI D. N. INVICT
AVRELIANI AVG

4 *Ibidem.*
Ex eodem.

IMP. CAESARI
M. AVRELIO PROBO
PIO FELICI INVIC
TO AVG. COS
D. N

5 *Aquis Flaviis in Lusitania.*
Ex P. Argote.

IMP. CAES
M AVR CA
RINO
P. F. AVG
TR P.....
PP

Inscriptio referenda ad Annum Ch. 284.

6 *Allifis.*
Misit D. Franciscus Maria Pertusius, Præf. Epheb. Regis utriusq. Siciliæ.

In antica parte.	*In postica.*
IMP. CAESARI M. AVRELIO PROBO PIO FELICI INVIC TO AVG. COS D. N.	VLPIAE SE VERINAE AVG. CONIVGI D. N. INVICTI AVRELIANI AVG

7 *In vico Lupuda ad Chersonesum Thraciæ.*
E schedis D. le Bohn misit Bricherius meus.

... ωΝ
... ΟΚΛΗΤΙΑΝΟΥ
... ΚΑΙ ΜΑΞΙΜΙΑ
... ΤωΝ CΕΒΑCΤ
... ΚΑΙ ΚωCΤΑΝΤ
... ΚΑΙ ΜΑΞΙΜΙΑ
... ΤωΝ ΕΠΙΦΑΝΕ
... ΚΑΙCΑΡωΝ
... ΑΓΡΟΥCΙΚΟΥΙ
... ΤΑΟ . . Α . . .
... ΕωΙωΔ

Ex versione Bricherii.

. . . .
Diocletiani
& Maximiani
Augustorum
& Constantii
& Maximiani
illustrissimorum
Cæsarum
. . . .

In linea quincta *Maximiani* nomine indicatur *Galerius* Cæsar.

8 *Mirabellæ*
prope Montem Miletum
ex ruderibus Civitatis Eclanensis,
Ex P. Vulpio Soc. Jesu.

ORBEM TERRAE
ROMANO NOMINI
SVBIVGANTI
DOMINO NOSTRO
FL. CONSTANTINO
PIO FEL
SEMPER AVG
ANNIVS ANTIO
CHVS. V. P. CORR
AEMIL. ET FLAM. SENATVS

Vitiatam dederat Gruterus pag. 281. 2. Antiochus iste Vir Perfectissimus fuisse mihi creditur Flamen Senatus.

9 *Aquis Flaviis in Lusitania.*
ex P. Argote.

DOM. N. CONS
TANTIN. NB
CAES

10 *Surrenti.*
E schedis Didaci Mazæ P. Salern.
Misit N. V. Ign. M. Como Neapolit.

INSTAVRATORI ORBIS
TERRARVM PERPETVO
AC *clemen*NTISSIMO IMP
D. N. *flavio* VALERIO
CONSTANTINO
MAXIMO PIO
FELICI SEMPER VIC
TORI AVG. RESP
SVRRENTINORVM

1 *Constantinopoli.*
A P. Etschlager S. J. accepit P. Frœlich ejusd. Soc.
Misit Bricherius Columbus.

ΝΙΚΑΗ ΤΥΧΗ
ΚΩΝCΤΑΝΤΙΝΟΥ
ΜΕΓΑΛΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩC
ΤΟΥ.CΥCΤΑΤΙΚΟΥ
ΝΙΚΗΤΟΥ
ΑΙ ΒΕΝΕΤΩΝ
ΝΕΤΝΩΟΤΝΤΩΝ

P. Frœlich legit ΕΤΝΩΟΤΝΤΩΝ

Ex versione P. Frœlich.

Victrici Fortunæ
Constantini
Magni Imperatoris
probati Victoris,
Venetorum
bene affectorum
(Civitates hanc fort. Statuam pos.)

Quisnam *Constantinus* Augustus heic laudetur, dubitare licet. Veri mihi videtur similius, agi heic de *Constantino Magno*. Neque caret exemplis nomen Βασιλέως Imperatoribus inditum a Græcis *Civitates Venetorum* per conjecturam heic subintelligi creduntur. Si pro AI. legeres H. *Factio* in Circensibus nota subintelligi posset.

2 *In Vico* Lamar *in Lusitania.*
Ex P. Argote.

DIVO
FLAVIO
IVLIO
CRISPO
NOB
CAES

Circiter Annum Ch. 317.

3 *In Vico* de Campo *in Lusitania.*
Ex eodem.

D N
IMPERATORI
SEMPER AVG
MAXIMO
MAGNENTIO
TERRA MARIQ.
VICTORI P. ROV
DEDICAVIT

Circiter Annum Ch. 351.

4 *Ferrariæ in Museo Publico.*
Misit amicus vir Joseph Scalabrinius.

DD NN IMPP.
FLAVIO VALENTIN
ET GRATIANO CAESS
VICTORIBVS TRI
VMP SEMP. AVGG

5 *Surrenti.*
Misit Como Neapolit.

D. N. FLAVIO
GRATIANO
SEMPER
AVGVSTO

6 *Valentiæ in Hispania.*
Ex Clariss. March. Maffejo.

PIETATE IVSTITIA FORTITVDINE
ET PLENO OMNIVM VIRTVTVM
PRINCIPI ..... VERO ....
GERMANICO AC VICTORIARVM
OMNIVM NOMINIBVS INLV ...
MA ...... P F INVICT ....
PONT MAX TRIB P V COS IIII. PRO.
ALLIVS MAXIMVS V C LEG ....
PROV HISP TARRACONENS
MAIESTATI EIVS AC NVMINI
DICATISSIMVS

M. Aurelio positam hanc Inscriptionem *Germanici* cognomen indicare videtur. Sed obstant Chronologicæ Notæ. In quem eæ convenire possint, nondum animadverti.

AD CLASSEM QUINTAM, UBI DE CONSULUM FASTIS.

An. U. C. 706.
Ant. Chr. 47.
C. IVLIVS CAESAR DICT. II.
M. ANTONIVS MAG. EQV.
Q. FVFIVS CALENVS) COSS.
G. VATINIVS)

7 *Aquis Sextiis in Museo D. Præsidis Mazaugues, Tessera Theatralis Româ advecta, misit ipse.*

HERMIA

SP.A.D.XV.K.DEC
Q.FVF.P.VAT

Hoc Anno Consules suffecti fuerunt postremis Mensibus *Q. Fufius Calenus*, & *P. Vatinius*, de quibus in hac Tessera mentio est.

An. U. C. 844.
Ær. Chr. 92.
FL. DOMITIANVS IMP. AVG. XVI.) COSS.
Q. VOLVSIVS SATVRNINVS)

8 *In vico* Lupuda *ad Chersonesum Thraciæ.*
E schedis D. le Bohn, misit Bricherius.

............LONIA
LVCIVSIOS..IVRNINO
COS.................LON
D........EC.....

Legendum reor L. VOLVSIO SATVRNINO COS. In Fastis Consularibus occurrit ad Annum Ch. 56. Q. VOLVSIVS SATVRNINVS Consul. Tum ad Annum Ch. 92. occurrit alter *Q. Volusius Saturninus* Consul. Fieri potest, ut ex hoc Marmore alter ex iis Consulibus appellandus sit *L. Volusius Saturninus*.

An. U. C. 874.
Ær. Ch. 122.
M. ACILIVS AVIOLA) COSS.
C. CORNELIVS PANSA)

1 *Placentiæ in S. Auguſtini.*
Miſit Reverendiſs. P. D. Alexander Chiappini
Proc. Gen. Canon. Reg.
In laterculo.

M REVPI BRVT FEST
AVIOLA. ET PANSA COS

2 *Romæ.*
Miſit idem.

AVIOLA ET PANSA COS

An. U. C. 882.
Ær. Ch. 130.
Q. GABIVS CATVLLINVS) COSS.
M. FLAVIVS APER.)

5 *Placentiæ in S. Auguſtini.*
Miſit P. D. Alexander Chiappini
Proc. Gen. Canon. Reg.
In laterculo.

APRO ET CATVL COS
OP DOL EX PR C IVLI STEPHAN

An. U. C. 883.
Ær. Ch. 131.
SER. OCTAVIVS LAENAS PONTIANVS) COSS.
M. ANTONIVS RVFINVS)

6 *Romæ in laterculo,*
apud Abbatem Dominicum Georgium.

PONT. ET RVFIN COS
EX FIG. AVITIAN
T. F. P

An. U. C. 891.
Ær. Ch. 139.
ANTONINVS PIVS IMP. AVG. II.) COSS.
C. BRVTTIVS PRAESENS II.)

7 *In agro Cryptæferratæ nuper effoſſus lapis.*
Miſit amicus doctiſs. Joh. Joſ. Ramagginius.

C. IAVOLENO CALVINO
GEMINIO KAPITONI
CORNELIO POLLIONI
SQVILLAE OVVICACIO
SCVPPIDIO VERO COS.
PROCOS. PROV. BAETIC. LEG. AVG
PROPR PROV LVSITAN LEG LEG III
GALLIC TR CAND DIVI HADRIANI
TR PL CAND Q PROU AFRIC TRIB
MIL LEG V MAC XVIR STLITIB. IVD.

Poſt Hadrianum Auguſtum illuſtris iſte vir floruit; ipſo quoque vivente aliquibus ex hiſce muneribus fungi potuit. Sed quoto anno is *Conſul* proceſſerit, fruſtra in Faſtis exquiſivi, adeo ut Conſul Subſtitutus, aut Honorarius fuiſſe videatur. *Jabolenum* celebrem Juriſconſultum novimus, qui ſub Antonino Pio iiſdem, quibus iſte, temporibus vixit. Attamen alium ab eo *Javolenum* hunc arbitror. Sunt heic Cognomina quædam valde hiſpida, & Romanis auribus ignota; ſed alia non minus peregrina alibi occurrunt.

An. U. C. 876.
Ær. Ch. 123.
Q. ARRIVS PAETINVS) COSS.
C. VENTIDIVS APRONIANVS)

3 *Ibidem, figulina in Capitolio.*
Ex Dominico Georgio V. Cl.

EX FIGL. ANNI. VERI. SALAR. P. P. R
L. VENVLEIO. APRON. Q. ARTIC. PAET. COS.

Non ergo *Ventidius* Apronianus hujus Anni Conſul appellandus in poſterum erit, ſed quidem *Venulejus*. In Figlina Tom. I. a me producta alter Conſul *Arrii* nomen præfert. Heic ille *Articulejus* dicitur. Quum iſtam accuratius deſcripſiſſe mihi credatur Clariſs. Georgius, poſterius nomen anteferendum videtur.

4 *Aquis Sextiis,*
in Muſeo Clariſſimi Præſidis de Mazaugues,
Tegula è Romanis maceriis adducta.
Miſit ipſe.



An. U. C. 892.
Ær. Ch. 140.
ANTONINVS PIVS IMP. III.) COSS.
M. AELIVS AVRELIVS VERVS)

8 *Cereſariæ in agro Mantuano,*
lapis Anno 1739. effoſſus.
Miſit Joſeph Pichi doctiſs. Medicus Mantuanus.

MERCVRIO
Q. LOCCEIVS
SECVNDVS
EX VOTO
ANTONINO III
COS

An. U. C. 893.
Ær. Ch. 141.
M. PAEDVCAEVS SYLOGA PRISCINVS) COSS.
I. HOENIVS SEVERVS)

9 *Figulina in ædibus Capitolinis.*
Ex Abb. Dominico Georgio.

EX . . . .
SEVERO ET SYLOCA COS.

An. U. C. 899.
Ær. Ch. 147.
..... LARGVS) COSS.
..... MESSALINVS)

1 *Beneventi.*
Ex Cl. V. Dominico Georgio Fragmentum.

.... F. CLASSETIVS
.... C. V. NATVS. IIII. IDVS
..... ANNIO LARGO PROSTII
.... MESSALINO COS. VITA FVNC
.... IDVS APRIL. IM. ANTON.
.... III.
... COS. ANN. LXI. DIES XXVIII.
.... MORTVVS. VIXIT. EX. MENS
.... IMP. SEPTIMIO SEVERO
.... ANTONINO COS. ANNIS
.... SIBVS VI. ADLECTVS
.... PRATORIOS. ADIV ....
....

Largum & *Messalinum* ex cognomine tantum agnoscebamus. Ecce *Annii* nomen (si tamen integrum est) addendum Largo. *Prostii* corrupta vox mihi creditur, atque alterius Messalini nomen exhibuisse videtur. Incidit alter Consulatus Antonini, scilicet Caracallæ Augusti, in Annum Ch. 208.

An. U C. 958.
Ær. Ch 206.
NVMMIVS ALBINVS) COSS.
FVLVIVS AEMILIANVS)

4 *Romæ,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

:..:......KAL. FEBR.
:..... INO. ET. FVLVIO AEMILIANO. COS
:..:.IVM. ARTEMIDORVM. C. V. CVRAT ALVEI VRBIS
.... TIBER. ET CLOACARVM

An. U. C. 1000.
Ær. Ch. 248.
M. IVLIVS PHILIPPVS (Senior) IMP. AVG. III.) COSS.
M. IVLIVS PHILIPPVS (Iunior) IMP. AVG. II.)

7 *Pisauri,*
apud Nobiles Passaros.

M. I. PH [illegible] COS III

Literæ istæ in Lucerna occurrunt, ubi visitur Templum Jovis Capitolini cum statuis Jovis, Junonis, & Minervæ. Subest Lupa cum geminis infantibus ejus ubera fugentibus. Heic mentio *M. Julii Philippi Imperatoris* senioris,

An. U C. 911.
Ær. Ch. 159.
M. PLAVTVS QVINTILLVS) COSS.
... STATIVS PRISCVS)

2 *In Monte Christello in Lusitania,*
ex P. Argote,

IVNO MERVRNARVM
QVINTILIO ET PRISCO COS

Scribe QVINTILLO, ut habent omnes Fasti.

An U. C. 924.
Ær Ch. 172.
.... MAXIMVS) COSS.
.... ORFITVS)

3 *In Pannonia.*
Ex Bonfinio.

[illegible] EGNATIVS. LEG. AVG PR. PR.
ET. L. PISO. LEGATVS. LEG.
ORPHITO. ET. MAXIMO. COS.
ITEM. MARCIVS. P. L. SEXTIANVS
EPHESO

An. U. C. 985.
Ær. Ch 233.
.... MAXIMVS) COSS.
.... PATERNVS)

5 *Cliviæ.*
Ex Cupero.

MATRIBVS
ANNA NEPTIS
Q. VETTIVS QVINTVS
OPT. LEG. XXX. V. V. P. F. BA
V S L M MAXIMO ET
PATERNO COSS.

6 *Romæ,*
in SS. Martini & Silvestri.
Misit P. Blanchinius V. Cl.

....
ANN PL M XLI D XIII KAL. NOB
PATERI ET MAXSIMI

An U. C. 1088.
Ær Ch. 336.
FL. POPILIVS NEPOTIANVS) COSS.
.... FACVNDVS)

8 *Senogalliæ penes Illustrifs. Baviera.*
Misit P. D. Joh. Chrysost. Scarfò Mon. Basil.
ex editis Libris Reipub. Liter. notus.

DVLCISSIMAE FILIAE NAVIGIAE
QVAE VIXIT ANN. VIIII. M. VIII.
DEP. VIII. ID. MAI. NEP. ET. FAC. CONS.
BENEMERENTI IN PACE 

Idest *Nepotiano & Facundo Consulibus*, qui ejusmodi Dignitate aucti fuerunt Anno Ch. 336.

An. U. C. 1089.
Ær. Ch. 337.
.... FELICIANVS) COSS.
TI. FABIVS TITIANVS)

1 *In Cœmet. Romanis.*
Ex Marangonio.

CONSTANTIE CONSTANTIVS
FILIVS. DEF. XVI. KAL. DEC. FELICIANO ET
TITIANO CONS.

An. U. C. 1117.
Ær. Ch. 365.
IMP. FL. VALENTINIANVS AVG.) COSS.
IMP. FL. VALEN AVG.)

3 *Ibidem in S. Alexii ad Aventinum.*
E schedis Vallicellianis,
misit P. Joseph Blanchinius.

(*sic*)
QVIENSCE IN PACE MERENS LEONTIA
INCOMPARAVILES QVAE VIXIT IN SAECVLO
ANNIS XXVIII CRESCES MARITVS CONTRA VOTVM
D. IIII. ID. OCTOB. VALENTINIANO. FL. VA........

Circiter Annum Ch. 365. positum fuit hoc Marmor.

An. U. C. 1119.
Ær Ch. 367.
FL. LVPICINVS) COSS.
FL. VALENS IOVINVS)

5 *Romæ in S. Laurentii.*
E schedis Vallicellianis,
misit P. Joseph Blanchinius V. Cl.

HIC SITA SVM MORVM SPECIEM . . . . .
DIGNO IVNCTA VIRO MVLTV . . . .
QVI SIMVL OCCVBVIT ORTA . . . . .
REDDI ANIMA COLV ⁂ GENET . . . . .
ET NVNC AETHERIIS VIVAM IAM . . . .
PERFRVAR VT TE EGREGIIS M . . . . .
VIXIT ANN. LII . . . . .
DECESSIT XVI KAL . . . .
FL LVPICINVS COS.

An. U. C. 1130.
Ær. Ch. 378.
IMP. FL. VALENS AVG. VI.) COSS.
IMP. FL. VALENTINIANVS AVG. II.)

7 *Augustoduni.*
Misit Bricherius Columbus.

MEMORIAE AETERNAE
QVIETAE QVAE VIXIT ANN. I. D. III.
H. VIII. DECESSIT VIII. KAL. NOV
VALENTE VI. ET VALENTINIANO II. CONSS

An. U. C. 1094.
Ær. Ch. 342.
IMP. FL. CONSTANTIVS AVG. III.) COSS.
IMP. FL. CONSTANS AVG. II.)

2 *Romæ in Cœmet. Prætextati.*
Ex Canon. Marangonio.

INNOCENTISSIMO PAVLO ☧
QVI. VIX. M. X. D. XIIII. DEPOSIT. PRID
NON. DECE. IN PACE. CONSTANTIO III. ET.
(*sic*)
COSTATE. II. CONS.

An. U. C. 1118.
Ær. Ch. 366.
FL. GRATIANVS N. P.) COSS.
FL. DAGALAIPHVS)

4 *In Cœmet. Romanis.*
Ex Marangonio.

....TI. FILIAE
....IN IN PACE ☧
...GRATIANO ET
...COSS. V. A. XXI.

Fortassis Anno Ch. 366. quo Consules processere Gratianus & Dagalaiphus.

An. U. C. 1123.
Ær. Ch. 371.
IMP. FL. GRATIANVS AVG.) COSS.
SEX. ANICIVS PETRONIVS PROBVS)

6 *Capuæ,*
in pavimento Templi maximi.
E schedis Philippi Argelati Augustiss. olim Cæsaris à Secretis.

HIC EST POSITA
FORTVNIA
QVAE VIXIT AN. PLVS
MINVS IIII
PARENTES DVLCISSIMAE
FILIAE POSVERVNT
CONSECVTA
EST D VI DEPOSITA
EST VIII KAL. AVG
GRATIANO. II. ET. PROBO

An. U. C. 1135.
Ær. Ch. 383.
FL. MEROBAVDES II. } COSS.
FL. SATVRNINVS

1 *Romæ in SS. Martini & Silvestri.*
E schedis Vallicell. misit P. Blanchinius Presb. Orat. V. Cl.

QVID LOQVAR AVT SILEAM PROHIBET DOLOR IPSE FATERI
HIC TVMVLVS LACRIMAS RETINET COGNOSCE PARENTVM
PROIECTAE FVERAT PRIMO QVAE IVNCTA MARITO
PVLCRA DECORE SVO SOLO CONTENTA PVDORE
HEV DILECTA SATIS MISERAE GENITRICIS AMORE
ACCIPE QVID MVLTIS THALAMI POST FOEDERA PRIMA
EREPTA EX OCVLIS FLORI GENITORIS ABIVIT
AETHERIAM CVPIENS CAELI CONSCENDERE LVCEM
HAEC DAMASVS PRAESTAT CVNCTIS SOLATIA FLETVS
VIXIT ANN. XVI. M. X. DIES XXV. DEP. III. KAL. IAN. FL. ME
ROBAVDE ET FL. SATVRNINO CON

Hæc sic legitur inter Carmina S. Damasi Papæ; at in ea, quam è Schedis Jacobi Valerii ad me misit *Philippus Argelatus* Augustiss. olim Cæsaris à Secretis, in versu nono pro DAMASVS, CLAMANS inscriptum reperitur.

An. U. C. 1139.
Ær. Ch. 387.
IMP. FL. VALENTINIANVS AVG. III. } COSS.
EVTROPIVS

2 *Ibidem in Cœmet. Cyriacæ.*
Ex Canon. Marangonio V. Cl.

DN. MAGNO MAXIMO AVG. II. CONSS
III. IDVS MAIAS FATVM FECIT. LEO ET
DEPOSITVS PRIDIE IDVS MAIAS BENE
MERENTI IN PACE

Geminas Inscriptiones supra dedi pag. 391. & 393. ex quibus sublucere videtur, *Magnum Maximum* Tyrannum Romæ dominatum fuisse: quod quidem ibi negavi Deinde animadverti, ex S. Ambrosii Epistolis revera evinci, eidem Tyranno Romam paruisse. Idem ex hoc Marmore confirmatur. Referenda autem videtur Inscriptio ad Annum Ch. 387. *Fatum fecit*, ideſt vitâ functus fuit, sive mortuus fuit: quæ phrasis insueta in Christianorum Titulis. Atque hinc habes, *Depositionis* nomine Sepulturam signari.

An. U. C. 1144.
Ær. Ch. 392.
IMP. FLAV. ARCADIVS AVG. II. } COSS.
FL. RVFINVS

3 *Ibidem,*
in Cœmet. Prætextati.
Ex Marangonio.

AELIANO BENEMERENTI IN PA
CE DEPOSITVS. XIII. KAL. MART.
D. N. ARCADIO AVG. II. ET. FL. RVFI
NO. V CONSS

Positus Lapis Anno Ch. 392. Pro V. C. hoc est *Viro Clarissimo*, Marmorarius V. tantummodo scripsit.

An. U. C. 1145.
Ær. Ch. 393.

IMP. FL. THEODOSIVS AVG. III.) Cofs. in Oriente.
ABVNDANTIVS)

IMP. EVGENIVS) Conful Tyran. in Occid.

1 *Romæ in SS. Martini & Silveftri.*
Mifit P. Jofeph Blanchinius Presb. Orat. V. Cl.

HIC FVNVS CRVDELE SITVM PRIMAQVE IVBENTA
EREPTVS IVBENIS LIMINA MORTIS ABIT
EVTYCHIVS SAPIENS PIVS ATQVE BENIGNVS
IN CHRISTVM CREDENS PRAEMIA LVCIS ADIT
EVTYCHIVS IACET HIC DECVS VNICVS IPSE SVORVM
. . . . O SITVS QVARTV NONIS OCT.
. . SI THEODOSI AVG. III. ET EVG PN
. . SO ANN. VIIII. M. III

An. U. C. 1146.
Ær. Ch. 394.

FL. ARCADIVS IMP. AVG. III.) COSS.
FL. HONORIVS IMP. AVG. II.)

2 *Ibidem in Cœmet. Prætextati.*
Ex Marangonio.

ASELLA QVE VIXIT ANNOS DVO . . . .
QVINQVE DEPOSITA SEPTIMO . . . .
DOMINIS NOSTRIS ARCADIO E . . . . .
SOTER CONSVLIBVS BENEMEREN . . . .

Pro SOTER, fcribendum videtur HONOR. ideft *Honorio Aug.* Sed cui Anno adfcribendus fit lapis, incertum eft.

An. U. C. 1150.
Ær. Ch. 398.

IMP. FL HONORIVS AVG. IV.) COSS.
FL. EVTYCHIANVS)

4 *Ibidem in S. Euftachii.*
E fchedis Vallicellianis,
mifit P. Jofeph Blanchinius V. Cl.

A ☧ ω BENEMERENTI IN PACE
QVI VIXIT ANNVS QVATTRI (fic) P . . . . .
MOR FILIAE DVLCISSIMAE DEPOSITA
SEPTIMVM KALENDAS SEPTEMBRIS DIE
VENERIS CONSVLATV D. N. HARCADII
IIII. FL. EVTYCHIANI VC ☧ CONS ☧

Nifi Auctor Schedarum, quæ in Vallicelliana Bibliotheca adfervantur, deceptus fuit, in Marmorarium rejiciendus eft error heic nobis occurrens. Is nempe pro *Honorio Harcadium* fcripfit. Illud ipfum H. indicat, fcriptum ibi fuiffe primum, non vero alterum nomen; *Arcadius* enim, non *Harcadius* fcribebatur.

An. U. C. 1148.
Ær. Ch. 396.

IMP. FL. ARCADIVS AVG. IV.) COSS.
FL. HONORIVS AVG. III.)

3 *Ibidem in Cœmet. Cyriacæ.*
Ex Can. Marangonio.

ARCADIO ET HONORIO IIII
DEPOSITA STATVRINA. X. KAL
APRILIS
SABBATIVS MARITVS FECIT

An. U C. 1155.
Ær. Ch. 403.

IMP. FL. THEODOSIVS AVG.) COSS.
RVMORIDVS)

5 *Ibidem in SS. Silveftri & Martini.*
Mifit idem.

REQVIESCENTI IN PACE SACR . . . . .
MANAS VNIVS VT ET RENATAS SNVF
BONIFATIA D̄P VIIII KAL IAN ☧ CONS ☧ S...
MORIDO V. CC C SS (inverse scriptum)

An. U. C. 1177.
Ær. Ch. 425.

IMP. FL. THEODOSIVS IVNIOR AVG. XI.)
FL. PLACIDIVS VALENTINIANVS.) COSS.
CAESAR)

6 *Ibidem,*
Ex eodem.

. . . . . MA QVAE VIXIT
. . . . THEODOS. ET
VALE CONS

An. U. C. 1188.
Ær. Ch. 436.
FL. ANTHEMIVS ISIDORVS } COSS.
SENATOR

1 *Romæ,*
in SS. Silvestri & Martini.
Misit P. Joseph Blanchinius Presb. Orat.

HIC REQVIESCIT AMANTIA QVAE VIXIT
ANN LXV D XV DEP KAL SEPTE
FLL SENATORI ET ISIDORO VV CC IN PACE

An. U. C. 1190.
Ær. Ch. 438.
IMP. FL. THEODOSIVS IVNIOR
AVG. XVI.
ANICIVS ACILIVS GLABRIO } COSS.
FAVSTVS

2 *Extra Romam in S. Pauli.*
Misit idem.

ANASTASIO BENEMERENTI
IN PACE VIRO HONESTO
QVI VIXIT ANNIS P. M. LX. REQVIEVIT
DIE NONAS OCTOBRIS
CONS. ⳩ D̅. N̅
THEODOSI AVG. X . . . . ANSTI ⳩ V. C.

Pertinet ad Annum Ch. 438. Legendum quippe reor: *Theodosi Aug. XVI. & Fausti.*

An. U. C. 1191.
Ær. Ch. 439.
IMP. FL. THEODOSIVS IVNIOR AVG. XVII. } COSS.
FESTVS

3 *Romæ in SS. Silvestri & Martini.*
Misit idem.

DEPOSITVS PVER NOMINE
ANASTASIVS III. KALEND
FEBRVARIAS VIXIT ANNO
MINVS DIES XXXVI
VC FESTO

An. U. C. 1197.
Ær. Ch. 445.
IMP. FL. PLACIDIVS VALENTINIANVS AVG. VI. } COSS.
NOMVS, *seu* NONIVS

4 *Ibid. misit idem.*

HIC DEPOSITVS EST ANTIOCHVS CANDIDATVS PRIMICERIVS
. . . .
☧ POLICIO . . . QVI VIXIT ANVS PM LZ IN PACE VI. KAL
MAR. CONS DOMINI NOST. VALETINIANI (*sic*) AVG VI ET
ABINIO CON SEVERISSIMVS BENEMERITVS

Quid est, quod Valentiniani Collega *Abinius* appellatur?

An. U. C. 1200.
Ær Ch 448.
RVFIVS PRAETEXTATVS
POSTVMIANVS } COSS.
FLAVIVS ZENO

5 *Ibid. misit idem.*

DEP CONSTANS PRES...
IN PACE V NONAS MA...
CONS POSTVMI

An. U. C. 1209.
Ær Ch. 457.
FL. CONSTANTINVS } COSS.
RVFVS

6 *Ibidem in S. Agnetis.*
Misit idem.

DEPOSITVS LEONEDES IN PACE
D IIII NONAS APRIL POST CO̅NS
IOANNIS ET VARANA

An. U. C. 1210.
Ær. Ch. 458.
IMP. FL. LEO AVG. } COSS.
IMP. FL. IVLIVS MAIORIANVS AVG.

7 *Ibid. in SS. Martini & Silvestri.*
Misit idem.

ANNIANVS IN PACE QVI BISSIT AN.
VIII. DP IDVS FEB CONS DN LEONIS

An. U. C 1213.
Ær. Ch. 461.
SEVERINVS } COSS.
DAGALAIPHVS

8 *Ibidem in Cœm. Prætextati.*
Ex Marangonio.

DEP SVRICA XϚ KAL AVG
QVE VIXIT ANNOS
P. M. XII CONS
SEBERINI

An. U C. 1216.
Ær. Ch. 464.
RVSTICVS) COSS.
FL. ANICIVS OLIBRIVS)

1 *Romæ, in S. Sabinæ, Misit P. Blanchinius.*

IN PACE PRAETESTATA VIRGO .....
AVG. CONS. RVSTICI ET OLIBRII

Emendatior quam antea edita.

An U. C. 1222.
Ær. Ch. 470.
IORDANES) COSS.
SEVERVS)

3 *Ibid. in SS. Martini & Silvestri, Misit idem.*



M. AVTENI VIXIT ANNOS
PM XXX. LOC T CONS
SEVERI VC

4 *Extra Romam in S. Pauli. Misit idem.*

LOCVS FLORENTI D. C.
DEP. V. KAL. MAR
CONS. SEVERI

An. U. C. 1239.
Ær. Ch. 487.
FLAVIVS BOETIVS) Conf. fine Collega.

7 *Romæ in S. Laurentii. E schedis Vallicell. misit idem.*

QVIESCIT GENEROSVS EVNVCHVS QVI VIXIT ANN
PL M... DEPOSIT IN PACE VII IDVS OCTOBR
BOETIO V C ETS..... CONS LOC D

Emendatior quam antea ex Sirmondo edita.

8 *Ibidem in S. Agnetis, Misit idem.*

HIC REQVIESCIT ZO. Q. V.
ANNIS PLM LXX DEF
BOETHI VC.

An. U. C. 1217.
Ær. Ch. 465
HERMINERICVS) COSS.
FL. BASILISCVS)

2 *Ibidem, Misit idem.*

. . . .
IN PACE DEP. V. ID. MAR...
BASILISCI ET HERMINERICI

An. U. C. 1235.
Ær. Ch. 483.
FAVSTVS) Conf. fine Collega.

5 *Romæ in S. Clementis. Misit idem.*

VICTORINA QVAE VIXIT ANNVS PLM XXXV
DEPOSITA IDVS MAIAS CONS FAVST

An. U. C. 1236.
Ær. Ch 484.
THEODORICVS) COSS.
VENANTIVS)

6 *Extra Romam, in Basilica S. Pauli, e schedis Vallicellianis Misit idem.*

HIC REQVIESCIT IN PACE PAVLINA
DVLCIS BENIGNA GRATIOSA FILIA
DEP. KAL. SEPT. VENANTIO V.C COSS.

An. U. C. 1241.
Ær. Ch. 489.
ANICIVS PROBINVS) COSS.
EVSEBIVS)

9 *Extra Romam in Basilica S. Pauli. E schedis Vallicellianis, misit idem.*

PETRONIVS IN PACE XVII. KALEN.
..... RIS QVI VIXIT ANNVS LXVI. CONSVLAT
PROBINO VV CC. HIC REQVIESCIT IN P
E BIBE FECIT BISOMAS

Pro *Et Vivus fecit Bisomum* Sepulcrum.

An. U. C. 1246.
Ær. Ch. 494.
TVRCIVS RVFVS APRONIANVS ASTERIVS) COSS.
PRAESIDIVS)

10 *Romæ in S. Clementis, misit idem.*

HIC REQVIESCIT IOHAN NIS VS QVI VIXIT AN



NOS PLM LXXS DEPOSI TVS XIII. KAL. APRIL
CONS ASTERI ET PRESIDI VVCC

Subest Imago Mulieris orantis brachiis extensis. Hic vixit Annos LXXVI.

An. U. C. 1274.
Ær. Ch. 522.
Q. AVRELIVS ANICIVS SYMMACHVS) COSS.
ANICIVS MANLIVS SEVERINVS BOETHIVS)

1 *In S. Angeli in Formis.*
E schedis Did. Mazæ N. V. Salern.
misit Ignat. M. Como Patric. Neapolit.

HIC REQVIESCIT IN PACE ESCORTIA QVAE VIXIT
P. M. ANN. LXV. DE P. SVB X KL. NOVEM. F. F. II
SIMMACO ET BOETIO VV. QVAE VIXIT CVM VIRO
SVO ANN. XLV

2 *Romæ in S. Pancratii.*
Misit P. Blanchinius V. Cl.

HIC REQVIESCIT IN PACE
PETRONIA QVI VIXIT ANNV VNV
MENSIS VII D. QVINDECI DEPOSITA IN
PACE SVB DIE PRIDIE NONAS IVNIAS
CONSVLATVS SYMMACHI ET BOETI VIRIS
CONSVL

An U. C. 1277.
Ær. Ch. 525.
Proh igitur vaferrimum, & itinerantium omnium mendaciſſimum, Pauſaniam! Qui Prytanei ſæpe facta mentione, non locum nobis exhibet cibationibus ſolummodo deſtinatum; ſed & Curiam urbis; ſed & templum & penetrale Veſtæ; multa habens οἰκήματα, ſacra quædam, quædam & communia; atque inter communia, unum quidem cœnationem, Græce ἑςιατόριον dictum. Athenis vero percurrens celebriora Urbis monumenta, Πλησίον (inquit) Πρυτανεῖόν ἐςιν, ἐν ᾧ νόμοι τε οἱ Σόλωνός εἰσι γεγραμμένοι, καὶ Θεῶν Εἰρήνης ἀγάλματα κεῖται καὶ Ἑςίας. Ἀνδριάντες δὲ ἄλλοι τε καὶ Αὐτόλυκος ὁ Παγκρατιαςής. Τὰς γὰρ Μιλτιάδυ καὶ Θεμιςοκλέυς εἰκόνας ἐς Ῥωμαῖόν τε ἄνδρα καὶ Θρᾷκα μετέγραψαν. *Prope eſt Prytaneum, in quo ſcriptæ Solonis leges: poſitæque ſunt Dearum Pacis & Veſtæ ſtatuæ. Sunt illic aliæ quoque ſtatuæ; quin & Antolycus Quinquertio victor. Miltiadis enim & Themiſtoclis imagines mutatis Inſcriptionibus ad Romanum quendam & Thracem jam fuerant translatæ*. Vid. Pauſan. Lib. 5. Cap. 15. lib. 1. cap. 18.

Sed neque oppidum fuit tam ignobile Sigeum. Illud quidem, jam direptum, oppidum vocant Mela & Plinius. At urbs fuit Herodoto primas in tota Troade ante novum Ilium exortum ferens; diutini inter Athenienſes & Mitylenæos belli & cauſa, & præmium, propoſita; florens opibus literiſque poſtquam illuc commigraverint Athenienſes; regnata mox Hegeſiſtrato Piſiſtratidæ, & Hippiæ ejus fratri optabile perfugium præſtans. Sed ut hæc omittam; qui ſacro Prytanei honore, & magnificentia, præluxit, non potuit non eſſe opulentus & ornatus locus. Alere igitur potuit, aut ſaltem ad ſe arceſſere Statuarios. Sat diu enim ante Euclidem Archontem, & publice ab eo acceptum Samium Alphabetum claruere Dipœnus & Scyllis, Solonis æquales, ſtatuarii; aliique, inquit Plinius, lib. 36. cap. 5., & 6. à primâ uſque Olympiade fuere. Hinc Delphis leguntur poſiti Cleobis & Biton; Athenis Harmodius & Ariſtogiton; poſiti item in Prytaneo Miltiades & Themiſtocles; poſitæ etiam & Romæ (quæ à Græcis hoc didicerat) regnante Tarquinio Priſco, non paucæ Statuæ; poſitus & ipſe Romulus, anno U. C. 16., à Victoria coronatus in Vulcani æde. Hæc vero quid commemorem? cum millenis ante Euclidem annis viguerit Sculptura Statuarum; docente nos doctiſſimo Pauſaniâ, ſub Polycrate quidem Samio æs primo fuſum, at à Danai uſque temporibus Ξόανα, hoc eſt, ſculpta ligno, aut lapide, ſimulacra, ut infinito pene numero, ita ſummo fuiſſe in honore. Ad Statuarum formam quod attinet, eam antiquitus fuiſſe Mercurialem, hoc eſt, columnarum modulo, quadratam, & prælongam, erudite notat Clemens Alexandrinus Stromat. 1. adducens ſcilicet è deperdito Poëta . . . κίονα μακρὸν ἀνάσσης, ideſt *prælongam Junonis Statuam*. Nam (ut inquit ille) πρὶν ἀκριβωθῆναι τὰς τῶν ἀγαλμάτων σχέσεις, κίονας ἱςάντες οἱ Παλαιοὶ ἔσεβον τούτυς ὡς ἀφιδρύματα τῦ Θεῦ, ideſt: *Cum nondum exquiſito habitu perfecta fuere ſimulachra, columnas figebant veteres, eaſque ut Numinis Statuas adorabant*. Vid. & Admonit. ad Gentes pag. 29. & Pauſan. lib. 4. c. 33.

(6) Vide notam inferius numero 34. ſignatam.

En, Lector, Inſcriptionem, nec ductu longam nec inſigni aliquâ materiâ præ cæteris notabilem; at criteriis certè grammaticis, antiquiſſima illa tempora teſtantibus, omnes quaſcunque alias poſt ſe facilè relinquentem. Quæ autem & qualia iſta fuerint ſuo nunc ordine notabitur; obſervatiſque primùm quæ ad elementa Inſcriptionis attinent, poſtea dictionem ejus & materiam breviter excutiemus.

I.

Primò igitur neceſſe eſt ut in legentis oculos incurrant antiquiſſimâ illâ formâ ſignatæ literæ: Α, Γ, Δ, Θ, Λ, Μ, Ν, Ζ, Χ, Τ: è quibus duæ Palamedeæ dictæ, Θ nempe & Χ, primâ illâ & vetuſtâ, quæ inventori placuit, figurâ ſunt conſpicuæ. At cæteræ multo vetuſtiores Cadmeas ſe facilè fatentur, & formam à Phœniſsâ vix leviter mutatam gerunt. Quod ad Γ attinet, & Λ, & Σ; comparent hæ quidem more Attico exaratæ, in duobus illis monumentis, huic noſtro & pretio & raritate proximis (7) quorum ſpecimen eruditiſſimus D. de Montfaucon, e Muſeo Baudelotiano, tantâ cum laude protulit. Eædem vero hic Sigei nunc ad dextram nunc ad ſiniſtram verſæ, Æolicum magis uſum & characterem ſapiunt. Tales ſunt certè, quales (8) Etruſca ſervant monumenta, quæ ignotâ linguâ Æolicâ, & Græcis inverſis literis ſiniſtrorſum ſcripta, Eugubii olim & Peruſiæ in Italiâ eruta fuere. Illa etenim cum his noſtris ſi quis diligentius conferat, videbit ſtatim, in linguis tam diſparibus, miram quandam elementorum cognationem. Ipſiſſimæ enim inuſitatæ literæ, cum geminatâ illâ vocum interpunctione, in utriſque ſimiles occurrunt. Utraque ſcilicet teſtatur Æolicarum olim gentium in diverſa migrationem: Hinc in Italiam; ubi (9) lingua Æolica, inter Opicam, Etruſcam, Umbram, penitùs ſepulta, poſtea emerſit in Romanam: illinc in Lesbon & vicina Aſiæ; ubi à doctiſſimis Poëtis lingua eadem exculta & ornata floruit. Æoles verò recentiores è Mitylenâ urbe Lesbiâ profecti novam iterum coloniam in Troadem deportârunt. Unde toti ferè (10) regioni dialectum ſuam, adeòque Sigeo ab ipſis condito, ſine omni dubio, intulêre.

II.

Proximam Inſcriptioni laudem Ionica vetus aſpirata, in eâdem toties repetita, non immeritò ſubminiſtrat. Η inquam aſpirata; vocalis iſtius longæ vicem non adhuc gerens, ſed octavum in alphabeto locum, ut ח Hebræorum, utque H Latinorum occupans; ejuſque adhuc retinens teſtimonium, quod ab eo uſque tempore inter numeralia octo denotaverit. Eandem itaque aſpirationem tum olim lectioni præſtitit, quam Grammatici recentiores per uncinulum maluerunt exprimi. Antiquorum hoc cenſebat proprium ſub Marco Imperatore (11) Convivator ille Athenæi: Et clara rei Exempla (ultra lapides Baudelotianos, & ΗΕΚΑΤΟΝ vulgo obſervatum) ΗΤΨΑΣ, ΗΙΜΕΡΑΙΟΝ, ΗΙΣΜΕΝ, proferuntur, ex antiquis nummis, (12) a præſtantiſſimo Spanhemio. Quâ ille fretus autoritate, contra omnia librorum omnium exemplaria, Ἰσμήνην & Ἰσμηνὸς aſpirari debuiſſe docuit. Ideoque & nobis nunc idem de voce Ἡθμὸς teſte tanto lapide affirmabitur. Hoc ipſum certè, unus è grammaticorum ſcholâ, Græcus ille Apollonii ſcholiaſtes diſertè monuit: (c) Quippe cui lapideam hanc grammaticam propriis fortaſſe oculis uſurpaſſe contigit. Quid verò? Apud Henricum Stephanum, judicem cætera acutiſſimum, abreptum tunc numero contradicentium, fidem non invênit. At poſthàc certè in claſſe Lexicographâ Ἡθμὸς jure optimo aſpiratam geret. Sed de vocibus ΗΑΙΣΟΠΟΣ & ΗΑΔΕΛΦΟΙ non eſt cur idem ſentiamus. Quia hæ ex articulis ὁ & οἱ mediante ſynalœphâ ſunt enatæ. Quæ interim felicitas: Cadmeum illud elementum quater in hoc uno marmore repertum iri, cùm tota hactenus penus antiquaria tam pauca ejus exempla ſuppeditaverit!

III.

Eſt & ſuum adhuc pretium monumento, quod E & O vocales unâ ſemper figurâ, & ſeu breves, ſeu

(7) Vid. Montfauconii Palæographiam Græcam lib. 2. cap. 4. *Nihil* (inquit ille) *vetuſtius adhuc in marmoribus repertum eſt binis Inſcriptionibus Athenienſibus, Ionico veteri charactere conſcriptis, quæ ab illuſtriſſimo D. Marchione de Nointel, Regio in aulâ Conſtantinopolitanâ Oratore, Athenis, opera D. Galland erutæ ſunt. —— Hæ autem Inſcriptiones temporis notam præferunt; ambæque erectæ ſunt tempore Peloponneſiaci Belli. Prima vero ſtatim poſt Cimonis egregii Athenienſium Ducis mortem, annis circiter 450. ante Chriſtum natum, poſita eſt. Vulgaribus illa typis ita legitur*: Ερεχθεΐδος. οἵδε ἐν τῷ πολέμῳ ἀπέθανον ἐν Κύπρῳ, ἐν Αἰγύπτῳ, &c.

(8) Vid. Gruteri Corpus paginis CXLII. & CXLV. & conferantur notanda illic monumenta cum Etruſcorum veterum ſepulchris, editis à Petro Sanctio Bartolio, Fig. XCI., XCII., XCIII., XCIV., XCV., XCVI. in Theſauro Græcarum Antiquitatum Gronoviano, Vol. XII. pag. 74., &c.

(9) Vid. Dionyſii Halicarnaſſenſis Antiq. Rom. lib. 1. cap. 89. Ῥωμαῖοι δὲ φωνὴν μὲν οὔτ' ἄκραν βάρβαρον, οὔτ' ἀπηρτισμένως Ἑλλάδα φθέγγονται, μικτήν δέ τινα ἐξ ἀμφοῖν, ἧς ἐστὶν ἡ πλείων Αἰολίς. Ideſt: *Sermone Romani loquuntur, non ad extremum barbaro, neque perfectè Græco, ſed diverſo, ex utriſque mixto, majorem partem Æolica.*

(10) Strabo lib. 13. oram Troadis maritimam deſcribens τὸ παλαιὸν (inquit) ὑπὸ τοῖς Αἰολεῦσιν ἦν τὰ πλεῖστα. ὥστε Ἔφορος οὐκ ὀκνεῖ πᾶσαν τὴν ὑπὸ Ἀβύδου μέχρι Κύμης καλεῖν Αἰολίδα. Ideſt: *Olim ſub Æolenſibus iſta ferè omnia fuere; adeo ut Ephorus totam illam ab Abydo Cumam uſque oram non vereatur Æolida vocare.*

(11) Vid. Athenæi Deipnoſophiſt. lib. 9. cap. 12. Οἶμαι δὲ καὶ διὰ τοῦ Η στοιχείου τυπώσασθαι τοὺς παλαιοὺς δασεῖαν. διόπερ καὶ Ῥωμαῖοι πρὸ πάντων τῶν δασυνομένων ὀνομάτων τὸ Η προγράφουσι. Ideſt: *in eâ ſum ſententiâ veteres perelementum* H *denſum ſpiritum ſignaſſe; ideoque & Romani in ſingulis Vocabulis denſiore ſpiritu prolatis anteponunt* H.

(12) Vid. Spanhemium de præſtantiâ & uſu numiſm. Antiq. Diſſert. 2. p. 95. *Alia veterum illorum nummorum qui —— extra Atticam cuſi, ratio habenda eſt: in quibus illud* H *non literam —— ſed aſpirationis notam, ſicut in Cadmeo Græcarum Literarum Alphabeto, ubi ἐπισήμου vicem demum præſtitit, continuo arguit. Tales utique antiqui Himeræ in Sicilia nummi, qui non* ΙΜΕΡΑ vel ΙΜΕΡΑΙΩΝ ſed ΗΙΜΕΡΑΙΟΝ & ΗΙΜΕΡΑ, *cujuſmodi apud Parutam videas, ſunt inſcripti, quingentis proinde ac ſupra forte ante Chriſtum annis. Adde in Selinuntiorum in eadem Siciliâ nummis* ΗΤΦΑΣ pro ΤΦΑΣ —— & *extra Siciliam in Bœotiæ oppidi Iſmenes nummo* ΗΙΣΜΕΝ *apud Goltzium*, Tab. XVII.

(c) Ἡθμὸς δασύνεται clamavit olim eruditiſſimus Apollonii Scholiaſtes. Ἡθμὸς δασύνεται vetuſtæ ſervator Orthographiæ, vetuſtus nunc clamat Lapis. His vero non auditis, verba Henrici Stephani recoxit Vir doctiſſimus, contrarium ab exemplaribus, & à compoſito ἀπηθέω, ſuadere tendens. Sed erraſſe potius Grammaticos, vetereſque exemplarium exſcriptores, tam fido nunc adjutus teſtimonio, Scholiaſtes vincet. Interim rectè non procedit à compoſitis ad ſimplicia Virorum doctiſſimorum argumentum. Nam, præter omnia Ionica, in communi etiam dialecto quædam ſimplicia aſpirata amittunt in compoſitione aſpirationem. Atque hoc quidem compoſita vocis Ἥλιος, ἀπηλιώτης, ἀντήλιον, & alia id genus luculente monſtrant. Non equidem is ſum, qui ob detectum ſero nimis errorem, omnia ubique exemplaria protinus mutanda cupiam. Sed cum plurima ſint ſimplicia nunc leni, nunc aſpirata inſignita; idque ob nullam aliam rationem, niſi quia de vera eorum aſpiratione dubitaverint Grammatici; in hac ſaltem claſſe à Lexicographis & ἠθμὸς accenſum velim. Talia ſunt ἕρση & ἔρση, ἑσμὸς & ἐσμὸς, ὅλμος & ὄλμος, ἅλυσις & ἄλυσις cum ſimilibus. Scholiaſtæ interim verba ſic ſe habent ad lib. 1. verſ. 1294. τὸ δὲ Ἡθμὸς δασύνεται, καίτοι τὸ η̄ ἔχον πρὸ τοῦ θ', τῇ ἐννοίᾳ οὐ ἤδη μέλλοντος δασυνομένου.

ſeu longæ fuerint, ſine ulla variatione monſtret: id quod ad minimum ætatem Inſcriptioni aſſerit (13) Euclide Archonte Athenienſium, ſi non & (14) Simonide poëtâ melico priorem. Grammaticam enim jam mutaverat Simonides, aut quicunque is alter fuerat qui E longum per H, O longum per Ω, primus ſignare docuit. Et novitatem illam miro paſſim conſenſu Iones adoptabant, circa quingenteſimum ante Chriſtum Servatorem annum. Unæ ſolummodo Athenæ centum fere annis reſtitere: unde factum ut Cadmeæ literæ non rarò apud hiſtoricos ſub Atticarum nomine celebrentur. Sed tandem (15) Samiorum ſuaſu, Archonte tum Euclide, receptum & Athenis fuit, autoritate publicâ, Ionicum illud recens Alphabetum. Sami illud adornaverat Calliſtratus, & poſt reperta Cadmi, Palamedis, & Simonides, in eam, quæ nunc obtinet, normam atque numerum redegerat. Exolevit ex eo tempore per univerſam Græciam grammatica ſimplex, & Cadmeæ proxima, ſuccedente illâ alterâ quæ (16) poſt Euclidem & rata & nominata fuit. Et rata, inquam, & nominata; quia uſu ſaltem ante Euclidem, & privatâ paſſim ſcriptione, vocalium longarum formam invaluiſſe conſtat. Euclide enim antiquior (17) Euripides η literæ figuram in Θησέως nomine deſcripſit; & Plato poſt illius magiſtratum annos haud viginti natus, geminæ iſtius mutationis in alphabeto factæ, idque in Catylo ſub perſona Socratis, illo jam tempore ut antiquæ meminit (18). *Non η antiquitùs, ſed ε (inquit ille) utebamur*. Et paulò antè, *antiquiſſimorum alii non* ἡμέραν *ut nunc dixere, ſed* ἱμέραν, *alii vero* ἑμέραν. Iterumque ἔρως *antiquitùs vocabatur* ἔσρος: *ο enim loco ω in uſu fuit; at, ob ο in ω mutatum*, ἔρως *nunc vocatur*. Fortunatum igitur lapidem, qui ſcripturam illam, pluſquam bis mille abhinc annis Platoni pro antiquâ habitam, ſalvam adhuc, genuinam, & autographam, noſtro ſervavit ſeculo; forſan & futuris ſervat!

I V.

His demum accedit & aliud illud antiquitatis non ignobile indicium, quod genitivi caſus, in ου nunc rectè terminati, hîc tamen per ο nudum perpetuo efferantur. Hoc nos iterum remittit ad convivium (19) Athenæi; in quo Achæus adducitur Poëta, poculum quoddam antiquum Διονυσο inſcriptum referens. De eo autem ſic concluſum à ſophiſtis; abeſſe illinc elementum υ, quia ο nudum, loco ου diphthongi, omnibus olim antiquis in uſu fuit. Sed & rem ipſam, & rationem rei, & alia multa huc ſpectantia (20), Quintilianus appoſitè notavit. *Orthographia* (inquit ille) *conſuetudini ſervit, ideoque ſæpe mutata eſt: Nam illa vetuſtiſſima tranſeo tempora, quibus & pauciores literæ, nec ſimiles his noſtris earum formæ fuerunt, & vis quoque diverſa: ſicut apud Græcos ο Literæ, quæ interim longa & brevis ut apud nos; interim pro ſyllabâ, quam nomine ſuo exprimit, poſita eſt*. Similis inter (21) ε & ει interceſſit ratio. Cùm enim quinta illa alphabeti litera nomine ſuo proprio non aliud quam ει exprimeret, hinc factum ut ε & ει pro ſe invicem promiſcuè ſcriberentur. Scribere ſcilicet ut loquebantur diu fuit uſitatum: ideoque cum rectiùs inſcribi debuiſſet, Σιγειευς, μελεδαινειν, εποιησεν, pro receptâ tamen locutione, tale non eſſe demonſtravit.

(13, 14, 15, 16) Ad illuſtranda ſingula loca quæ hic hiſce cifris inſigniuntur, adducenda eſt Alphabeti Græci Hiſtoria ex Gloſſographis, & Scholiaſtis decerpta. Horum is maximè audiendus qui Euripidem enarrans in Phœniſſis verſ. 688. Σοὶ νιν ἔκγονοι κτίσαν, voces Σοι ἔκγονοι non in recto plurali, ſed ex more veteris ſcripturæ, in dativo ſingulari legit. Γράφηται (inquit) σῷ νιν ἐκγόνῳ κτίσαν.) Ἵν' ᾖ, τῷ ἐκγόνῳ σοῦ τῷ Κάδμῳ αἱ θεαὶ κατέκτισαν τὰς Θήβας· γέγονε δὲ περὶ τὴν ἀρχὴν ἁμάρτημα. ἐπ' Ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησιν Εὐκλείδου, μήπω τῶν μακρῶν εὑρημένων, τοῖς βραχέσιν ἀντὶ μακρῶν ἐχρῶντο, τῷ ε ἀντὶ τοῦ η καὶ τῷ ο ἀντὶ τοῦ ω. ἔγραφον οὖν τῷ δήμῳ μετὰ τοῦ ι δήμοι. μὴ νοήσαντες δὲ ὅτι κατὰ τὴν ἀρχαίαν γραφὴν καὶ δεῖ μεταθεῖναι τὸ ο εἰς τὸ ω μέγα, ἐτάραξαν τὸ νοητόν. Ideſt: *Scribatur* Σῷ νιν ἐκγόνῳ κτίσαι, nam jam Σοὶ ἔκγονοι· *ut ſit ſenſus, derivato à te Cadmo Divæ condidere Thebas. Error verò à principio eſt obortus. Euclide enim Athenis Archonte, cum nondum inventæ longæ literæ fuerunt, brevibus longarum loco utebantur; ε nempe loco η, & ο loco ω.* Δήμῳ *igitur adjecto ι* Δήμοι *tunc ſcripſere: Ii vero quibus non in mentem venerit vetuſtum* illud ο *in* ω μέγα *convertere, intellectum verſus perturbârunt*. In hoc uno tamen erravit ſcholiaſtes, quod vocales iſtas longas ſub Euclide inventas crederet. Prius enim inventæ à Simonide, ſparſim deinde ab Ionibus uſu celebratæ, poſtea à Calliſtrato Samio in claſſem atque ordinem redactæ, tandem ſub Euclidis magiſtratu in publica Athenienſium monumenta ſunt admiſſæ. Clarè hæc & diſtinctè, quamvis ſub diverſis titulis à Suidâ tradita accepimus: in Σιμωνίδης nempe, προσεξεῦρε δὲ καὶ τὰ μακρὰ τῶν στοιχείων καὶ τὰ διπλᾶ. Ideſt adinvenit Simonides literas longas duplicesque; in Ἀττικισμός, ---- Ἀττικοῖς γράμμασιν Δημοσθένης .... ἀντὶ τοῦ παλαιοῖς. Τὴν γὰρ τῶν κδ' στοιχείων γραμματικὴν ὀψέ ποτε παρὰ τοῖς Ἴωσιν εὑρεθῆναι. Ideſt: *Demoſthenes Literas Atticas quaſi Antiquas dicit: illam enim ad viginti quatuor literas ſpectantem Grammaticam ab Ionibus ſeriùs inventam*: In Σαμίων ὁ δῆμος, —— παρὰ Σαμίοις εὑρέθη πρώτοις τὰ κδ' γράμματα ὑπὸ Καλλιστράτου, ὡς Ἄνδρων ἐν τρίποδι. τοὺς δ' Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τοῖς Ἰώνων γράμμασιν Ἀρχῖνος ὁ Ἀθηναῖος ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλείδου. Ideſt: *apud primos omnium Samios viginti quatuor literæ à Calliſtrato ſunt inventæ, ut Andron in tripode teſtatur. Athenienſibus verò, ſub Archonte Euclide, autor fuit Archinous Athenæi filius ut Ionum Literis uterentur*. Nomen hinc exortum τῆς μετ' Εὐκλείδην Γραμματικῆς, ideſt: *poſt Euclidem Grammaticæ*: unaque emicuit nota temporis in Inſcriptionibus certiſſima: quâ uſus olim Plutarchus monumentum quoddam vulgò Ariſtidis creditum, tale non eſſe demonſtravit. χρόνῳ πολλῷ νεώτερον (inquit ille in Ariſtidis vitâ) ideſt *longo tempore juniorem*: ὡς ἐλέγχει γράμματα τῆς μετ' Εὐκλείδην, ὄντα Γραμματικῆς, ideſt *ut probant literæ quæ Grammaticæ ſunt poſt Euclidem uſurpari cœptæ*. Ab hâc tamen regulâ excipiendæ ΘΕ & ΑΤΗΕ, aut ΑΘΕ, in Thebanorum Athenienſium nummis percuſſæ literæ, diu poſt Euclidis tempora, ob amorem & honorem vetuſtatis, à nobiliſſimis civitatibus retentæ.

(17) Notum illud Euripidis eſt Commentum, quo, à Paſtore Literarum imperito, ΘΗSEVS nomen ſignis ſic innuitur. Vid. Euripidem in Fragm. & Athenæum lib. 10. cap. 20.

Τὸ δεύτερον δὲ πρῶτα μὲν γραμμαὶ δύο·
Ταύτας διείργει δ' ἐν μέσαις ἄλλη μία.

Ideſt: Iambis Grotianis, H vocalis, ſic depicta;

Loco ſecundo lineæ apparent duæ,
Quas limite una media diſpeſcit ſuo.

(18) Græca Platonis in Cratylo ſic ſe habent, οὐ γὰρ η ἐχρώμεθα ἀλλὰ ε τὸ παλαιόν· cujus exemplum antea attulit, οἱ μὲν ἀρχαιότατοι ἱμέραν τὴν ἡμέραν ἐκάλουν, οἱ δὲ ἑμέραν· iterumque, ἔρως ἀπὸ τοῦ ἐσρεῖν ἔσρος τό γε παλαιὸν ἐκαλεῖτο. τῷ γὰρ ο ἀντὶ τοῦ ω ἐχρώμεθα. νῦν δὲ ἔρως κέκληται διὰ τὴν τοῦ ω ἀντὶ τοῦ ο μεταλλαγήν.

(19) Athenæi Deipnoſophiſta Achæum Poëtam citans, & de poculo agens literato habente τοῦ Διονύσου τὴν τελευταίαν συλλαβὴν διὰ τοῦ ο μόνου ὡς βραχέως ἐγκεχαραγμένην. Ideſt: *ultimam Dionyſου Syllabam per ο ſolummodo quaſi compendioſè ſculptam*, adjecto rem ſic ornat commentario, ἐν τούτοις λείπει τὸ υ στοιχεῖον ἐπεὶ πάντες οἱ Ἀρχαῖοι τῷ ο ἀπεχρῶντο, οὐ μόνον ἐφ' ἧς νῦν τάττεται δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ ὅτε τὴν δίφθογγον διασημαίνει. Ideſt: *in his deficit elementum υ, quia antiqui omnes ο utebantur, non ſolum ea qua nunc valet poteſtate, ſed etiam cum diphthongus ſignificanda fuerat*. Athen. lib. 11. cap. 5.

(20) Vid. Quinctilianum de Inſtit. Orat. lib. 1. cap. 7. de Orthographiâ.

(21) Vid. Excerpta Athenæi à Caſaubono in annotationibus adducta, ubi regula illa Grammaticalis ſic concepta traditur: πάντες οἱ Ἀρχαῖοι τῷ ε ἀντὶ τοῦ ει στοιχείῳ προσεχρῶντο, παραπλησίως καὶ τῷ ει ἀντὶ τοῦ ε. quorum is eſt ſenſus genuinus, *antiqui omnes ε & ει, quin & ſimili modo ει & ε promiſcuè uſurpabant*. Caſaub. ad Athen. lib. 11. cap. 5.

loquelâ Σιγεας, μελεδαινειν, εποιησεν, hic noſter lapis Sigeus exhibet.

V.

Poſt ſingula hæc criteria, ſuis quæque ab autoribus firmata, uno omnia intuitu contemplari libet (22) connexa ab Herode Attico. Vir ille conſulari dignitate, nec minùs omnigenâ eruditione fulgens, Criticen (23), teſte Philoſtrato, omni ſtudio exercuit, & veteribus ſe totum dedit. Cùm igitur deſederet in ſuburbano ſuo, & novas, quas ſacraverat columnas, curioſiùs inſcriptas vellet; ſpretâ ævi ſui, hoc eſt Antoniniani, ſcriptione, epigraphen puram putam *Archaïcam* confinxit, ſingulis ſyllabis atque literis ad exemplar antiquitatis factam. Hanc publico literarum bono ſervavere horti Farneſiani; à Salmaſio olim ſingulari quodam tractatu explicatam, & à Grutero immortali corpori, paginâ viceſimâ ſeptimâ, inſertam. Erit igitur nec injucundum, ſi poſtulante ſic operis ratione, è penu huc illam Gruterianâ depromamus. Sic veteris ſcripturæ genium facillimo hoc compendio indagabimus: & unus inſtar omnium Herodes 'Αρχαῖα nos Γράμματα docebit; hoc eſt, ſcriptura recentiore, ὐδενὶ θεμιτὸν μετακινῆσαι ἐκ τῦ Τριοπίυ ὅ ἐςιν ἐπὶ τῷ τρίτῳ, ἐν τῇ 'Αππίᾳ τῷ 'Ηρώδυ ἀγρῷ. ὐ γάρ λῷον τῷ κινήσαντι. Μάρτυς Δαίμων 'Ενοδία .... κ' κίονες Δημητρ☉ κ' Κόρης 'Ανάθημα, κ' χθονίων, ideſt: ***Nemini fas dimovere è Triopio, quod eſt ad tertium, in viâ Appiâ, in Herodis agro. Optabit enim non dimotum qui dimoverit. Teſtis Dea Trivia ...... columnæque Cereris & Proſerpinæ donarium, & inferorum Deorum.*** Poſitâ jam ante oculos & noſtrâ & Herodianâ Tabulâ, ac lineamentis tam ſimilibus in utrâque ſe prodentibus, magiſne tanti viri ingenium laudabimus, an fortunam noſtram? Verum utique Herodes picturam antiquitatis dedit: Nos ipſam damus antiquitatem.

V I.

Tria interim ad has columnas obiter notanda ſubeunt. Horum primum; D, L, & R Literas in Græcarum claſſe comparuiſſe: unde & Herodis calculo ſententia Plinii confirmatur (24), qui ex Delphicâ priùs tabulâ indicaverat, veteres Græcas literas eaſdem fuiſſe pene ac Latinas. Neque diſſentit ab his Tacitus, quo autore ***forma literis Latinis, quæ veterrimis Græcorum.***

Secundum eſt Triopium, Cnidii illud & Templi & Promontorii nomen, ad villam in viâ Appiâ tranſpoſitum; id, quod autorem indicat, quo potiſſimum, in hâc tam criticâ Inſcriptione adornandâ, uſus eſt Herodes. Theageni enim Cnidio in criticis Eum operam dediſſe, Philoſtratus memoriæ prodidit.

Tertium notatu neceſſarium eſt χ litera Palamedea, in voce χθονίων, rectangulam crucem præferens, adeoque ad ſummæ antiquitatis normam a Theagene & Herode picta. Marmor enim Baudelotianum, quadringenteſimi & quinquageſimi ante Chriſtum anni, eandem, ut in recentiori alphabeto, oblique decuſſatam exhibet. At noſtrum altius aſſurgens planè in voce τασχω primævam retinet figuram, & inventori Palamedi, & reſtitutori Herodi conſonam. Hoc igitur ſi citius comparuiſſet, non ita ad Herodianos lapides impegiſſent Critici. Nunc verò, ipſe ille in his ſtudiis nobiliſſimus Coryphæus, Dominus B. de Montfaucon καταχθονίων pro χθονίων incautè legens, hæc a ſcopo aberrantia commentatur. *Quod ſingularius eſt* (Palæograph. Gr. lib. 2. cap. 4.) *κατα compoſitum cruce deſignatur hac ratione, ✠θονίων pro καταχθονίων inferorum; ubi etiam vides Literam χ omitti*. Sed purè illic legitur χθονίων θεῶν, ideſt ***inferorum Deorum***: ut χθόνιος Ζεὺς pro "Αδης apud Heſychium: & ipſa illa χ falsò omitti credita, ſic olim ✠, ad inſtar crucis, inter veteres Iconicas ſignabatur.

V I I.

Sed loco nunc ultimo notabitur quod primo forſitan lectorum in admirationem rapit; rarum iſtud Βυςροφηδὸν ſcribendi ſchema, ab inflexione verſuum, boum arationem imitantium, ſic Græcâ dictum. Ejus unicum hoc exemplum inter omnes ubique reliquias antiquitatis extat; nec niſi unum olim innotuit Pauſaniæ, dignorum viſu monumentorum diligentiſſimo exploratori. Id (25) ille in arcâ Cypſelicâ vocatâ reperit, Olympiæ tum ſacrata in Junonis templo: Quæ tamen aliquando Periandri Cypſelidæ fuerat, unius è ſeptem ſapientibus; ejuſdem qui, belli arbiter electus, Sigeum Athenienſibus adjudicavit. Sed & alterum rei exemplum & ipſe quoque alter ſapientûm Solon Athenienſis præbuit. Nam eo ille tempore, Periandri æqualis & amicus, leges ſuas βυςροφηδὸν inſcripſit: Leges æquitate ſuâ & prudentiâ admirandas, ſed nec minùs ſcripturæ ſchemate hinc illinc longè famigeratas. Hoc igitur tum Athenis occurrente, cùm Sigeum in poteſtatem Athenienſium Periandro judice devenerat, & cognatis jam virorum tam illuſtrium monumentis paſſim per ora hominum volitantibus, quid mirum ſi Sigeorum aliquis & victori populo, & Soloni legiſlatori, & arbitro litis Periandro, eodem ſcribendi ſchemate placere ſtuduit? Maximè, ſi in memoriam revo-

(22) Eo plane fine concepta eſt Inſcriptio Herodiana, literis ſcilicet obſoletis, ex antiquitate ultimâ petitis, quamvis contrarium ſenſerit magnus Joſ. Scaliger, formaſque iſtas inuſitatas ad M. Antonini uſque Tempora continuatas crediderit.

(23) Ita Philoſtratus in Herodis Vitâ, τοῖς δὲ κριτικοῖς τῶ λόγων Θεαγένει τε τῷ Κνιδίῳ κ' Μυνατίῳ τῷ ἐκ Τραλλέων συνεγένετο. Ideſt *cum viris rei criticæ peritis Theagene Cnidio & Munatio Trallenſi eſt verſatus*, & paulo poſtea, προσέκειτο μὲν πᾶσι τοῖς παλαιοῖς, *priſcis omnibus incubuit*.

(24) Plinii Nat. Hiſt. lib. 7. cap. 57., & 58. *Gentium conſenſus tacitus primus omnium conſpiravit, ut Ionum literis uterentur. Veteres Græcas fuiſſe eaſdem pene quæ nunc ſunt Latinæ, indicio erit Delphica tabula antiqui æris quæ eſt hodie in palatio dono Principum Minervæ dicata in Bibliothecâ cum inſcriptione tali* NAVSIKRATES TISAMENO ATHENAIOS KORAI KAI ATHENAI ANETHEKE. Tali plane forma redonanda eſt antiqua Delphica inſcriptio: parilemque in Æneâ illâ columnâ Romæ in Aventino poſitâ imaginari licet, de quâ ſic in Antiq. Rom. lib. 4. cap. 26. Dionyſius Halicarn. αὕτη διέμενεν ἡ ςήλη μέχρι τῆς ἐμῆς ἡλικίας ἐν τῷ τῆς 'Αρτέμιδος ἱερῷ κειμένη, γραμμάτων ἔχυσα χαρακτῆρας Ἑλληνικῶν οἷς τὸ παλαιὸν ἡ Ἑλλὰς ἐχρῆτο. Ideſt *manſit hæc columna, ad meam uſque adoleſcentiam, Dianæ in Templo poſita, eos Græcarum literarum characteres habens, quibus antiquitus Græcia utebatur*. Addendus his Tacitus in Annal. lib. 11. cap. 14.

(25) Pauſanias lib. 5. cap. 17. Cedrinæ iſtius arcæ fusâ narratione meminit, quâ mater ejus Cypſelum celavit, Corinthiorum poſtea Tyrannum & Periandri Patrem, ad necem à Bacchiadis quæſitum. Eâ in arcâ multis antiquis literis inciſæ inſcriptiones fuerant. Καὶ τὰ μὲν (inquit autor) ἐς εὐθὺ αὐτῶν ἔχει. χήματα δὲ ἄλλα τῶ γραμμάτων βυςροφηδὸν καλῦσιν Ἕλληνες· τὸ δὲ ἐςὶ τοιόνδε. 'Απὸ τῦ πέρατος τῦ ἔπυς ἐπιςρέφει τῶ ἐπῶν τὸ δεύτερον, ὥσπερ ἐν διαύλυ δρόμῳ. Ideſt: *Atque earum quidem literarum aliæ in rectum jacent; aliæ eo ſe ordine oſtentant quem* βυςροφηδὸν *appellant Græci: is vero eſt hujuſmodi. Unius à fine verſùs is qui ſequitur inflexus eſt, ut in curſu ſit diaulico*. Quam rem metrice nec infeliciter expreſſam video, apud Matthiam Belium; in libello de Literaturâ Hunnoſcythicâ.

Non attollebant dextram; ſed meta prioris
Principium verſùs poſterioris erat.

revocemus , orientalem illam ad lævum a dextris ſcriptionem Sigeo Æolicæ Civitati familiarem certè, ſi non propriam , eo tempore fuiſſe . Quamvis enim Iones , receptis ex Phœnicia literis , ſtatim eas dextrorsùm verſas deformaverint ; at Æoles hoc ſerius admiſiſſe , tum Etruſca , quæ adduximus , monumenta , tum nummi paſſim Æolici , (26) . . . . Ad, ... ΑΤΑЯ , . . . ΟϘЯ, aliique multi inversè ſcripti fidem faciunt oculatam . Tandem autem , teſtante Plinio , *gentium conſenſus tacitus conſpiravit , ut Ionum literis uterentur* . Rarus proinde hic ſcribendi ſiniſtrorsùm , at rariſſimus is βουστροφηδὸν exarandi modus . Uterque verò Cadmeis ſic literis ornatus penitam aperit antiquitatem . Hinc igitur Inſcriptioni noſtræ ſua ætas aſſerenda . Poteſt eſſe paulò antiquior Solone ; poteſt eſſe, quod magis ſentio , Soloni æqualis & Periandro : at Euclide certè Archonte recentior eſſe non poteſt . Judicent igitur eruditi, & quam velint ætatem monumento tribuant : ſit modò poſt Sigeum à Mitylenæis conditum , ſed & ante illic admiſſas Simonideas literas .

V I I I.

His tam inuſitatis literis , & obtinenti antiquitùs ſcriptioni , cognata ſunt illa vocum interpuncta , quæ non in noſtro ſolùm , ſed & (27) in multis per Etruriam monumentis , in utroque Attico Baudelotiano , & in Tejo inedito Sherardiano , numero interdum tria, interdum duo appinguntur . Eo ſcilicet commento ſtudiosè cavêre Veteres , ne vox in alteram incurrens, lectionem aut turbaret aut corrumperet . Idemque mos , cum ipſo unà alphabeto , ab Æolibus deductus ad Latinos , ſaltem puncti unius uſu, ad ſera uſque tempora pervenit .

Verùm , apud ipſos autores Græcos, res priſci & non inutilis inſtituti ſtatim abiit in deſuetudinem, negligentibus eam Grammaticis ſequioris ævi . Notatu interim non indignum , & articulos & præpoſitiones nullo unquam puncto disjunctas à nominibus, ſed , ex genio linguæ Phœniciæ & Hebrææ , pro affixis habitas fuiſſe . Una etiam integra periocha, ΕΑΝ ΔΕ ΤΙ ΠΑΣΚΩ , ſolitâ vocum interpunctione non diſtinguitur . Sed caſu an conſilio id factum fuerit ; an puncta primitùs impacta injuriâ temporis exciderint , non eſt unde certò colligatur .

I X.

At diverſa longè eſt ratio ſingularis iſtius interpuncti , quod unicum in voce μελεδαίνειν , inter vocales α & ι , idque digniſſimum notatu extat . Eo enim in loco , aut vice Æolici digamma id interpunctum fungitur , aut pars eſt ejuſdem longo tempore evanidi , cùm ab initio hiatûs causâ interpoſitum fuiſſet . Hinc fit ut vocem μελεδαΐνειν non ut nunc conjunctis, ſed diviſis potiùs vocalibus adinſtar δαΐον pro δαFιον , prolatam crederem . Hoc enim ex more Æolum, qui vocalium aut conjunctionem aut colliſionem, relicto hiatu, & interpoſito digamma, evitabant . Teſtatur hoc clarè Priſcianus : *Hiatûs quoque causâ ſolebant illi interponere digamma : quod oſtendunt etiam Poëtæ Æolicè uſi , Alcman* , κ' χεῖμα πῦρ τε δαFιον. *& Epigrammata quæ ego* (inquit *lib.* 1.) *legi in Xerolopho Byzantii ſic ſcripta* : ΔημοφοFον , ΛαFοκοFον . Par exemplum vocis αFυτω (αὐτῷ nunc rectè ſcriptæ) in lapide illo quadrato , qui Coloſſum olim Apollineum in Delo inſulâ ſuſtentaverat . Par exemplum inquam , ſi ſua Inſcriptioni lectio ſana & incorrupta ſteterit. Accuratiſſimè eam exſcripſit notâ Vir eruditione Tournefortius , mihi hoc in loco non ſine honore nominandus , ob (28) communicatas quàm humaniſſimè Inſcriptiones , cùm in peregrinatione Orientali iter per Smyrnam faceret . Sed pace nunc dixerim Reverendi Domini Montfauconii , à quo hanc demum Deliacam & editam & explicatam (29) video : pars longè potior Inſcriptionis , unà cum vero ſenſûs acumine , ipſum aliud advertentem fugiebat . Cùm enim ſic habeat monumentum, id tamen vulgari ſcribendi more ſic ille mutatum & mutilatum extulit . . ἐν τῷ λίθῳ εἰμὶ ανδριας καὶ τὸ σφέλας . Ideſt : *in lapide ſum ſtatua , & baſis* : (d) ſenſu planè aut nullo aut inepto . At ſervato

(26) Vid. apud Goltzium in Tab. magnæ Græciæ 37. FAΛEION nummum cum Æolico digamma : Tab. 29. & 30. KATΛONIATAN tab. 31. KPOTONIATAN : quin & eorundem numiſma apud Spanhemium Diſſert. 2. literis Phœniciis exornatum . His adde nomen ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΟΣ apud Pauſaniam lib. 5. cap. 25. γεγραμμένον ἐπὶ τὰ λαιὰ ἐκ δεξιῶν. Ideſt ad lævum è dexterâ parte ſcriptum . Neque omittenda hoc in loco vetus Etruſca ſcriptio ab Æolicâ deducta, eâque ratione more retrogrado exarata : quam tamen ob antiquum digamma , literaſque alias puras putas Æolicas , præ cæteris unicè demiror in aſſe librali OΔIFELA inſcripto , quem ex muſeo Pembrochiano præſtantiſſimus protulit Spanhemius , & integriorem paulo ex Muſeo Huberti Benevolentii eruditus Autor Juſtus Fontaninius . Hunc verò conſule fuſius de his agentem in antiquitatibus Hortæ Coloniæ Etruſcorum lib. 1. cap. 7.

(27) Vid Gruterum pag. CXLII. & ſepulchra Petri Sanctii Bartolii, Fig. 91., 92. &c.

(28) Vid. Tournefortium in Itinerario orientali Epiſtolâ 22. hoc ipſum memorantem . Ipſe vero , in Epiſtolâ ejuſdem Itinerarii ſeptimâ, Deliacam Inſcriptionem publici jam Juris fecerat , non ſine hâc inſulsâ laude , ob erroneam explicationem , omine non fauſto datâ . *Deux des plus grands hommes de ce ſécle , ſans etre avertis d'où j'avois tiré cette inſcription , ſans ſe voir , ſans conferer enſemble , l'ont expliquée ſur le champ , & ſe ſont ſi bien rencontrez , que je ne puis aſſez admirer leur ſagacité . Le P. Hardouin croit que les quatre premiéres lettres deſignent quelques noms propres : & le P. Dom. Bernard ne doute pas que l'inſcription ne ſoit en caractéres anciens & Joniens qui répondent aux ſuivans ;* Το λιθο εςιν ανδριας και το σφελας · huic lapidi ineſt ſtatua & Scabellum *ſuivant le P. Hardouin* : in lapide ſum (*vel* eſt) ſtatua & baſis *ſuivant le P. Dom. Bernard.*

(29) Palæographiæ Græcæ lib. 2. cap. 1. pag. 211. *Hanc Deliacam inſcriptionem . . . . à V. Clar de Tournefort accepimus , qui regio juſſu ac peculio Orientales regiones peragravit , multaque eruditè obſervata retulit . Is in Delo Inſula ad baſim ſtatuæ humi dejectæ , ipſam literarum formam imitatus , hæc exſcripſit : ab initio , ut videtur , manca : in reliquis quidpiam ineſt vitii . Poſt duas priores literas* O A , *ſat conſpicuè ita legitur* εν τω *&c Forma literarum priſca & Ionica , admodumque ſingularis .* A *ſic ſcriptum . . . . nuſquam aliàs vidi . In prima ſyllaba* EN , E , *quæ litera ter occurrit , infima linea mutila eſt .* N *ſequens videtur mancum aut vitiatum , &c.*

(d) Arbitratur Vir doctiſſimus *Senario iſti à Delo inſulâ verſiculo præponi debere* T *literam* , bis mille & quod excurrit annorum ſpatio , injuria forte aliqua extritam . Ita ut contrario jam ſenſu legatur & intelligatur τῶ αὐτῶ λίθω εἰμὶ ἀνδριὰς καὶ τὸ σφέλας , ideſt : *Ejuſdem ſum lapidis Statua & Baſis* . Hæc & me primâ ſtatim facie ſubibat cogitatio , eamque diſticho firmandam duxi , quod ad baſin Obeliſci Byzantini , ſub terræ aggere , adſcribitur :

Hic lapis eſt unus : dic nunc quâ eſt arte locatus .
Si nunc ſunt bini , dic ubi contigui .

Sed mutavi mox ſententiam , edoctus à VVhelero Sponioque non ita pridem extitiſſe , in Delo inſula , & coloſſum & coloſſi baſin , utrumque à ſe invicem divulſum : quin & adhuc , teſte Tournefortio , illæſam manere baſin , ſic ut retulit inſcriptam , figura perfecte quadrata , nulloque uſpiam fracturæ indicio ; ita ut diviſo à Statua lapide fabrefactam fuiſſe conſtet . Fòrs quidem , ante æream Niciæ palmam , quæ gravi ruina lapſa evertit hoc opus coloſſeum , laus ei unius lapidis oſtentatio jure competebat . At refecta de novo Statua , iterumque ſuper eandem baſin

vato Æolico digamma inter vocales α & υ, in voce ἀυτῶ, & ο, ex more Veterum, pro cognomine sibi syllabâ admisso; sic rectiùs longè & integriùs legendum veniet, ὁ αὐτῶ λίθυ εἰμι ἀνδρίας καὶ τὸ σφέλας. Ideſt: *non ſum ejuſdem lapidis & ſtatua &* (ſtatuæ) *baſis*. Verum hoc fuiſſe disjuncti jamdudum lapides & dejecti docent. At nihil à vero alienius, quàm quod temerè nimis viſum Montfauconio, *poſt duas priores literas* O A, *ſatis conſpicuè legi* E N. Quod enim E fuiſſe credidit infimâ lineâ mutilum, id clarè inſpicientibus verum eſt & perfectum Æolicum digamma F: & quod eidem N eſſe videbatur mancum aut vitiatum, id ipſum eſt priſcum T, Sigeo noſtro in voce Σιγευεῦσι non abſimile, cornu uno recto, altero proclivi figuratum: de quo ſic præclarè Voſſius, *lib.* 1. *de arte Grammaticâ*, *cap.* 30. *Nec* T *eam olim habuit figuram, quam hodie: quando nunc cornua ejus utraque recta, vel utraque æqualiter inflexa pinguntur: olim verò unum erat rectum, alterum proclive, ac tamen præceps*. Veriſſimè interea Vir ille ſummus pronunciavit literarum in hâc Inſcriptione formam priſcam eſſe & ſingularem, &c, quoad A ſaltem, alibi tum non viſam. Jure igitur huc vocari & penitiùs inſpici volebat. Nam præter Æolicum digamma F, quod vindicandum & reſtituendum fuerat; ipſum illud ignotum A, quin & E, Θ, N, Σ, T, inuſitatum omnia dictum oſtentantia, Sigeo nunc demum in lapide comparuerunt.

X.

Sed & alteram quoque animadverſionem huic priori non diſſimilem, ſcriptio illa ſingularis in voce Σιγευᾶσι ſuggerit. Cùm enim α in ε ob nomen literæ tranſierit, ideòque rectè ſatis juxta ſuperius obſervata Σιγειᾶσι pro Σιγειᾶσι inſcribendum fuerat; in dubium tamen non immeritò vocatur, quo jure inter ε & ευ inexpectatum ſe T intruſerit. Sed ex ſententiâ magni Scaligeri, inter animadverſa ad Euſebii Chronicon, hìc facilè reponendum, T literam eandem ibi vim & uſum cum F Æolico habere. Nam (ut inquit ille) *indifferenter Æoles* αυως & αFως *dicebant pro* ηως *aurora*. *Sic apud Priſcianum* καὶ χεῖμα πῦρ τε δαFιον, *quod aliter* δάυιον *pro* δηίον *hoſtile*. Hinc Græci (30) Τέλιαν pro Fέλιαν, & Romani pro utraque Veliam dixerunt, quòd F, & T, & V eâdem vi polleant. Et pari certè ratione *Sigevum* & *Sigevos* efferendum eſſet, ſi Σίγυιον & Σιγυεύς, more Æolico concepta, reddi Latinè oporteret. Interim non eſt meum refragari, ſi diverſâ aliquis ſententiâ contenderit, υ illud in voce Σιγευᾶσι (errore ex loquela orto) pro ι litera ſubditum fuiſſe. Subditum ſic certè fuit in primâ ſyllabâ vocis Συκεεῦσι, quam Inſcriptio additicia pro Σιγεεῦσι corruptè præfert.

X I.

Hæc igitur primariæ Inſcriptionis propria. ----- At illa tandem additicia aliud videtur non fuiſſe, quam primariæ tentata innovatio; idque ad oſtentandas Simonideas literas; aut tum fortè cùm inventæ, aut tum potiùs cùm legitimè acceptæ fuerant. Legitima earum acceptio non niſi ſub Archonte Euclide fuit, quadringentis ante Chriſtum annis: Archinoo quodam Samio Athenienſibus id ſuadente, ne à cæteris ubique Ionibus in monumentis publicis abirent. At pluſquam uno priùs ſeculo inventæ & oſtenſæ fuerant ſub Hipparcho Piſiſtratidâ, Tyranno Athenienſi; & ſub (31) Hegeſiſtrato Hipparchi fratre, Sigei tunc temporis dominante. Nec ſub his inventas tantùm, ſed ab iiſdem in pretio & honore habitas, ex Platone facilè colligimus. Eo enim autore, Hipparchus (32) Tyrannus, Poëſeos Homericæ reſtitutor, & doctis undequaque viris impensè fautor, Simonidem ad ſe acciverat Athenas, atque illic inter charos habuit, donis multis magniſque cumulatum. Sic igitur ſe habentibus Simonideis literis, aut prima illa inventio, aut ſerior earum legitima acceptio, redintegrandæ Inſcriptioni noſtræ occaſionem præbere poterat. Tum enim, in Athenienſis ditionis urbe, non erat incongruum tentari novæ ſcriptionis ſpecimen: ſeu fortè ſic voluerint Phanodicæ familiæ poſteri, ſeu Sigeis potiùs magiſtratibus ſic viſum fuerit, ex more & conſuetudine magiſtræ urbis. Quicquid ſit, primævam illam aſpiratam hinc eliminatam cernimus: Vocalem utramque longam ex mente Simonidis depictam; Æolicam Mitylenæorum dialectum in magis Atticam converſam; poſteriorem Inſcriptionis partem à novatore penitùs reciſam; & alia non pauca aut omiſſa aut immutata, quæ, conlatis inter ſe invicem Inſcriptionibus, additiciæ præ primariâ novitatem certo certiùs loquuntur. (e)

XII.

baſin à Naxiis, qui eam olim dedicaſſent, erecta; credibile eſt uni baſis lateri inſcriptum fuiſſe ΝΑΞΙΟΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ; ac in altero (poſcente tum ſic rei veritate) initiale T deletum. Superſedi tamen inani conjectura, & ab inſtituto ſuſcepti operis aliena; contentus, quod mearum erat partium, ter in vetuſta inſcriptione ο loco ου legiſſe, & neglectum aliis F Æolicum inter duas vocales oſtendiſſe. Vid. Tournefortii Itinerarium. Epiſt. 7.

(30) Quanta ſit inter digamma F & ου ſyllabam, nec non Υ Græcam literam, & V Latinam cognatio, in nullo magis conſpicitur quam in diverſâ urbis Veliæ Scriptione. Ab origine ſcilicet Fέλια ſcribebatur, Dionyſio Halicarnaſſ. lib. 1. cap. 20. luculenter id teſtante: ἦν τὰ πολλὰ ἑλώδη ἃ νῦν κατὰ τὸν ἀρχαῖον τῆς διαλέκτου τρόπον Οὐέλια ὀνομάζεται. συνηθὲς γὰρ ἦν τοῖς Ἀρχαίοις Ἕλλησιν, ὡς τὰ πολλὰ, προςιθέναι τῶν ὀνομάτων, ὁπόσων αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ φωνέντων ἐγένοντο, τὴν ου συλλαβὴν, ἑνὶ ςοιχείῳ γραφομένην. τοῦτο δ' ἦν ὥσπερ γάμμα διτταῖς ἐς μίαν ὀρθὴν ἐπιζευγνύμενον ταῖς πλαγίαις, ὡς Fελένη καὶ Fάναξ καὶ Fοῖκος καὶ Fαὴρ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Ideſt: *multa eo in loco paluſtria fuere, quæ nunc ex vetuſto Dialecti modo Velia nominantur, Græcis enim priſcis uſitatum fuit* ου *ſyllabam charactere uno pictam vocabulis anteponere quæ à vocali inciperent. Hic autem erat ut duplex Gamma, conſtans duabus lineis ad unam rectam oblique applicitis*. Poſtea verò non Οὐέλια ſolum ſed & Τέλια ex Fέλια factum eſt, ut conſtat ex Τελήνων nummis quos Goltzius aliique protulere. Latinè verò *oppidum Helia*, inquit Plinius, *quæ nunc Velia*, lib. 3. cap. 5. Η enim aſpirata Ionica F Æolicæ æquipollebat.

(31) Hegeſiſtratum Piſiſtrati Athenienſis Filium, Hipparchi fratrem, Sigei Tyrannidem exercuiſſe autor eſt Herodotus; quamvis Anachroniſmo (ut Uſſerius monuit) deceptus, Sigeum non niſi ſub Piſiſtrato redactum ſtatuit; quod Soloni potius Archonti tribuendum. Ἱππίας δ' ἀνεχώρεε ἐς Σίγειον τὸ εἷλε Πεισίςρατος αἰχμῇ παρὰ Μιτυληναίων. Κρατήσας δὲ αὐτοῦ κατέςησε Τύραννον εἶναι παῖδα τὸν ἑωυτοῦ νόθον Ηγησίςρατον. Ideſt: *Hippias verò ad Sigeum iterum conceſſit, quod Piſiſtratus à Mitylenæis vi ceperat. Ejus verò potitus Tyrannum illic conſtituit nothum ipſius filium Hegeſiſtratum*. Herod. lib. 5. cap. XCIV.

(32) Hipparchus, ex omnibus Piſiſtrati filiis & ætate & ſapientiâ primus, ἄλλά τε πολλὰ ἔργα σοφίας ἀπεδείξατο (inquit Socrates apud Platonem in Hipparcho) καὶ τὰ Ὁμήρου πρῶτος ἐκόμισεν ἐς τὴν γῆν ταυτηνί· καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διϊέναι, ὥσπερ νῦν ἔτι οἵδε ποιοῦσι. καὶ ἐπ' Ανακρέοντα τὸν Τήιον πεντηκόντορον ςείλας ἐκόμισεν εἰς τὴν πόλιν. Σιμωνίδην δὲ τὸν Κεῖον περὶ αὐτὸν ἀεὶ εἶχε μεγάλοις μισθοῖς καὶ δώροις πείθων. Ideſt: *Multa ille ſapientiæ præclara exempla edidit; & Homeri etiam carmina primus in hanc urbem intulit, & recitatores compulit alternis illa vicibus in Panathenæorum feſto percurrere; quod & iidem nunc quoque faciunt, Quinetiam Anacreonta Tejum, miſſa ad eum quinquaginta remorum navi, accivit huc in urbem. Simonidem verò Ceum circa ſe ſemper habuit, magnis eum præmiis & muneribus inducens*.

(e) Negat Vir doctiſſimus *brevioris hujuſce inſcriptionis præ longiore illa novitatem*. Sed ad contrarium firmiſſime evincendum, provoco nunc plenius ad interna utriuſ-

X I.

Sed hic nos locus admonet ſiſtendi iterum ante oculos priſci alphabeti Græci : ut perpenſis ejus ſingulis elementis , certius de his omnibus judicium & ſincerius haberi poſſit . *Vid. Tab. I.*

A igitur inæqualitate laterum notandum venit, lineam habens obliquam, à medio longiore latere ad pedem brevioris ductam . Par prope & veteribus Latinis forma , ut ex lamella illa cuprea Tiburtinâ inter Inſcriptiones Fabretti conſtat .

B illud antiquum , cum duabus ejus anſis acutiùs quàm nunc formatis , in noſtro quidem lapide ob vocum penuriam non occurrit .

Γ , ad inſtar *Lambda* recentioris , acutum in apice angulum effecit : neque deſunt nummi Siculi in quibus , adinſtar C Latini , rotundatum pingitur. Ubique interim C Latinum , nec minùs *Kappa* Græcum poteſtate retulit : unde , errore ex loquelâ orto , Συκελοι in additiciâ Inſcriptione pro Σιγειευσι legitur .

Δ ab initio triangulum , non tamen ut nunc iſoſceles , ſed claudum ſeu ſcalenum fuit : rotundatis igitur duabus lineis brevioribus , converſum eſt in D Latinum .

E litera , ut apud Latinos , nunc brevis nunc longa audiebatur . Unica ei forma , eadem quæ & (33) tridenti obliquato fuit : & quoniam ει ſyllabam ſuo nomine expreſſit , cum eâdem non raro permutabatur .

F digamma Æolicum & nomine & figura *Gamma* geminum expreſſit , poteſtatem verò accepit à *Gamma* longè alienam ; nunc V Latinam , eamque aut conſonantem aut vocalem, ſonans , nunc hiatum inter duas vocales ſine ſono implens. Nota ejus primaria F , ſecundaria T ; in dubio autem relinquendum , hâcne an illâ notâ , an puncto potiùs alterutram repræſentante , hiatus in voce μελεδα, ιτεν ſuppleri debeat .

Z , litera Simonidea (34) falsò à multis credita, tametſi non comparet in Sigeo lapide ; priſco tamen Græco alphabeto adſcribi poſtulat . Apertè id teſtatur Ariſtoteles , ipſo citante Plinio , lib. 7. cap. 56. Nec obſtat in eodem capite corruptiſſima Pliniana lectio , ex multis ſecum invicem pugnantibus elicita ab Hermolao Barbaro , quâ Z Simonidi Melico , & Palamedi Ξ aſſeritur . Hoc enim non ex alio quàm inſcitiâ librariorum Latinorum profectum , qui Ξ loco Z , & Z contra loco Ξ , nullâ neque arte neque judicio ſuppoſuere . Sonum edidit hæc litera nobis hodie incognitum ; medium inter *Zain* Phœnicium , à quo ortum duxit , & G Latinum , cui ortum , ſed ſerò , dedit . Vetus ejus figura , ⌶ , paulatim in Z mutata eſt .

H in Sigeo lapide , eandem quam apud Phœnices & figuram & poteſtatem ſervans , quatuor illis vocabulis , *Hermocratus* , *Hethmon* , *Haiſopos* , *Hadelphoi* , literam initialem præſtat . Fuit hæc propria Ionum , qui illam in medio , æquè ac initio vocum , non aliter atque Æoles digamma ſuum, adhibuêre . Exemplo ſint prioris ΗΟΔΟΣ , ΕΝΗΟΔΙΑ , ΤΑΗΩΣ : poſterioris FOINOΣ , OFIΣ , ΔAFION , ſeu ΔATION , &c.

Θ Palamedea dicta , & priſca certè , quamvis diu poſt Cadmeas inducta litera , non ut nunc punctum aut lineolam , ſed crucem in circulo , eamque interdum rectangulam , interdum decuſſatam geſſit.

I & K literæ eandem ab initio formam ſine ullâ , ut videtur , notabili mutatione ſervant .

Λ olim acuto ad calcem angulo , & formâ hodiernæ penè contrariâ , pingebatur . Quippe aliud non fuit quàm veterrima L Latina, qualis ea in antiquiſſimis ejus linguæ monumentis , Senatuſconſulto nempe de (35) Bacchanalibus ; & lamellâ cupreâ Fabretti conſpicienda extat.

M & N literæ primam earum lineam longiuſculam habuere, cæteraſque à ſe invicem latiore angulo diductas.

O litera , adinſtar E , nunc breve nunc longum, ut apud Latinos , ſonans , quoniam ου ſyllabam ſuo nomine expreſſit , pro eâdem ſemper & proferebatur & ſcribebatur .

Π nondum utroque latere æquali , at ſecundo breviore comparebat ; apte ſic B dimidiatum, ut poteſtate , ita & figurâ referens. P olim

utriuſque χειμεια . Breviorem nempe inſcriptionem ad exemplum longioris , undecim verſiculis diſtinctam : ſtructuram orationis , ab illo ΚΑΓΟ ΕΔΟΚΑ turbatæ , correctius & facilius repoſitam : voces ΗΕΡΜΟΚΡΑΤΟΣ & ΗΕΘΜΟΝ non niſi intellectâ nunc inſcriptâ exaratas : Η & Ω, non jam E & O, in longis ſyllabis depictas : rejectam Æolicam dialectum, quæ, regnantibus Sigei Mitylenæis , eo loci invaluerat ; & admiſſam nunc Atticam & Ionicam, quæ migrantibus illuc Athenienſibus , uſu cœperant increbreſcere . His accedat conjectura , quam nunc demum, nec, ut ſpero, improbandam profero : inciſam nempe fuiſſe in ſuperiore , vacuaque lapidis parte, breviorem hanc inſcriptionem , cum reficeretur forte, & curaretur, ex Phanodici rogatu , proceſſu aliquo temporis paſſa detrimentum Statua . Qua quidem occaſione, nec immerito , tum vocem μνῆμα omiſſam cernimus, tum ἐὰν δέ τι πάσχω, & quæ ſequuntur ad finem uſque inſcriptionis . Non eſt interim cur miretur Vir doctiſſimus , rogitetque *cur in parte lapidis inferiore primaria inciſa ſit inſcriptio, terræ mox aggeſtu, ſordibuſque , & ſentibus obſcuranda ?* Cum enim Stela , ſine capite impoſito, novem habeat pedum altitudinem, baſique trium minimum pedum ſub tecto ſuperſtructa fuerit ; rectiſſime à Stelæ medio, aut paulo ſupra medium , incipere debuere verſus ; ea nempe parte monumenti, quæ legentium ſtaturam, & prætereuntium oculos æquaret . Mentem meam male accepit Vir doctiſſimus , dum ſcriptionem iſtam Ερμοκράτεος, κρητῆρα, & Πρυτανήιον illa altera Ερμοκράτης , κρατῆρα , & Πρυτανεῖον contendit non eſſe antiquiorem . Ego enim hæc tria inter ſe, nullo modo ut ætate, ſed ut dialecto differentia, comparavi .

(33) Sic ſcilicet apud Athenæum lib. 10. cap. 20. E literam in ΘΗΣΕΥΣ nomine Agathon Tragicus deſcripſit , Ἔπειτα τριόδους πλάγιον ἦν προκείμενος . Ideſt : *Deinde Tridens erat oblique jacens* . Similiſque eodem in loco tum Euripidis tum Theodectis deſcriptio adhibetur .

(34) Latè ſe ſparſit vulgaris error, ab ipſo etiam Montfauconio in Palæographiæ ſuæ propylæo adoptatus , de inventione litere Z ; quæ cùm veriùs Palamedis fuerit, à quamplurimis tamen Simonidi tribuitur. Errori occaſionem dedit depravata à Librariis Latinis tum in Hygino, tum in Plinio ſeniore , figura literarum . His verò, in Græcorum characterum ductu, quàm parum fidendum fuerit, indicio erit editio Pliniana, quæ prima omnium, Venetiis, operâ Joannis Spiræ, in folio peramplo prodiit A. D. MCDLXIX. ubi , pro inſcriptione Græcâ Ναυσικράτης Τισαμένε Αθηναῖος Κόρη καὶ Αθηνᾷ ἀνέθηκεν , monſtroſa iſta Latinis concepta literis inferciuntur ; *xaxilipcui canece comai coekpturae trata una ctezica* , l. 7. c. 58. Servat exemplar hoc Spiranum, Harduino, ut videtur, inauditum, Magnus Britanniæ noſtræ Æſculapius , Ricardus Mead M. D. inter alia non pauca inſtructiſſimæ Bibliothecæ ornamenta . Notabile eſt Z literam in Suidæ Lexico inter Palamedeas primam numerari. Veritati interim nihil obſtat quod cætera in eodem loco mendosè admodum ſcribantur . Vidit hoc Salmaſii nobile ingenium , & Salmaſio conſentiens Spanhemius in eruditiſſimâ diſſertatione ſecundâ , §. 3. *Litera Ξ non inter Quatuor literas, prout hodie apud Plinium legitur, à Palamede repertas , ſed à Simonide veriùs, quod ei quoque tribuit Suidas, reponenda eſt: ac verè proinde apud Plinium Z pro Ξ , ubi de inventis à Palamede literis agitur, ab illuſtri Salmaſio emendatum : quâ de re autem nihil à poſtremo , erudito quanquam, Plinii editore monitum videas.*

(35) Senatûs conſultum de Bacchanalibus Latinarum, quas novi , antiquitatum pulcherrima longè & nobiliſſima, videatur in editione Ciceronis Gronovianâ, ex ære autographo repræſentatum , Tabulâ poſt præfationem tertiâ .

Tab. I pag. MMCXI



Tab. II. pag. MMCIV

ODENI ΘEMITON METAKINESAI EK TO TRIOΓIO HO ESTIN
EΓI TO TRITO EN TEI HODOI TEI AΓΓIAI EN TOI HE
RODO AΛROI OΛAR LOION TOI KINESANTI MARTYS. DAIMON
ENHODIA *Sic habet prima columnæ Facies in alterâ
vero sic scriptum legitur* KAI HOI KIONES DEMETROS
KAI KORES ANAΘEMA KAI +ΘONION ΘEON

Ο ΑΡΥΤΟΛΙΘΟΡΜΑΝΔΡΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟ ΣΦΡΛΑΣ

---

(42)	Ν . C D . . . . . . L . . . . . R Ε . Y
Veteres Græcæ Lit	Α Β Λ Δ Ε F H I K L Μ Ν Ο Γ Ρ Σ Τ Υ
Veteres Latinæ	Λ B C D E F H I K L M N O Γ R S T V
Etruscæ inversæ	A 8 Λ D E F B I K L M N O C P Σ + Y

Tab. III. pag. MMCXIII

ΦΑΝΟΔΙΚΟ : ΕΙΜΙ : ΤΟΗ
ΟΚΟΡΓΟΤ : ΣΟΤ ΑΡΚΟΝΝΕ
ΝΕΣΙΟ : ΚΑΛΟ : ΚΡΑΤΕΡΑ
ΜΘΕΗΙΑΚ : ΝΟΤΑΤΣΙΠΑΚ
ΟΝ : ΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΟΝ : Κ *sic*
ΥΕΛΙΣ : ΑΜΕΝΜ : ΑΚΟΔ
ΕΥΣΙ : ΕΑΝΔΕΤΙΓΑΣ+
ΟΕ[illegible]ΝΕΜΙ · ΑΔΕΛΕΜΟ
ΣΙΛΕΙΕΣ : ΚΑΙΜΕΓΟ
ΙΑΚ : ΣΟΠΟΣΙΑΗ : ΜΕΣΙΕ
ΗΑΔΕΛΦΟΙ

ΦΑΝΟΔΙΚΟ
ΚΟΜΡΡΟΤΙΜΕ
ΡΑΤΕΟΣ ΤΟ
ΗΜΜΟΚΟΡΠ
ΣΙΟΚΡΗΤΗΡ
ΚΟΠΥΙΑΚΕΔΑ
ΡΗΤΗΡΙΟΝΚ
ΠΣΕ : ΝΟΜΟΗΙΑ
ΡΥΤΑΝΗΙΟΝ
ΕΚΥΣΝΕΚΩΔΕ
ΕΥΣΙΝ

Priscum Alphabetum Græcum

Α [Β] Λ Δ Ε [F I] Η Θ Ι Κ L Μ Ν Ο Γ Ρ Σ *et* Σ, Τ Υ Φ +

P olim capite triangulari; non, ut nunc, rotundo, & ſemicirculari fuit. Sed & virgula ipſius capiti ſubjecta, in antiquis nummis & lapidibus, Herodiano præcipuè & Baudelotiano, Latinum ad modum cernitur.

Σ literæ, apud antiquos, duæ olim figuræ competebant. Harum antiquior, (36) cincinnum referens, in Latinum alphabetum tranſiit: recentior, quæ Græcorum manſit propria, (37) arcum Scythicum expreſſit. Has duas in Sigeo lapide, cincinnatam dico, & arcuatam, quanquam rudes, ut in antiquo opere, non ſine voluptate contemplamur.

T & nunc & olim patibulum famosè retulit. Paulus tamen erectus in (38) Phœniciâ & Etruſcâ literâ ſupra tranſverſum paulò eminebat.

Υ ſæpe ad modum V Latini; ſæpe cornu uno recto, & proclivi altero ſurgebat. Poſterius monuit Voſſius ex Catalectis quidem Virgilianis. Fidemque rei autographi duo lapides, Delius & Sigeus, adſtruxêre. Uterque enim literam hanc bicornem levi diſcrepantiâ exhibet: hic nempe à dextro latere, ille a ſiniſtro procliviorem. Nec abludit a Sigeâ forma ſingularis ille Regis Amyntæ nummus a Montfauconio in lucem datus. Similiorem tamen eamque, more noſtro Æolico, ſiniſtrorſum verſam, (39) Rauci Cretenſes percuſsêre.

Superſunt denique Φ & X Palamedi adſcriptæ literæ. Φ diverſis temporibus diverſas figuras induit, quarum quæ primæva fuerat ab hodiernâ parùm diſcrepavit. X certè ab initio quatuor rectis angulis coibat, teſtante id & noſtro, & Herodiano lapide. Sed diu jam exolevit rectangula ejus forma, & in decuſſatam mutata abiit.

XIII.

Perſpecto nunc priſci alphabeti genio, palàm eſt quàm facilè hinc abeſſe poterant nova illa Simonidis inventa, Palàm etiam & Palamedeas, quæ vocantur, literas, primæ Cadmearum claſſi novas & adventitias acceſſiſſe. Simonidearum nempe η & ω propriè non ſunt literæ, ſed ſigna quantitatis longæ. ξ itidem & ψ non aliud fuiſſe conſtat quàm (40) colligationes conſonantium, pari ratione ac diphthongi ſunt vocalium. Par ratio & duplicis elementi Z, quod conſonas Σ & Δ connectit, quodque ſi non ipſe Palamedes, at aliquis poſt Cadmum autor, alphabeto intulit. His adde, quòd certiores illæ Palamedeæ, Θ, Φ, X, à Cadmeis T, Π, K, non niſi aſpiratæ adjectione differunt: id quod reſoluta earundem ſcriptio in vocibus ATHENAION, ΠΗΙΛΟΣ, ΚΗΡΟΝΟΣ, apertè probat. Motis igitur his omnibus è genuino Græco alphabeto, duplicibuſque Q & X, unà cum novitio G, juxta invictas (41) Voſſii rationes, è Latino pariter abjectis, manet in utrâque linguâ idem planè ordo atque numerus, eademque ferè & figura & poteſtas literarum. Percelebris proinde Plinii obſervatio, *Veteres Græcas literas fuiſſe eaſdem penè quæ Latinæ*, ex ſequenti hac tabella, æquè ac illa Delphica, firmabitur. Conſtat ea literis octodecim; ex eorum ſcilicet ſententiâ, quibus aſpiratas duas, Æolicam F & Ionicam H, inter literas numerari placuit. Septendecim, ſi cui pro una tantummodo litera hæ duæ habeantur: ſexdecim demum, ſi quis nec unam nec alteram in numero literarum habeat. Has omnes à Phœnicibus acceptas, Attici, & univerſa gens Ionica ſic tranſmutârunt, ut aſpiratam per H ſcribentes, in literis ſingulis ſitum penitùs inverterent, & figuram paulò variarent. Pelaſgi verò & cæteri per Græciam Æoles, adoptatâ aſpiratâ F, & retento ſitu literarum, cum Ionibus in figurâ congruebant. Neque diu poſtea, per Æolicam in Latium migrationem, Græcæ in Latinas literæ mutatione levi tranſiere.

XIV.

(36, & 37) Apud Athenæum, in loco ſuperiùs memorato ubi triplex ΘΗΣΕΥΣ nominis pictura, Autoribus Euripide, Agathone, Theodecte, exhibetur, Σ arcuati ſic meminit Agathon, Σκυθικῷ τε τόξῳ τρίτον ἦν προσέμφερες. Ideſt: *arcui Scythico ſimile Elementum tertium*: cincinnati verò ſic Euripides, Τρίτον δὲ βόστρυχός τις ὡς εἱλιγμένος. Ideſt: *Tertium capilli cinnus tanquam involutus*: quin & iiſdem ferè verbis Theodectes, Τρίτον δ' ἑλικτῷ βοστρύχῳ προσέμφερες. Ideſt: *Tertium capillo in cinnum retorto ſimile*.

(38) Quod T Phœnicium & Samaritanum crucis habuerit ſimilitudinem, quæ in Chriſtianorum frontibus pingitur, adeòque palo erecto conſurrexerit ſupra tranſverſum paulò eminente, autoribus Origene & Hieronymo, in Palæographia adſtruit Montfauconius: congruentibus etiam Alphabetis Samaritanis & R. Azariæ, & Toinardi, lib. 2. cap. 1. T verò Etruſcum ſimili modo pictum clarè exhibet Fabrettus in nummo VTEPE inverſè ſcripto pag. 528. Fontaninius in TVTEDE pag. 139. quin & Gruterus pag. CXLV. & Bartolius in Etruſcis, quæ edidit, ſepulchris.

(39) Vid. Theſaurum Britannicum Haymianum Vol. 2. in voce ΡΑΥΚΟΙΣ priſcis literis Æolicis expreſsâ.

(40) Omnes ubique nôrunt ſub novitiis ξ & ψ latere κς & πς: adeo ut quæ prius ſcripta fuerant ανακς & πελοπς, poſt Simonidem αναξ & πελοψ jam ſcribi cœperint. At ſub ξ etiam γς & χς, item ſub ψ etiam βς & φς pari lege comprehendi, omnibus non æque notum. Hanc tamen ſententiam, oborto de his ſermone, & obſervatâ nominum quorundam in Baudelotiano marmore ſcriptione, egregie mihi confirmavit doctiſſimus R. Ainſvvorth, amicus meus & vicinus, ob ſingularem eruditionem & humanitatem, inter paucos æſtimandus. Quinetiam rationem rei allatis his exemplis luculenter illuſtravit. Ea eſt, inquiebat, in nominibus, quantum ad rectos & obliquos caſus, nec non in verbis, quantum ad præſens & futurum tempus, analogia, ut alterum facile alterius primævam Orthographiam prodat. Ex Gr. rectos nominum caſus σάρξ, φλόξ, στίξ, antiquitus fuiſſe σάρκς, φλόγς, στίχς, à genitivis σαρκός, φλογός, στιχός, extra omnem controverſiam ponitur. Præterea ὄψ, φλέψ, κατῆλιψ, antiquitus fuiſſe ὄπς, φλέβς, κατῆλιφς, ſinguli ipſorum genitivi ὀπός, φλεβός, κατήλιφος indubitate monſtrant. Pari modo & in verbis, futura πλέξω, φεύξω, τεύξω, ante Simonidem fuiſſe πλέκσω, φεύγσω, τεύχσω, arguunt præſentia eorum tempora πλέκω, φεύγω, τεύχω. Futura itidem tempora ἕρψω, τρίψω, γράψω, ante novam hanc Grammaticam alia non fuiſſe quam ἕρπσω, τρίβσω, γράφσω, ex præſentibus ἕρπω, τρίβω, γράφω aperte conſtat. Ut enim in nominibus obliqui caſus formantur à rectis abjiciendo finalem; ita in verbis futurum formatur à Præſenti interponendo σ ſervile. Diverſa porro eſt ratio elementi Z, utpote quod ab autore diverſo prodit. Ei vero hæc proprie poteſtas competit, aliquando ΣΔ, aliquando ΔΣ vice verſâ colligare: id quod, omiſſis aliis, ex Æolicâ ſcriptione τράπεσδα pro τράπεζα, σδυγός pro ζυγός, necnon Σδεύς & Δσεύς pro Ζεύς, clare ſatis evincitur.

(41) Vid. Voſſium de Arte Grammaticâ lib. 1. cap. 15., 18., & 21.

(42) Nunc demum iſtius Tabulæ ratio eſt reddenda, in quâ Græcæ, & Latinæ, & (quas ſero nimis, curâ ſecundâ addidi) Etruſcæ quoque Literæ triplici illâ ſerie exhibentur.

Prima ſeries eſt Cadmearum Græcarum veterum; quarum ordo numerus & figura ſatis ex antedictis in Diſſertatione conſtat. His vero ſuperius appinguntur diverſæ literarum Α, Γ, Δ, Λ, Ρ, Σ, & Υ figuræ. Α ſcilicet, prout viſenda eſt in Deliaca inſcriptione, qualis ab ipſo Tournefortio in Itinerario editur: Γ in nummis Siculis Epigraphen CΕΛΑΣ & ΑΚΡΑCΑΣ apud Parutam præ ſe ferentibus: Δ & Λ in columnis Farneſianis: Ρ ſæpe in nummis, & in Baudelotiano lapide: Σ in Inſcriptione Sigeâ addititiâ: Υ in ſingularibus iſtis Raucorum, & Regis Amyntæ, nummis.

Secunda ſeries eſt veterum Latinarum; non ſolum ante Simonidem, ſed & ipſum ante Palamedem, ex Græciâ advectarum. Has Hygino teſte, Bibliothecæ Palatinæ, ſùb Auguſto Cæſare, Præfecto, *Evandrus profugus ex Arcadia in Italiam tranſtulit*, eaſque *mater ejus*

XIV.

Arcta itaque Latinarum cum Græcis literis cognatio ſic oculo ſubjecta patuit. Par quoque Græcarum cum Phœniciis, & Samaritanis, res eſt mirè utilis, & jucunda obſervatu. Ea verò, poſt Scaligerum, plenè & pereruditè, in *Palæographiâ*, tractata eſt à Montfauconio; adjectâ etiam tabulâ inſtructiſſimâ, quæ numeroſas Phœniciarum formas cum Græcis comparandas ſiſtit. Huic igitur in poſterum inſertas cuperem Phœnicias duas, K & M, à veteribus noſtris Græcis, non in alio, quàm inverſo ſitu, diſcrepantes. Theſaurus interim Britannicus, hic nuper à Nicolao Franciſco Haym, non ſine plauſu, editus, ambas in nummis Phœniciis accuratè expreſſas dabit. *Vol. I. pag. 105. &c.*

XV.

Sed revocat nunc calamum properantem, & neſcio quâ animum dulcedine perfundit, veneranda illa origo, & ſucceſſio literarum. Sexaginta ſcilicet (43) ante tempora Trojana annis, Latinæ à Pelaſgis & Arcadibus, utriſque gente Æolibus, domo patriâque profugit, ad Umbros, & Aborigines, alioſque tum Italiæ populos, ſunt deductæ. Græcas, numero ſexdecim, centum & quinquaginta annis ante Pelaſgorum exitum, aut Cadmus, aut Cadmei certè Phœnices, indigenis Græcis, tum Æolibus tum Ionibus, tradidêre. Cadmeis tunc Phœnicibus eædem fuêre literæ, quæ & Samaritis poſtea Iſraëlitis fuerunt: Samaritis (44) eædem, quæ & Judæis ipſorum fratribus, ad aſportationem uſque Babylonicam: Judæis nondum aſportatis eædem, quæ &

ejus Carmenta in Latinas commutavit num. XV.* In hâc vero ſerie, tres iſtæ, A, L, P. quæ præ cæteris forte ignotiores videbuntur, ſuis quæque in monumentis comparebunt. A nempe & L in Lamellâ cupreâ inter Fabretti inſcriptiones pagg. 27., & 28. L & P in Scipionis Barbati Inſcriptione poſt alios à Fabretto editâ pag. 461. quin & P non infrequenter in Gentis Publiciæ, Pomponiæ, & Poſthumiæ, apud Vaillantium, nummis.

Tertia ſeries eſt Etruſcarum, Latinis quidem longe recentiorum; ſi fides autoribus, qui eas à Demarato Corinthio, Lucii Tarquinii Regis Romani Patre, in Etruriam advectas tradidere. Sed quoniam, præter aſpiratas duas, numero ſunt tantum ſexdecim; firmiſſimo id erit argumento, Etruſcas quoque literas, non aliter ac Latinas, ante Palamedis tempora in Italiam demigrâſſe. Harum ego numerum & figuram ex nummis paſſim & inſcriptionibus apud Gruterum, Bartolium, Fabrettum, Fontaninium, ſummâ quâ potui fide & diligentiâ concinnavi. Cum vero Etruſcæ à dextrâ ad ſiniſtram ſemper exaratæ fuerint, ſitum hic duxi invertendum, ut cognomines ubique literæ ex adverſo ſibi invicem reſponderent.

Memorabili demum Taciti teſtimonio quanquam vario quidem illo, & incerto, claudi hæc Nota poſtulat. *Ægyptii* (inquit ille Ann. XI. cap. 14.) *literarum ſemet inventores perhibent; inde Phœnicas, quia mari præpollebant, intuliſſe Græciæ; gloriamque adeptos tanquam repererint quæ acceperant. Quippe fama eſt, Cadmum, claſſe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis artis ejus auctorem fuiſſe. Quidam Cecropem Athenienſem, vel Linum, & temporibus Trojanis Palamedem Argivum memorant, ſexdecim literarum formas; mox alios, ac præcipuum Simonidem cæteras reperiſſe. At in Italiâ Etruſci ab Corinthio Demarato, Aborigines Arcadæ ab Evandro didicerunt. Et forma literis Latinis, quæ veterrimis Græcorum. Sed nobis quoque paucæ primum fuere: deinde additæ ſunt.*

(43) Credibile eſt ſecundum Plinium (lib. 7. cap. 56.) *Primos in Latium literas Pelaſgos attuliſſe*; artem vero earundem perfeciſſe Arcadas; quorum migratio, paulò poſt Pelagiſcam, celeberrimâ notâ temporis à Dionyſio Halicarnaſſenſi inſignitur: nempe ἑξηκοστῷ μάλιστα ἔτει πρότερον τῶν Τρωϊκῶν, ideſt: *ſexageſimo fere ante bellum Trojanum anno*, duce Evandro, filio Mercurii, & Nymphæ cujuſdam Arcadicæ, quam Themin Græci, Carmentam Romani appellavere. Antiq. Rom. lib. 1. cap. 31. Quibus vero autoribus eædem in Græciam literæ è Phœnice tranſiverint, clare traditum ab Herodoto lib. 5. cap. 58. & à Diodoro Siculo lib. 3. editionis Stephanicæ Græcæ pag. 140.

(44) Agitata jamdudum fuit nobilis ac erudita Quæſtio; an Samaritanæ literæ, &, quod eodem recidit, Phœniciæ, Græcæ, & Latinæ, eædem reipsâ fuerint cum veteribus Hebraicis. Negant longè pauciores præeuntibus Buxtorfio & Lightfotio; at contrarium innumeri tuentur magni nominis Heroës; interque eos, poſt anteſignanum Joſ. Scaligerum, Caſaubonus, Grotius, Voſſius, Bochartus, Morinus, Breervvoodus, VValtonus; &, qui peculiari rem tractatu expedivit, Lud. Cappellus. Novam anſam Quæſtioni præbuere obſervari ſæpe à Viris doctis nummi Hieroſolymitani, Sicli nempe & Hemiſicli, *Hieruſalem Sancta* Samaritanis literis inſcripti: quos quidem in copia ſatis magna, una cum Alphabeto Samaritano, in Appendice ad Breervvoodi pondera, VValtonus dedit. Hinc etiam Samaritanas literas in uſu fuiſſe Hieroſolymis ante captivitatem Babylonicam, hodiernas vero Judaicas, forma Quadrata & Aſſyriaca, nonniſi poſt reditum invaluiſſe, creditur. At veteres Rabbini, & Thalmudiſtæ, doctiſſimique Chriſtianorum Patrum, Origenes & Hieronymus, ne quidem advocata nummorum fide characterum Hebraicorum mutationem pro certa & indubitata habuere.

Deſcenderat olim in hanc arenam, & Capelli ſe Diatribæ oppoſuerat juvenis tunc admodum Spanhemius: unde factum, ut in eandem ille ſententiam, quanquam ſumma qua ſolebat modeſtia, animique valde dubius, in eruditiſſima etiam ſenectute, propenderet. At conſultus ab eo forte Rev. Petr. Allixius ſubitaneam prorſus, & extemporaneam, ad Spanhemium dat Epiſtolam, qua dubitantem animoſe impellit ad convellendam Scaligeri de Samaritanis Literis ſententiam; idque nullis nixus argumentis, niſi quæ jam olim profligaverat VValtonus: ita ut VValtonum in *tertio Proleg. à Sectione viceſima nona ad triceſimam octavam* perlegiſſe, ſatis ſuperque fuerit ad caſtigandam Allixii temeritatem. Labefactatum quidem fuit à Spanhemio Euſebii teſtimonium; utpote in melioribus ejus codicibus non repertum. Stabit tamen Hieronymo immota fides, qui hæc habet, in Prologo Galeato, certam rei cognitionem, & veritatem præ ſe ferentia. *Samaritani etiam Pentateuchum Moyſi totidem literis ſcriptitant, figuris tantum & apicibus diſcrepantes. Certumque eſt Eſdram ſcribam, legiſque doctorem, poſt captam Hieroſolymam, & inſtaurationem templi ſub Zorobabel, alias literas reperiſſe, quibus nunc utimur; cum ad illud uſque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint* .... *& nomen Domini tetragammaton in quibuſdam Græcis voluminibus uſque hodie antiquis expreſſum literis invenimus.* Hæc igitur, & alibi quoque plura, his conſentanea, Hieronymus. Euſebii interim ſilentium validiore longe teſtimonio compenſavit Montfauconius, qui, è MSS. quibuſdam Hexaplis, Originem his ipſis verbis Hieronymo congruentem protulit. *Tetragammaton* (inquit ille) ἐν τοῖς ἀκριβέσι τῶν Ἀντιγράφων Ἑβραϊκοῖς Ἀρχαίοις γράμμασι γέγραπται. ἀλλ' οὐχὶ τοῖς νῦν. φασὶ γὰρ τὸν Ἔσδραν ἑτέροις χρήσασθαι μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν. Ideſt: *in exemplaribus quæ accuratiora fuerint* ineffabile Dei nomen *ſcriptum eſt antiquis literis Hebraicis, non vero hodiernis. Ajunt enim Eſdram aliis uſum fuiſſe poſt captivitatem.* Vide Palæogr. Græc. lib. 2. cap. 1. Conlatis his invicem Teſtimoniis certum eſt per antiquas literas tum Hieronymum tum Originem intellexiſſe Samaritanas. Certum etiam, tertio jam quartoque ſeculo Chriſtiano, Sacroſanctum Dei nomen, his ipſis literis deſcriptum, in accuratis quibuſdam Græcis voluminibus extitiſſe. Non poteſt igitur non in nihilum abire inanis iſta Rabbinorum recentiorum Hypotheſis, qua duplicem apud Judæos characterem, ſacrum nempe & profanum, atque illum quidem Aſſyriacum, hunc vero Samaritanum confinxere. Profanum enim characterem quis ſanus dixerit, quo Dei nomen ineffabile depictum eſt à Judæis Helleniſtis; & qui in Græca etiam exemplaria eo fine eſt receptus, ut antiquam illam formam *Tetragammati*, primigeniam, & Moſaicam teſtaretur? Charactere hocce Samaritico hodie etiam utuntur Gentis ejus Reliquiæ; eoque Cairi olim ad Scaligerum, Sichemi nuper, ad Huntingdonum, ad Marſhallum, & Ludolfum epiſtolas dedere.

& Pentateucho Moyſis : Pentateucho, ut fas eſt credere, eædem, quæ lapideis Legis tabulis, Dei ipſius digito inſcriptis . —— Pulchra ex his concluſio, & præclara admodum, luceſcit ; ab iiſdem ſacris fontibus literaturam fluxiſſe & religionem . Neque mirum quod, ignoratis olim literis, Grajæ nunc origines ignoretur ; cùm electus à Deo populus, primi illi literarum & cuſtodes & magiſtri, mundi ipſius initia, perpetuamque exinde hiſtoriam, manſuris vocum figuris conſignaverint .

X V I.

A matre igitur Hebræâ venere literæ, ad agnatas, etiam & non agnatas linguas, per univerſum ferè orbem, derivatæ . Mos interim ſcribendi hinc & illinc diverſus fuit ; ad lævum alter, Aſiaticis & Ægyptiis ; alter ad dextrum, Europæis uſitatus . Noſter ex utroque mixtus, quo primùm tempore, quâve ex causâ aut autore prodiit, nullâ certâ traditione noſcitur . Omnis enim Nauclero, aliiſque abjudicanda fides, ſecundùm quos, citante quidem ſed non credente Voſſio, Hebræi *βυστροφηδὸν progreſſi uſque ad tempora Eſdræ : Eum primùm inſtituiſſe ut a dextrâ ſiniſtrorsùm ſcriberetur* . Quo igitur inſtituente, & Phœnices poſteri, & Samaritarum reliquiæ ſic ſcripſere, quibus nihil commune cum Eſdrâ, præter odium ; interceſſit ? Rectiùs longè & veriſimiliùs opinari licet, allatis ex Aſiâ in Europam literis, Iones à moleſto & inconcinno ſcribendi genere omnino abhorruiſſe ; quod tamen indigenæ in Græciâ Æoles, iidemque in Latio alienigenæ, patienter aliquamdiu pertulêre . Fuere interim qui alternatam hancce flexionem, inter Æolicam Ionicamque mediam, raró tamen, nec niſi novitatis cauſa aut affectationis, non ex uſu communi, adhibuerint . Hoc igitur, & alia multa involutè ſcribendi ſchemata, myſticam quandam religionem præ ſe ferentia, Periandri arcam circuibant . Solon etiam, qui obſcurum aliquid & abſtruſum in ſuis legibus, Plutarcho teſte, adamavit, non aliâ videtur ratione ſcriptionem adeo intricatam, difficilemque lectu, prætuliſſe . Nihilominus ab his exemplis manare mos inſolitus, & ſingularia pauca monumenta occupare potuit, Sigei præcipuè, ubi mirum in modum increbreſcebat Periandri & Solonis fama ; mixtimque habitabant cives, Attici ſimul & Æolici, hi quidem ſiniſtrorsùm, illi verò dextrorsùm exarare ſueti .

X V I I.

Sic ſe demum habeat critica iſta commentatio ad elementa monumenti ſpectans . Supereſt nunc ipſa dictio, & materia Inſcriptionis, pro quatuor ejus membris, quatuor ultimis hujus opuſculi ſectionibus deſtinata . Horum primum : TAB. II.

ΦΑΝΟΔΙΚΟ: ΕΙΜΙ: (f) ΤΟ ΗΕΡΜΟΚΡΑΤΟΣ: ΤΟ ΠΡΟΚΟΝΕΣΙΟ :

Φανοδίκȣ εἰμὶ τȣ͂ ἑρμοκράτȣς τȣ͂ προκοννησίȣ .

Phanodici ſum Filii Hermocratis Proconeſii.

Hæc congruenter ſatìs & novator Inſcriptionis extulit : ΦΑΝΟΔΙΚΟ ΕΜΙ ΤΟΥΡΜΟΚΡΑΔΕΟΣ ΤΟ ΠΡΟΚΟΝΝΗΣΙΟ. Ἐμὶ enim pro εἰμὶ, primò ex loquelâ ortum, poſtea etiam in ſcriptionem ſatis rectam & probatam abiit . Idem & de ἑρμοκράτεος pro ἑρμόκρατος dicendum erit ; necnon de ν litera in προκοννήσιο geminata : quod ultimum & ipſe obiter (45) Strabo ut communiter receptum notat . Nil inſuper mirandum, ſi maneat ο litera pro ȣ ſyllabâ inſcriptum ; quia is quidem mos duo aut tria deinceps ſecula pervaſit . At, obtinente poſtea novo alphabeto, non niſi ω, loco ȣ, Æolibus in uſu fuit .

Phanodicum quod attinet ; id nominis (ut crediderim) raró alibi obſervatum. (46) Peropportune tamen occurrit Phanodicus Hiſtoricus, à Diogene Laërtio ſemel atque iterum laudatus, tanquam de Thalete & Biante ſcriptor . Noſter verò his æqualis, ex patre Hermocrate, & patriâ Proconneſo inſula oriundus, ob ſua in Sigeos beneficia, videtur in eorum Prytaneo ſtatuæ honorem meritus . Conſtans enim & ſolenne, per omnes ubique Græciæ civitates fuit, ſuo quamque ornari Prytaneo ; hoc eſt, æde & penetrali Veſtæ ; ubi, præter æternum ignem in ſacrario foveri ſolitum, ſimulachra Deorum popularium, heroum etiam, & virorum illuſtrium, cum titulis ſacrata locabantur . Hunc in Sigeâ urbe Phanodico honorem obtigiſſe, argumento eſt inſignis lapis, donaria ab eo in Prytaneum collata recitans . Quippe ſtatuæ, ut par eſt credere, ſubjectus fuit ; quæ, inter alias, ex more loci, dedicata perſonam loquentis induit, & Phanodici ſe eſſe profitetur . Amabant enim hujuſmodi Proſopopœjas veterrima per Græciam opera ; ſuoſque ſæpe ſpectatores non invenuſtè alloquebantur . Sic Tripos ille antiquiſſimus (47) Cadmeis literis inſcriptus, & Thebis Apollini ſacratus :

Αμφι-

(f) Ideſt: *Sum ego Statua, aut Imago Phanodici*, intellecta voce εἰκὼν, ξόανον, ἄγαλμα aut ἀνδριάς. non aliter ac vox Νόμισμα in Numiſmatis ΑΜΥΝΤΑ, ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ intelligitur. Dubitavit valde Vir doctiſſimus, *an nomen perſonæ, cui Statua honori obtigit, ſecundo unquam caſu indicaretur*. Sed dubium hoc clara eximunt exempla, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΙΔΑΤΟΥ baſi antiquæ Statuæ in Delo inſula inſcripti : ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΝΙΚΟΜΗΔΟΥ in eâdem inſulâ: L. JUNII RUSTICI PHILOSOPHI STOICI, & ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΕΦΕΣΙΟΥ, inter Antiquitates Græcas Gronovianas. Vol. III. ubi tamen dubium facit, mancum initio nomen annon ΕΡΜΟΔΩΡΟΥ legendum fuerit: de quo Plinius lib. 34 c. 5. *Fuit Hermodori Epheſii* (Statua) *in Comitio, legum, quas Decemviri ſcribebant, interpretis publice dicata.*

(45) Strab. Geogr. lib. 13. Καλοῦνται Ἑκατοννήσιοι συνθέτως ὡς Πελοπόννησος, κατ' ἔθος τι τοῦ Ν γράμματος πλεονάζοντος ἐν τοῖς τοιούτοις. ὡς Μυόννησος, καὶ Προκόννησος λέγεται, καὶ Ἁλόννησος. *Hecatonneſii compoſite vocantur, ut Peloponneſus ; ob literam N conſuetudine quadam in talibus abundantem : quomodo & Myonneſus dicitur, & Proconneſus, & Halonneſus.*

(46) Laërtius in Thaletis vitâ, Hiſtoricorum ſententias de invento Sapientis Tripode enumerans, habet de Phanodico. Φανόδικος δὲ περὶ Ἀθηναίων θάλασσαν εὑρεθῆναι, καὶ ἀνενεχθέντα εἰς ἄστυ, γενομένης Ἐκκλησίας, Βίαντι πεμφθῆναι. Ideſt: *Autor eſt Phanodicus inventum fuiſſe tripodem prope mare Athenienſium, & poſtquam in urbem inferretur, habita concione, Bianti fuiſſe miſſum.* Iterum vero in *Biante*, Φανόδικος δὲ κόρας αἰχμαλώτους λυτρωσάμενον Μεσσηνίας, θρέψαι τε ὡς θυγατέρας, καὶ προῖκας ἐπιδοῦναι, καὶ εἰς τὴν Μεσσήνην ἀποστεῖλαι τοῖς πατράσιν αὐτῶν. Ideſt: *Biantem tradit Phanodicus Puellas quaſdam captivas Meſſenias redemiſſe, redemptaſque habuiſſe loco filiarum, &c.*

(47) Ἶδον δὲ καὶ αὐτὸς Καδμήϊα γράμματα ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἰσμηνίου ἐν Θήβῃσι τῇσι Βοιωτῶν ἐπὶ τρίποσί τισι ἐγκεκολαμμένα τὰ πολλὰ ὅμοια ἐόντα τοῖσι Ἰωνικοῖσι. ὁ μὲν δὴ εἷς τῶν τριπόδων ἐπίγραμμα ἔχει·

ΑΜΠΗΙΤΡΥΟΝ ΜΑΝΕΘΗΕΚΕΝ ΕΟΝ ΕΚ ΤΕΛΕΒΟΑΟΝ.

Ideſt: *Quin & ipſe vidi apud Thebas Bœotias in templo Apollinis Iſmenii Cadmeas literas in tripodibus quibuſdam inciſas, ut plurimum ſimiles Ionicis : unus vero tripodum hanc habet inſcriptionem :*

Me dedit Amphitryo, gente ortus Teleboarum.
Vid. Herod. lib. 5. cap. 58. & 59.

Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν ἐὼν ἐκ Τηλεβοάων. Herod. *lib.* 5. *c.* 58.
Sic & ſtatua in vetuſto illo Epigrammate Homeri credito :

Χαλκῆ παρθένος εἰμί. Μίδα δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι. Id *in Hom. vitâ*.

Sic denique apud Pauſaniam, OEnomai in Elide columna; quæ, phraſi huic noſtræ quàm ſimillimâ, hæc orditur :

Καὶ γάρ ἐγὼ κείνων εἰμ', ὦ ξένε, λείψανον οἴκων. *Lib.* 5. *c.* 20.

Hæc omnia ex ultimâ penitùs antiquitate, diu ante Sigeum lapidem, repetita ſunt exempla. Sed ad ea uſque tempora durâſſe eundem uſum, teſtis inſignis Plato; qui, in *Hipparcho*, de cippis ejus Mercurialibus hoc disertè memorat: *ἐπιγέγραπται λέγων ὁ Ἑρμῆς ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τοῦ δήμου ἕστηκεν*, ideſt : *inſcripta eſt ſtatua Mercurialis, ediſſerens quòd in media urbe populoque ſiſtitur.*

XVIII.

ΚΑΓΟ : ΚΡΑΤΕΡΑ : ΚΑΠΙΣΤΑΤΟΝ :
ΚΑΙΗΕΘΜΟΝ : ΕΣ ΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝ :
ΜΝΕΜΑ : ΚΔΟΚΑ : ΣΙΓΕΥΕΥΣΙ :

κἀγὼ κρατῆρα κἀπίστατον καὶ ἠθμὸν ἐς πρυτανεῖον μνῆμα (*κδωκα* pro) *ἔδωκα Σιγειεῦσι*, ideſt :

Et ego Craterem, & Crateris baſin, & colum ad Prytaneum, memoriæ ergò dedi Sigeis.

Quadrarent hæc longè meliùs ſi autori fortè Inſcriptionis ſic eam ordiri placuiſſet, *φανόδικος εἰμί*, &c. Nunc vero ambiguitatem & difficultatem non levem patitur : dum, more prorſus Æſopico, utramque ſtatua perſonam, & loquentis & donantis, induit. (g) Hoc ipſum novatori Inſcriptionis duriuſculum & abnorme viſum in causâ fuit; cur, eliminatâ voce *κἀγὼ*, pro primâ perſonâ tertiam, hoc eſt, *ἔδωκεν* pro *ἔδωκα*, hunc ad modum repoſuerit: ΚΡΗΤΗΡΑ ΔΕ ΚΑΙ ΥΠΟΚΡΗΤΗΡΙΟΝ ΚΑΙ ΗΘΜΟΝ ΕΣ ΠΡΥΤΑΝΗΙΟΝ ΕΔΩΚΕΝ ΣΥΚΕΕΥΣΙΝ. In quibus etiam *κρητῆρα* pro *κρατῆρα*, *ὑποκρητήριον* pro *ἐπίστατον*, *πρυτανήϊον*, pro *πρυτανεῖον*, omnia magìs Atticè aut Ionicè dicuntur. Sed his omiſſis donaria nunc recenſeamus, monumenti loco à Phanodico Sigei in Prytaneum poſita : *κρατῆρα* nempe, *καὶ ἐπίστατον*, *ἠθμόν*. Hæc quò meliùs intelligantur, ſciendum eſt, Græca illa Prytanea non igni ſolummodo Veſtali, & collocationi ſtatuarum, Prytanum itidem concilio, & populo quotidie congregando deſtinata fuiſſe; ſed & epulo publicè præbendo, ſi legatis forte exteris, aut ſenatoribus urbis, aut viris illuſtribus, ſic ex decreto meritis, is honos habendus eſſet. Hos in uſus, ſuis ſemper cœnationibus, ornatis quidem & peramplis, *ἑστιατόρια* Græcè dictis, Prytanea instructa novimus. Cœnationibus iſtis ſuæ numeroſæ menſæ, menſiſque ſingulis ſuus integer apparatus, præcipuè potorius fuit. Neque defuere inter principes & illuſtres viros, qui menſam unam atque alteram, oblatis ultrò muneribus inſtruerent. Sic Perſeus rex ille Macedonicus (quod Livii ipſius verbis teſtatum velim, *lib.* 41. *c.* 20.) *Cyzici in Prytaneum, ideſt penetrale urbis, ubi publicè, quibus is honos datus eſt, veſcuntur, vaſa aurea menſæ unius poſuit*. Pari igitur pro re ſuâ munificentiâ & Phanodicus noſter Sigei ad Prytaneum (ſeu *in Prytaneum*, ut Livio transferre placuit) vaſa hæc potoria dedicavit : *κρατῆρα* dico, & *ἐπίστατον*, & *ἠθμόν*.

1. *Κρατήρ*, vas potorium, ad vina liberè miſcenda, fundenda, ebibenda factum, cùm nullam Latinam vocem ſibi propriè reſpondentem habeat, ideo crater etiam à Latinis nonnumquam & cratera appellatur. Is ſæpiſſimè auro, gemmis, & cælaturâ pretioſus, non ſine pompâ & coronamento, in ſympoſiis proponi ſolitus : unde phraſi illa Homerica *κρατῆρα στῆσαι*, aut *καθιστάναι*, quod & Latinè *craterem ſtatuere*, à Virgilio dictum.

2. Hunc in uſum parabatur & *ἐπίστατον*, quod nonniſi per periphraſin Latinè dicitur; ſed ad verbum Anglice, *a ſtand.* Fulcrum enim fuit, ſive ſuſtentaculum, crateri ſic in menſâ ſiſtendo adaptatum. Id clarè innuit Inſcriptio additicia, *ὑποκρητήριον* pro *ἐπίστατον* ſubſtituens : credo ſcilicet, quia vox primaria aut non ſatìs recepta uſu, aut vetuſtate abolita videbatur. Hactenus certè in Lexica non irrepſit; niſi quòd ſimile quiddam habeant in vocabulo *ἐπίστημα* pro *στήλη*, hoc eſt *columna*, poſito. Poſtea verò hujuſmodi ſuſtentacula *baſes* vocari cœpta : unde & nos ita *ἐπίστατον* reddidimus, tum Juris Romani, tum antiquæ Latinæ Inſcriptionis autoritate fulti. (h) In Jure ſcilicet Romano ſic loqui amant : *Cui Corinthia vaſa legata eſſent, & baſes*

(g) Hoc, uti dixi, duriuſculum & abnorme viſum, fruſtra emendare voluit Vir doctiſſimus, dum *vocem* ΚΑΓΩ *ad primum inſcriptionis membrum, præpoſtero verborum ordine, nec ferendo, retulit*. Redit enim in ſequente membro extrudi viſa perſona; & nolit, velit, emendator, in voce *ἔδωκα* intelligetur. Hoc vero tam abnorme & duriuſculum cum graves plerique auctores in ſe admiſerint; quid mirum ſi rudi forte lapidis inſcriptori accidiſſe reperiatur? Perfacile ſane imaginis, & perſonæ ab imagine expreſſæ, notiones inter ſe invicem permutantur. Atque hinc illud Pauſaniæ, ſtatuas in Prytaneo recitantis. Sunt illic, inquit, *ἀνδριάντες ἄλλοι τε καὶ Αὐτόλυκος ὁ παγκρατιαστής*. quod rectius *Αὐτολύκου τοῦ παγκρατιαστοῦ* efferendum eſſet. At Hiſtoricus ab imagine ad perſonam *Σχηματικῶς*, ut ait Thucydidis Scholiaſtes, *ἀκαταλλήλως*, & *ἀνακολούθως* tranſiit. Par quoque & ipſius Patris Ennii, à ſua ipſius imagine, inexpectata ad ſe ipſum tranſitio. Sic enim antiquum epigramma:

Aſpicite, O civeis, ſenis Ennî imagini' formam:
Hic voſtrum panxit maxuma facta patrum.
Nemo me lacrumeis decoret, nec funera fletu
Facſit. quur? volito vivu' per ora virûm.

Ubi NEMO ME &c. phraſi inſperatâ, lectorem nil tale opinantem excipit.

(h) Dixeram forte vocem *ἐπίστατον* tanquam ignotiorem in longiore inſcriptione per *ὑποκρητήριον*, tanquam per notiorem, in breviori explicatam eſſe. Sed hoc convellens Vir doctiſſimus *ἐπίστατον* in Libris incaſſum quærit; & abeſſe iiſdem *ὑποκρητήριον* non recte opinatur. „ *Invenitur*, inquit, *in Ariſtophane ἐπίστατος;* „ at *ὑποκρητήριον nullibi niſi in hoc lapide* „. Jam vero ut moto ſine causâ dubio ſatiſfaciam, contrarium, hoc brevi additamento, oſtendendum duxi. Hactenus (ajebam) vox *ἐπίστατον* in Lexica non irrepſit niſi quod ſimile quiddam habeant in *ἐπίστημα* pro *στήλη* poſito. Sed addo nunc, *ὑπόστατον* à Polluce; idque ſimili plane ſenſu, recenſeri: Lib. 10. cap. 22. Occurrit etiam *λουτήριον ἐπὶ τῷ ὑποστάτῃ*, ideſt *lavacrum fulcro impoſitum* in Pauſan. Phocicis c. 26. Erravit vero Vir doctiſſimus dum, neſcio cui ſiſus Scholiaſtæ, Ariſtophaneum iſtud *τἀπιστάτῃ* à recto *ἐπίστατος* ſuſtinuit deflectere, quod vere quidem ab *Ἐπιστάτης*; ſtatuentibus ſic Suida Stephanoque, deflectendum fuerit. Neque apud Comicum vox iſta (quod pro certo habet Vir doctiſſimus) focarium inſtrumentum denotat; ſed Larem familiarem, Deum nempe *ἵππου Ἐπιστάτην*, ideſt Foci *Penetralis* Præſtitem, ſigno ibi parvulo ſacratum. Græcis enim *Δαίμονες ἐπιστάται*, qui Romanis Dii Præſtites & Præſides fuere. De quibus Ovidius in Faſtorum quinto:

Præſtitibus Majæ Laribus vidêre Calendæ
Aram conſtitui, ſignâque parva Deûm.

Epops igitur, in Avibus Ariſtophanis, duos, qui advenere, fugitivos ad *ξυνοικίαν*, hoc eſt, ad communem Larem & ſacra Foci jura jamjam admiſſurus (pag. 561.)

Ἄγε

ſes *quoque eorum vaſorum collocandorum cauſsâ paratas deberi, Trebatius reſpondit*. L. hæres meus D. de Legat. 3. Sed & noſtro penè par donarium, crateram ſcilicet cum baſi ſua, Inſcriptio Gruteriana recitat: *Abaſcantus. cum. Curtio. . . . . Crateram. Argyro-corinthiam. cum. baſi. ſua. et. hypobaſi. marmorea. ſua. pecunia. donum. dederunt.* Grut. XLVI II.

3. Reſtat adhuc ἠθμὸς, fundo vas ſubtiliter & creberrimè perforato; colum Latinè dictum; tertia illa, & legitima, ſupellectilis potoriæ pars. Sic enim ad quæſtionem Juris reſponſum à Pomponio: *In argento potorio eſſe, non id duntaxat, in quo bibi poſſit; ſed etiam quod ad præparationem bibendi comparatum eſt; ut colum . . . . & urceoli*. L. in argento D. de auro & argento Legat. Stato igitur ſupra baſin crateri & ſuum etiam ſuperpoſitum inſiſtebat colum; talique modo inter ſe juncta & aptata in nundinis venalia proſtitêre. Teſtatur id Julius Pollux, lib. 10. c. 24. ubi ἠθμοῦ μαγειρικοῦ, ideſt: coli coquinarii mentione priùs factâ, ſubdit ſtatim: ἐν μὲν τοῖς δημιοπράτοις καὶ ἠθμός τις ἐπὶ κρατῆρος πέπραται. ὃς ἴσως τοῖς περὶ τὸν οἶνον μᾶλλον προσήκει. Ideſt: *Quinetiam in tabulis auctionariis aliud quoddam colum, crateri ſuperimpoſitum, venale eſt repertum: quod quidem ad rem vinariam veriùs fortaſſe pertinet*. Uſus ejus, frigidam ex nive redditam, ipſum etiam vinum, & aromata immixta vino, ſine fæce, ſine ſorde, in craterem purius tranſmittere. Quamvis enim plebejæ menſæ ſacco ad id linteo uterentur; at pretioſa nobiliorum vina, non ſine colo divite, aureo fortè aut argenteo, reſtinguebantur. Hinc, apud Martialem in Apophoretis, coli iſta nivarii, cum ſacco nivario comparatio.

Colum Nivarium. CIII.
Setinos moneo noſtrâ nive frange trientes:
Pauperiore mero tingere lina potes.

Saccus Nivarius. CIV.
Attenuare nives nôrunt & lintea noſtra:
Frigidior colo non ſalit unda tuo.

Utrumque ſcilicet oſtentat utilitatem ſuam: Nec immeritò; cùm, pari utriuſque beneficio, ſordidum omne ſecerneretur, κώνωπες præcipuè; *culicum* infeſtum genus, quod è (48) fæce vini oriundum nativa ubique dolia, & crateras mirè appetebat. Hunc percolandi morem proverbium illud attingit Evangelicum (Mat. XXIII. 24.) Τὸν κώνωπα διυλίζοντες, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες. Ibi enim Heyſychius διυλίζοντες rectè reddidit διηθμίζοντες, διηθοῦντες· Latina pariter verſio *excolantes culicem*: & ſimili certè modo Anglicana reddere debuiſſet, *vvhich ſtrain* out *a Gnat*, &c. Nunc verò maximè mirandum, phraſi planè alienâ ſacram hanc pericopam occupari; legique paſſim à popularibus, *vvhich ſtrain* at *a Gnat*: unde conceptus non verus, ab Hagiographo toto genere diverſus, audientium animis ingeneratur.

Vaſa hæc potoria, ſolennem alicujus menſæ in Prytaneo apparatum, Phanodicus ſuâ pecuniâ ſacrata voluit: ut eſſent nempe μνῆμα Σιγεεῦσι, hoc eſt, ſui apud Sigeos monumentum. Σιγεεῦσι enim Dativus eſt pluralis à recto ſingulari Σιγεεὺς formatus; de quo ſic Stephanus *de Urbibus*, Σίγειον πόλις Τρωάδος· ὁ πολίτης Σιγεεύς.

XIX.

ΕΑΝ ΔΕ ΤΙ ΠΑΣΧΟ : ΜΕΛΕΔΑ : ΙΝΕΝ :
** ΕΟ ΣΙΓΕΙΕΣ : (i)

ἐὰν δέ τι πάσχω, μελεδαίνειν (ἐμ) ἐῶ Σιγεεῖς.

Si quid verò patiar, curare me jubebo *Sigeos*.

Lectorem hìc deſtituit Inſcriptio additicia. At in pri-

Ἄγε δὴ σὺ καὶ σὺ (inquit) τὴν πανοπλίαν πάλιν
Ταύτην λαβόντε κρεμάσατον Τύχῃ 'γαθῇ
Εἰς τὸ ἴπνιον ἔσω πλησίον τοῦ 'πιστάτου. Ideſt:

Heus tu, tuque alter (fugitive) recipite iterum
(quam poſuiſtis)
Hanc armaturam, eamque jam ſuſpendite Fortunæ Bonæ,
Interius in foco, prope (Larem) Præſtitem.

Arma ſcilicet ſuſpendere ſolenne ſemper fuit fugitivis, ſoſpitatis tandem & periculo defunctis. Quod ſi teſte aut auctore aliquo indigeat hæc noſtra interpretatio, accedat Plautus, Ariſtophanis non raro imitator, qui, habito ob oculos ultimo illo verſiculo, hunc ſuum quoque fecit in *Aululariâ*, Act. 2. Scen. 8.

Nunc tuſculum emi, & haſce coronas floreas:
Hæc nunc imponentur in foco noſtro Lari.

Quocum conferatur illud Catulli

*—— fertur * undique pubes*
Græca Penetralis deſeruiſſe focos. Ep. 69.

Quin & illud Perſii,

Bullaque ſuccinctis Laribus donata pependit.

Vox igitur ἐπίστατον, ſive ἐπίστατος malit Vir doctiſſimus, non niſi manifeſto errore Ariſtophani tribuitur. At, quam ille vocem alias ignotam ſtatuit, ὑποκρητηρίδιον clare ſatis ab Herodoto, & à commentatore Herodoti, Athenæo, ὑποκρητηριδίου dicitur. Ἀλυάττης ὁ Λυδὸς (Lib. 1. cap. 26.) ἀνέθηκε . . . . . ἐς Δελφοὺς κρητῆρά τε ἀργύρεον μέγαν, καὶ ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητὸν, θέης ἄξιον, ideſt; *Alyattes ille Lydus Craterem ingentem argenteum apud Delphos dedicavit, & Hypocraterium parvulum, ferreum, conglutinatum, contemplatu dignum*. Quæ quidem Herodotea reſpiciens forte Athenæus (lib. 5. cap. 13.) ὑποκρητηρίδιον interpretatus eſt ἐγγυθήκην, ἐγγυθήκας vero λεβήτων ὑποθήματα, hoc eſt, *Fulcra lebetes ſuſtentantia*. Addit ille ex Simonide, ἐγγυθήκη κ' ἐπ' αὐτῆς κύπελλον, ideſt: *Suſtentaculum & ſuſtentaculo inſiſtens poculum*. Pro ἐγγυθήκη vero (ut obiter id moneam) ſcribendum eſſe ἐγκαθήκη, detorta ex eo *incitega* vox Latina indicat.

(48) Ariſtot. Hiſt. Animal. lib. 5. cap. 19. Οἱ δὲ κώνωπες ἐκ σκωλήκων, οἳ γίνονται ἐκ τῆς περὶ τὸ ὄξος ἰλύος. Ideſt: *Culices prodeunt è vermiculis, qui ex aceti fæce oriuntur*.

(i) Sequor hic religioſe trium Apographorum ductus: quorum unum habet ΙΝΕΝ Ε*ΕΟ, alterum ΙΝΕΝ*ΡΕΟ, tertium, omiſſis duabus literis, ΙΝΕΝ**ΕΟ. Quod ſi conjecturæ indulgendum fuerit, legerem ſane ΜΕΛΕΔΑ. ΙΝΕΝ: ΔΕΟΣΙΓΕΙΕΣ, ideſt, ſervatâ vetuſtâ orthographiâ, μελεδαίνειν δεῖ ὦ Σιγεεῖς. *curare (me) oportet, O Sigei*. Sed non eadem in antiquos lapides, ac in Auctores toties exſcriptos, Criticis permiſſa eſt poteſtas. Non veretur tamen Vir doctiſſimus renitentem etiam & reclamantem Sigeum lapidem conjectando ſic refingere . . . . . Μελεδὰ ἵν' ἐνδέω Σιγεεῦσι, ideſt, *cura erit, ubi opus habeam, Sigeenſibus*. Μελεδὴ enim (inquit Vir doctiſs.) vox eſt Hippocrati eo ſenſu uſitata. Verum non perplacet iſta lectio, quia voces ἵνα ἐνδέω nullum habent ſenſum niſi qui præceſſerit in iſtis ἐὰν δέ τι πάσχω. Adde quod, ex lege vetuſtæ Orthographiæ, iſtud ΙΝΑ ſine H literâ aſpirante non eſſet depingendum: cujus tamen in Apographis nec vola nec veſtigium.

Omitto notare Σιγεεῦσι à Viro doctiſſimo repoſitum, cum Σιγεεῦσι Dativus ſit pluralis paulo ante in hoc ipſo lapide adhibitus. Nequeo tamen non notare nothum iſtud Μελέδη pro Hippocratico hic falſo venditatum. Μελέτη quidem & Μελεδαίνω, cum derivatis ab ea μελεδὼν & μελεδώνη, voces ſunt Hippocraticæ, non raro inter divina opera, ut propriæ, & genuinæ, agnitæ. At μελεδη iſtud Hippocrati primus adſcripſit Stephanus; poſt Stephanum Foëſius; & hâc demum occaſione, poſt eos Vir doctiſſimus. Sed nullus ei, inter voces Hippocraticas, apud Erotianum, Ga-

primaria ulteriùs procedit ſtatua, perſonâ in ſe receptâ, novâ ſanè, & mirum in modum ſingulari; ægrotantis ſcilicet, atque medico egentis. Is namque conceptus & voci πάχω, & μελεδαίνειν non obſcurè ſubeſt: „ Ego verò, ſi quid patiar (perſona „ inquit marmorea) ſi aliquo me fortè incommodo „ laborare, ut frangi, aut imminui, aut loco di- „ moveri accidat; accerſo mihi medicos, Sigeos „ amicos meos; hos me curare, & reficere; ab his mihi medelam adhiberi, jubeo. *Jubebo* tamen, tanquam in futuro, reddidi, quia obtritum iſtud * EO, quam unam per tot ſecula jacturam paſſum eſt illuſtre monumentum, veſtigia vocis ΕΡΕΟ non incerta retegit; ἐρέω verò pro ἐρῶ, λέξω, aut ἀπαγγελῶ, totâ paſſim Iliade, totâ etiam Odyſſeâ uſurpatur.

X X.

ΚΑΙ ΜΕΠΟΕΙΣΕΝ : ΗΑΙΣΟΠΟΣ : ΚΑΙ ΗΑΔΕΛΦΟΙ.

κ᾽ με᾽ ἐποίησεν ὁ αἴσωπος κ᾽ οἱ ἀδελφοί.

Et fecit me Æſopus atque Fratres.

Antiquis pleriſque operibus, ut è Pauſaniâ abundè conſtat, adſcripta fuere Artificum celebriorum nomina. Servatâ igitur Proſopopœjâ, ſuos etiam artifices opus hoc noſtrum jactat: *Æſopum* quendam, *atque Fratres*: hoc eſt, Æſopum operis præfectum, collegaſque unà ſtatuarios, eâdem cum Æſopo operâ, officinâ & ſodalitate junctos. Et eſſet ſanè, quod non ſine ſummâ ratione jactari poterat, ſi ὁ Λογοποιὸς Æſopus, ſi clarus ille è Phrygiâ Fabulator, is fortè fuerit, (1) qui Sigeo noſtro lapidi & verba, & vocem, cum figura accommodaverit. Quod ipſum ùt non temere nimis affirmari, ita nec obſtinatè negari vellem. Ætas enim Fabulatoris apprimè convenit, ut & vitæ ejus hiſtoria, ſæpe cum Solone, ſæpe cum Periandro actæ. Operam quod attinet lapidariam, nolim huc fortè trahere quod apud Plutarchum, in convivio Sapientûm, Æſopo objectum video: Σὺ δὲ τεκτόνων κ᾽ λιθοξόων ἔργα περινοσεῖς· Ideſt: *Tu verò* (inquit Anacharſis) *inter fabrorum & lapicidarum opera perpetuò verſaris*. Quanquam quid vetat pro more iſtius convivii, jocis & dicteriis pleni, veram illic Æſopi hiſtoriam, & vitæ ejus rationem obliquè ſtringi? His adde, quòd homo ingenio promptus, conditione ſervus, artem ſubinde cum domino mutare poterat, & ſub uno piſtoriam, ſub altero ſtatuariam facere. Sed neque omnino negligendum fuerit, inter omnes qui ad nos pervenêre lapides, unum hunc βυστροφηδὸν inſcriptum, unum etiam præ cæteris inſigniter vocalem, & humanâ perſonâ loquutum innotuiſſe. Hoc igitur Æſopi quis non commentum dixerit? Ab arca nempe Periandri, & à Solonis legibus βυστροφηδὸν exarare doctus, vocem ipſe ſtatuæ tanquam de ſuo indidit; & qui bruta toties animalia induxerat loquentia, nunc etiam & ipſum lapidem de donariis ipſius publicis, & de curando corpore, clarè ſermocinantem protulit. Nec eſt cur quenquam moveat ſphalma, ſi quod fuerit, literarium, infra tanti viri famam, & indignum Æſopo viſum. Qui enim inventione, acumine, & judicio tantum præſtitit, at literaturâ Æſopus præſtitiſſe nullibi, quod ſciam, traditur. Sanè eum dictaviſſe, potiùs quàm ſcripſiſſe, fabulas, Bentleji, Varronis Angli, adductæ ad rem iſtam obſervationes tantùm non probârunt.

Dabit hìc veniam æquus bonuſque lector; & in re tam ſpiſsè abdita huic uni forſan ignoſcet conjecturæ, cæteris, uti ſpero, certiore ubique fide, & ſolidiore fundamento nixis. Sed manum nunc de tabula; niſi quòd una ad extremum vocula ultro ſe offerat annotandam. Ea eſt ἐπόασεν, fallente Ioni ſimilitudine, (ut ſuperiùs obſervatum fuit) pro ἐποίησεν inducta. At ipſa interim ἐπόασεν non à ποιέω noto illo & Ionico, ſed ab antiquato dudum ποέω, Æolum fortè proprio, deflectitur. Ariſtophanes & (49) Theocritus poſtremam iſtius radicis memoriam ſervavêre; & nata ex eâ vocabula Latina, *Poëma*, *Poëſis*. *Poëta*, etiamnum ſervant.

Galenum, aut veterem aliquem Lexicographum eſt locus. Neque mirum; cum μελέδη non niſi pro μελέτη, idque ſemel tantum in exemplaria irrepſerit, Librariorum vitio, temere nimis δ pro τ (ut fit fere in cognatis literis) exarantium. Pravus ille, & magni quidem Stephani deceptor, locus, in Edit. Gen. 1657. pag. 616., & 617. *de morbis Mulierum*, ſic ſe habet: Ἢν μὴ μεγάλα ἕλκεα ἔχοι . . . μελεδαινομένη ἐν τάχει ὑγιαίνει. χρὴ δὲ τὴν μελέδην προσέχειν ἐν τάχει, ἢν ἕλκεα ἐν τῇ μήτρῃ ἔνι, ideſt: *Ni magna habeat ulcera, Medicum cito nacta convaleſcit Mulier. At oportet curam cito adhibere, utero ſi inſint ulcera*. Hæc vero forte fortuna ex eodem tractatu pag. 606. repetita ſunt, ubi μελέτην locum ſuum lectione non dubia tuetur. ἢν μὴ μεγάλα ᾖ τὰ ἕλκεα, μελεδαινομένη ἐν τάχει ὑγιαίνει. Χρὴ δὲ τὴν μελέτην ἀτρεκέως ποιέεσθαι ἑλκέων ἢ ἐν τῇσι μήτρῃσι. Cui quidem & aliud illud ſuffragatur pag. 591. ἔςι δ᾽ ἤτι κ᾽ ἕλκεα γίνεται ἐν τῇσι μήτρῃσι. κ᾽ δέηται προσέχειν τῇ μελέτῃ. Faceſſat igitur, ut ſubdititia, vox Μελέδη, quam uno tantummodo loco exhibent exemplaria, eandem in alio corrigentia; quæque à nullo, ante Stephanum, Lexicographo, ſive ex Hippocrate, ſive ex alio aliquo auctore, adducitur. Notetur interim, quod μελέτη Hippocratis, Erotiano interprete, ἐνέργειαν ſignificet; id quod citatis ſuperius locis, omnique ulcerum curationi, apprime congruit. Quanto igitur ſatius, ſine inauſpicato hoc tentamine, ΜΕΛΕΔΑ. ΙΝΕΝ interpretari μελεδαΐνεν, hoc eſt verum in Æolicâ inſcriptione agnoſcere Æoliſmum. Vulgo enim notum Æolum infinitivos in εν terminatos: unde σπεῖσεν & ἀναγινώσκεν in Cretenſi, apud Oxonienſes, marmore. Quin & vocalium α & ι alterius ab alterâ divulſionem, poſt Priſcianum quem adduxi in Commentario, Salmaſius ex arcanis prodidit. Epiſt. lib. 1 Ep. XCVII. *Æoles qui diphthongos nullas agnoſcebant, aliorum dividebant: ut παΐς pro παῖς, κοΐλον pro κοῖλον. Sic pro ἄιρω dixerunt ἀΐρω.* Nihil interim refert qua nota ſignetur hæc diviſio, ſeu digammâ hoc ſit interpoſito, ſeu levi vocalium interpunctione, ſeu duobus in vocis capite apiculis.

(1) In dubium vocat Vir doctiſſimus an ſerio hujus operis artificem Æſopum Fabulatorem ſtatuam. Ego vero nequaquam id ſtatuo: ſed verecundus, & ſuſpenſo calamo, veniamque ſincere deprecans, & ne veriſimilia quædam huc facientia imprudens neglexiſſe videar, Lectori hanc injicio cogitatiunculam. Dixi tamen, iterumque non vereor dicere: *Hoc ipſum ut non temere nimis affirmari, ita nec obſtinate negari vellem*. Quanquam enim ex adytis profatur vir doctiſſimus, Æſopo non fuiſſe fratres; at mihi nil opus hoc oraculo, qui fratres non intelligo uterinos, ſed Collegii fabrilis ſocios. Non mihi autem, ſed ipſi ſe lapidi opponit, dum tres numero artifices uni operi non patitur adſcribi. Æſopus enim, quicunque is fuit, fratreſque, tres fuerint neceſſe eſt. Et quanquam non niſi durâ lege ad proferenda hujuſmodi exempla adigamur; duos tamen unius operis Artifices non ſemel memorat Pauſanias; quin & tres (ni fallor) in Epigrammate dulciſſima exhibet Anthologia; *in Append. ad Brodei Epigram.* p. 13.

Ἀγχάσιος δ᾽ ἐποίησε Τροφώνιος ἠδ᾽ Ἀγαμήδης.

(49) Quod linguâ Ionicâ ποιέω, id Dorica & Æolica ποῶ fuiſſe, Poëtæ veteres teſtantur: ex. gr.

Ἦ καλὰς ἄμμε ποῶν ἐλελήθει βῶκος ἀοιδάς. Ideſt:

Certe nos latuit faciens bona carmina meſſor.
Theocrit. Idyl. 10. 38.

Ἀλλ᾽ ἀμύνου, κ᾽ δίωκε, κ᾽ τροπὴν αὐτοῦ ποῦ. Ideſt:

Quin propugna, & inſequere, & fac ut hinc vertatur.

Ariſtoph. Equit. Act. 1. Scen. 3. alibique.

In fine appendiculæ ſuæ hæc addidit Edmundus Chishull.

HÆc ſunt quæ notatu non indigna videbantur, poſt ſcriptas ad Illuſtriſſimum Amicum, &, ſcriptoris ipſius juſſu, mecum communicatas literas. Jamque pauca eſſent expendenda, quæ me publice quidem, ſed & humaniſſime commonefecit pereruditus ille Literaturæ elegantioris promus condus *Michaël Maittaire*. Verum huic quoque, ex ſuperius notatis, de vocibus ἐπίςαων & ὑποκρητήριον, deque notho iſto Μελιδα non in lapidem arceſſendo, abunde ſatisfactum ſpero. Interim unice eſt orandus Vir rei Grammaticæ callentiſſimus, neu velit nobiliſſimæ Inſcriptioni & decus, & florem, & omne pene pretium deterere, *dum literas ο & ε breves pro longis hic* aſſerit *uſitatas; ο ſcilicet pro ω ſubſtituentibus Æolicis, at ε pro η Doricis ſcriptoribus*. Quid enim? nullam hæc fatentur dialectum, ſed verum illum & antiquum Græcæ linguæ Genium; qualem Latina ab ipsâ accepit, hodieque ſervat; dum, quinque vocalibus contenta, quantitatem literarum O & E non ſignat picturæ diverſitate; ore tantum & aure dimetitur. Sic igitur ante Euclidem Archontem, non ſolum apud Æolas Doraſque, ſed mediis etiam Athenis exarari ſuerum. Monſtrat hoc lapidis Baudelotiani titulus, quem, hac quidem occaſione, ex Palæographiâ Montfauconii, oculis, quantum id typi patiantur, nunc ſubjiciam. ΗΟΙΔΕ : ΕΝΤΟΙ : ΠΟΛΕΜΟΙ : ΑΠΕΘΑΝΟΝ : ΕΝΚΥΠΡΟΙ : ΕΝΑΙΓΥΠΤΟΙ : ΕΝΦΟΙΝΙΚΕΙ : ΕΝΑLΙΕΥΣΙΝ : ΕΝΑΙΑΙΝΕΙ : ideſt: οἵδε ἐν τῷ πολέμῳ ἀπέθανον, ἐν Κύπρῳ, ἐν Αἰγύπτῳ, ἐν Φοινίκῃ, ἐν Ἀλιεῦσιν, ἐν Αἰγίνῃ. Nemo in his dixerit aut ο pro ω, aut ε pro η, breves pro longis, ſubſtitutas. Sed nondum inventis, aut ſaltem nondum acceptis Simonideis longarum formis, una illa & perpetua E & O figura, ut hodie in Latinâ Filiâ, ita tunc in Matre Græcâ, tum brevem tum longam deſignabat.

Eodem erravit tramite Vir alias certe Κριτικώτατος, dum non concedit voces Ηώισωπος & Ηαδελφοι ex articulis ὁ & οἱ mediante ſynalœpha eſſe enatas. *Reclamant* inquit *Synalœphæ & Craſeos leges; nam ο α in ω, οι α in ω coaleſcunt, ut ὦ ᾽ρχων & ᾽ω ᾽νδρες Pari ratione voces ſupradictæ fierent ὤ σωπος & ὦ ᾽δελφοί*. Recte quidem iſta; ſi ageretur de inſcriptione & de Grammaticâ poſt Euclidem natâ. Nunc autem clament quantum poterint Craſeos & Synalœphæ leges: at fortius, credo, reclamabit Sigeus Lapis: „ *natum* „ *ſe eo ſeculo in quo ω nondum natum fuit; proinde iis ſe non* „ *legibus teneri*.

Poſcit nunc manum ultimam & vis & ſyntaxis verbi ἐρέω, quod Maittairius *apud Homerum frequens cum accuſativo aut dativo ſolis; neque ſenſu* jubendi, *ſtatuit*. Sed hoc ipſo ſenſu, & ſyntaxi non diſſimili, Patrocli umbra alloquitur Achillem, jubens ſcilicet & injungens ſua, cum illius oſſibus, uno tumulo componere. Il. ψ. verſ. 83.

Ἄλλο δέ τοι ἐρέω καὶ ἐφήσομαι, αἴκε πίθηαι,
Μὴ ἐμὰ σῶν ἀπάνευθε τιθήμεναι ὀςέ᾽ Ἀχιλλεῦ, ideſt:

Juſſero præterea, mihi ſi concedis, Achille,
Oſſa tuis uno mea ponere juncta ſepulchro.

Quidni igitur & εἴδωλον Phanodici ſic, ſi placet, Homericè jubens & injungens proferam?

Τῶτό σφιν δ᾽ ἐρέω καὶ ἐφήσομαι, αἴκε πίθων),
Αυτὸς Σιγεᾶς μελεδαίνεμεν εἴ κέ τι πάσχω.

Quin & ἐρέω pro *jubebo* poſitum illuſtrat ejus contrarium ἀπερῶ *vetabo* ſignificans. Interim nec Græcum ἐρέω nec Latinum *jubeo* notione imperandi capio; ſed *hortandi*, *rogandi*, *volendi*; quo ſenſu Lectorem demum ſalvere, valere, ſine livore eſſe *jubeo*.

Sin quæratur tandem quo merito, quove ſuo jure, tantum ſibi licere apud Sigeos crediderit Phanodicus; non hoc Donariis ſolummodo ab ipſo ſacratis tribuendum, ſed aut bene geſto forſitan *Prytanis*, & *Epiſtatæ*, magiſtratui; aut famæ potius ob bonas literas, & Hiſtoriam poſteritati conſignatam, debitæ. Quid enim impedit, quo minus hunc ipſum fuiſſe Hiſtoricum Phanodicum divinemus; quem, in *Thalete* & *Biante*, laudaverit Laërtius; & cujus non nomen ſolum, ſed & operis conſcripti titulus, apud doctiſſimum Apollonii ſcholiaſtem, hunc ad modum ſervatur? Nempe *ad lib.* 1. verſ. 211. Φανόδικος ἐν ᾱ Δηλιακῶν. Ideſt: Phanodicus *in libro Deliacorum primo*. Iterumque ad verſ. 419. περὶ τῆς Ὀρτυγίας Φανόδικος ἐν τοῖς Δηλιακοῖς ἱςόρηκεν. Ideſt: Phanodicus *in Deliacis de Ortygiâ Hiſtoriam tradidit*.

PSEPHISMA SIGEORUM,

AD HONOREM REGIS ANTIOCHI,

Nunc primum SOTERIS appellati, ſpectans,

INſcriptionem Sigeam antiquiſſimam non ſolum Βυςροφηδὸν exaratam, ſed & Cadmeis literis inſignem, excipiat Sigea altera, qua (ſi unam exceperim Tejam, brevi, Deo volente, emittendam) vix ulla, ut opinor, è Simonideo ducta Alphabeto, vetuſtior ad nos pervenit. Claræ enim Chronici marmorei Epochæ quatuordecim poſt annis, Archonte Athenis Diogneto, ſunt deſcriptæ. Et cùm Stela illa celeberrima Oxonienſis, Magnetum & Smyrnæorum fœderi dicata, non niſi Seleuci Callinici Majeſtatem ſpectet; hæc avo ejus Antiocho Seleuci Nicatoris Filio firmatum Imperium gratulatur: Secundo, ut videtur, poſt occiſum Seleucum anno, æræ Seleucidarum 35., ante Chriſtum 278. Sciat interim Lector, permiſſam mihi humaniſſime egregii lapidis deſcriptionem, ab Illuſtriſſimo Armigero, *Edvvardo VVortlejo Mountague*, à Regiâ nuper Majeſtate ad Portam Ottomanicam Legato. Is enim illum reperit Sigei, intra parietes iſtius Templi Chriſtiani, cujus fores Phanodicus noſter cuſtos immotus ſervat. Repertum Eruditiſſimus Legatus aureis aliquam multis redemit à Sacerdote Græco; redemptumque ſecum in Britanniam auro contra non carum reportavit. Sic igitur marmorea ſtela, parte ſui inferiore mutilata.

1. ΕΠΙΜΗΝΙΕΥΟΝΤΟΣΝΥΜΦΙΟΥΤΟΥΔΙΟΥΡΕ-
ΦΟΥΣΕΠΙΣΤΑΤΟΥΝΤΟΣΔΕΛΙΟ...ΙΟΥΤΟΥ
2. ΙΠΠΟΜΕΔΟΝΤΟΣΔΗΜΗΤΡΙΟΣΔΙΟΥΣΕΙΠΕ-
ΝΕΠΕΙΔΗΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝΤΙΟΧΟΣΒΑΣΙ-
ΛΕΩΣ
3. ΣΕΛΕΥΚΟΥΣΝΑΡΧΗΙΤΕΠΑΡΑΛΑΒΩΝΤΗΜ-
ΒΑΣΙΛΕΙΑΝΚΑΙΠΡΟΣΤΑΣΕΝ
4. ΔΟΞΟΥΚΑΙΚΑΛΗΣΑΙΡΕΣΕΩΣ [illegible] ΗΤΗΣΕ-
ΤΑΣΜΕΝΠΟΛΕΙΣΤΑΣΚΑΤΗΝΣΕ
5. ΛΕΥΚΙΔΑΠΕΙΡΙΕΧΟΜΕΝΑΣΥΠΟΚΑΙΡΟΝ-
ΔΥΣΧΕΡΩΝΔΙΑΤΟΥΣΑΠΟΣΤΑΝΤΑΣ
6. ΤΩΜ-

Idem PSEPHISMA charactere communi repræſentatum, reſtitutis uſque ad verſum 39. quibuſdam, quæ fugere, literis.

1. Επιμηνιεύοντος Νυμφίου τοῦ Διοτρέφους, Επιςατοῦντος δὲ Διονυσίου τοῦ
2. Ιππομέδοντος, Δημήτριος Διὸς εἶπεν. Ἐπειδὴ βασιλεὺς Αντίοχος βασιλέως
3. Σελεύκου ἐν ἀρχῇ τε παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, καὶ προςὰς ἐν-
4. δόξου καὶ καλῆς αἱρέσεως ἐζήτησε τὰς μὲν πόλεις τὰς κα (τὰ) τὴν Σε-
5. λευκίδα, περιεχομένας ὑπὸ καιρῶν δυσχερῶν, διὰ τοὺς ἀποςάντας
6. τῶμ

Verſ. 1. Ideſt: Epimenia agente, celebrante, procurante, ſacrificante Nymphio. Fuere verò Epimenia ſacrificium quoddam epulare, a Collegis Sacerdotibus per vices procurari ſuetum. Liba in eo & mellitæ placentæ epulonibus & convivis magno numero vocatis diſtribuebantur. Primò quidem noviluniis (unde & vocis notatio) aſtringebatur. Poſtea, pro re natâ, & celebriori quavis occaſione, aliis etiam menſis diebus indici cœpit. Singulis vero Diei Epimeniæ actis adſcribebatur Sacerdotis, ſacrum procurantis, nomen: Qui nunc honos indictâ die Epimeniâ, & convocato ſenatu, ut de honorando Rege Antiocho conſuleretur, Nymphio cuidam obtigit. Verus hic & germanus Epimeniorum ſenſus non ex Heſychio aut Harpocratione, vim vocis ſolummodo notantibus, inveſtigari debet, ſed ex Epictetæ apud Gruterum Teſtamento pag. CCXVI. maturè nimirum obſervatis & perpenſis in eo vocibus, ἐπιμήνια, ἐπιμήνια, ἐπιμήνιοι, ἐπιμηνιεύειν, item phraſibus, ἐγγραφέτω τὰς τε ἐπιμηνίους, ideſt: *ſacrificia peragentes*, ἐμ Μηνὶ Δελφινίῳ ἁμέρας τρεῖς ἀποδείξας ἐπιμηνίους, ideſt: *in menſe Delphinio, tres dies indicens Epimenios*: Θύειν τὰς μεν τὰν πρώταν ἐπιμηνιεύοντα ταῖς Μούσαις κ. λ. ideſt: *primo die Epimenia procurantem ſacrificare Muſis, &c.* adde ex vetuſto apud Athenæum Pſephiſmate, τάδε ἐπιμήνια θυέτω ἱερεὺς μετὰ τῶν παρασίτων. Ideſt: *Epimenia peragat Sacerdos una cum collegis epulonibus*, lib. 6. cap. 6.

Ibid. *Epiſtatam agente Dionyſio*. Apud Sigeos, compoſito ad exemplum Athenienſium ſtatu, duplex fuit Epiſtatæ Magiſtratus. Alter annuus; cui in partem officii ceſſit cuſtodia ærarii, & ſigilli publici, ſortito ex Prytanibus creatus; diurnus alter, electus è Collegio Proëdrorum quotieſcunque Populi aut Senatus conſilium cogeretur. Præſidebat igitur actis Curiæ, & decretis ejus, una cum Sacerdote Epimenio, & Senatore qui ſententiam dixerit, nomen ſuum adſcribebat. Nobili hac occaſione ad decernendum Regi Antiocho honorem ſenatus populuſque uno & eodem cœtu congregabantur. Separatim tamen leguntur in Magnetum & Smyrnæorum fœdere, Ἐπιμήνιοι τῆς βουλῆς, & in Sherardiano Aphrodiſienſi marmore Ἐπιςάτης τοῦ βουλευτηρίου, at in Lege apud Æſchinem Επιςάτης τῶν Προέδρων.

Verſ. 2. Annus jam agebatur à Seleuco Rege Syriæ nuncupato, hoc eſt ab initio æræ Seleucidarum, triceſimus tertius, ante Chriſtum ducenteſimus octogeſimus; cum, nuntiatâ è Macedoniâ Seleuci nece, Antiochum ejus filium, Stratonices novercæ conjugem, turbulentæ res in Syriâ, & in Aſiâ ultra montem Taurum, excepere. Signatur hic rerum ſtatus in exordio Pſephiſmatis, nec non in hiſtoriâ Memnonis, quam excerpſit & ſervavit Photius; Cod. CCXXIV. cap. 16. ὁ δὲ Σελεύκου Ἀντίοχος πολλοῖς πολέμοις ἢ καὶ μόλις καὶ οὐδὲ πᾶσαν ὅμως ἀνασωσάμενος τὴν πατρῴαν ἀρχὴν πέμψας ςρατηγὸν Πατροκλέα σὺν ἐκςρατεύματι εἰς τὴν ἐπίταδε τοῦ Ταύρου. Ideſt: *Antiochus Seleuci F. cum multis jam bellis idque ægre quidem neque univerſum ſimul conſervaſſet paternum imperium, Patroclem ducem, cum delectu, mittit in regionem citra montem Taurum*. Hæc ad Antiochi annum primum, eundemque ante Chriſtum 280mum, omnino referenda; quia Patrocles ab iſta expeditione redux, à Zipæte ſeniore, Bithynorum Rege, jam vivente eſt occiſus; qui moriens eo ipſo aut proximo ſaltem anno Bithyniæ regnum Nicomedi filio reliquit.

Verſ. 3 Propoſitis his exemplis Lectorem ne notare pigeat, literam lingualem ν in μ labialem toties hic converſam, quoties vocem præceſſerit à labiali β, aut π incipientem: id quod in aliis ejuſdem ævi lapidibus, in compoſitis Græcis ἐμβάλλω, ἐμμένω, ἐμπίπτω, in Latinis *imbibo*, *immuto*, *impono*, ſimilibuſque obſervandum venit. Nimirum hunc induxit uſum ſoni facilior prolatio, dum duæ cognatæ literæ uno oris niſu exprimuntur. Hinc vero demonſtratur vera illa & antiqua Elementi β, compreſſis labellis, pronuntiatio.

Verſ. 3., & 4. *Bonum præ ſe ferens propoſitum*, aut *bonum proponens inſtitutum*: ſenſu quidem & conſtructione rara; quam tamen D. Paulus in capite ad Titum tertio bis admiſit: verſibus nempe 8., & 14., καλῶν ἔργων προΐςασθαι.

Verſ. 5. Errore credo marmorarii pro κατὰ τὴν Σελευκίδα. Erat vero Seleucis Syriæ Regio quarta, ad mare vergens: ubi Antiochus opportune compeſcendis motibus intentus miſſos ſibi à Philetæro Pergameno Patris Seleuci cineres recepit, eoſque Seleuciæ maritimæ in Templo, Nicatorio dicto, Appiano teſte, tumulavit.

6. ΤΩΝΠΡΑΓΜΑΤΩΝΕΙΣΕΙΡΗΝΗΝΚΑΙΤΗ- ΝΑΡΧΑΙΑΝΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑΝΚΑΤΑΣΤΗ- ΝΑΙ	6. τῶν πραγμάτων, εἰς εἰρήνην ϗ τὴν ἀρχαίαν εὐδαιμονίαν καταςῆ- ναι,
7. ΤΟΥΣΔΕΠΙΘΕΜΕΝΟΥΣΤΟΙΣΠΑΓΜΑΣΙΝΕ- ΠΕΞΕΛΘΩΝΚΑΘΑΠΕΡΗΝΔΙΚΑΙΟΝΑΝΑ	7. τὰς δ' ἐπιθεμένας τοῖς πράγμασιν ἐπεξελθὼν, καθάπερ ἦν δίκαιον, ἀνα-
8. ΚΤΗΣΑΣΘΑΙΤΗΜΠΑΤΡΩΙΑΝΑΡΧΗΝΔΙΟ- ΚΑΙΧΡΗΣΑΜΕΝΟΣΣΠΟΥΔΗΙΚΑΛΗΙΚΑΙ- ΔΙΚΑΙΑ	8. κτήσαϑαι τὴμ πατρῴαν ἀρχὴν Δί' ὃ καὶ χρησάμενος σπυδῇ καλῇ ϗ δικαίᾳ
9. ΚΑΙΛΑΒΩΝΟΥΜΟΝΟΝΤΟΥΣΦΙΛΟΥΣΚΑΙ- ΤΑΣΔΥΝΑΜΕΙΣΕΙΣΤΟΕΝΑΓΩΝΙΣΑΣ- ΘΑΙΠΕΡΙ	9. ϗ λαβὼν ὐ μόνον τὰς φίλυς, ϗ τὰς Δυνάμεις, εἰς τὸ ἐνα- γωνίσαϑαι περὶ
10. ΤΩΜΠΡΑΓΜΑΤΩΝΑΥΤΩΙΠΡΩΘΥΜΩΣΑΛ- ΛΑΚΑΙΤΟΔΑΙΜΟΝΙΟΝΕΥΝΟΥΝΚΑΙ- ΣΥΝ	10. τῶμ πραγμάτων Αὐτῷ προθύμως, ἀλλὰ ϗ τὸ Δαιμόνιον εὔνυν ϗ συν-
11. ΕΡΓΟΝΤΑΣΤΕΠΟΛΕΙΣΕΙΡΗΝΗΝΚΑΙΤΗΜ- ΒΑΣΙΛΕΙΑΝΕΙΣΤΗΝΑΡΧΑΙΑΝΔΙΑΘΕ- ΣΙΝ	11. εργὸν, τάς τε πόλεις εἰς εἰρήνην, καὶ τὴμ βασιλείαν εἰς τὴν ἀρχαίαν διάθεσιν
12. ΚΑΤΕΣΤΗΣΕΝΝΥΝΔΕΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΟ- ΣΕΠΙΤΟΥΣΤΟΠΟΥΣΤΟΥΣΕΠΙΤΑΔΕΤΟΥ- ΤΑΥΡΟΥ	12. κατέςησεν, Νῦν δὲ παραγενόμενος εἰς τὰς τόπυς τὰς ἐπίταδε τῦ Ταύρυ
13. ΜΕΤΑΠΑΣΗΣΣΠΟΥΔΗΣΚΑΙΦΙΛΟΤΟΜΙΑ- ΣΑΜΑΚΑΙΤΑΙΣΠΟΔΕΣΙΝΤΗΝΕΙΡΗ- ΝΗΝΚΑΤΕΣΚΕΥ	13. μετ' πάσης σπυδῆς ϗ φιλοτιμίας, ἅμα καὶ ταῖς πόλεσιν τὴν εἰρήνην κατεσκεύ-
14. ΑΣΕΝΚΑΙΤΑΠΡΑΓΜΑΤΑΚΑΙΤΗΜΒΑΣΙ- ΛΕΙΑΝΕΙΣΜΕΙΞΩΚΑΙ........ΕΠΑΝ- ΔΙΑΘΕΣΙΝ	14. ασεν, ϗ τὰ πράγματα ϗ τὴμ βασιλείαν εἰς μείζω ϗ (πλειωτ) ἐραν διάθεσιν
15. ΑΓΗΓΟΧΕΜΑΛΙΣΤΑΜΕΝΔΙΑΤΗΝΙΔΙΑΝΑ- ΡΕΤΗΝΕΙΤΑΚΑΙΔΙΑΤΗΝ...,...ΩΝ- ΚΑΙΤΩΝ	15. ἀγήγοχε, μάλιςα μὲν διὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν, εἶτα ϗ διὰ τὴν (τῶ φί) λων ϗ τῶ
16. ΔΥΝΑΜΕΩΝΕΥΝΟΙΑΝΟΠΩΣΟΥΝΟΔΗΜΟ- ΣΕΠΕΙΔΗΚΑΙΠΡΟΣ......ΚΑΘΟΝΚΑΙ- ΡΟΝ	16. Δυνάμεων εὔνοιαν, Ὅπως ὖν ὁ Δῆμος ἐπειδὴ ϗ προσ (εχῶς) καθ' ὃν καιρὸν
17. ΠΑΡΕΛΑΒΕΝΤΗΝΒΑΣΙΛΕΙΑΝΕΥΧΑΣΚΑΙ- ΘΥΣΙΑΣΥΠΕΡΑΥΤΟΥΠΑΣΙΤΟΙΣΘΕΟΙΣ	17. παρέλαβεν τὴν βασιλείαν, Ευχὰς ϗ θυσίας ὑπὲρ Αὐτῦ πᾶσι τοῖς θεοῖς
18. ΔΙΕΤΕΛΕΙΠΟΙΟΥΜΕΝΟΣΚΑΙΝΥΝΕΥΝΟΥ- ΣΩΝΚΑΙΤΗΝΑΥΤΗΝ...ΕΣΙΝΕΧΩΝ 19. ΦΑ-	18. διετέλει ποιύμενος, ϗ νῦν εὔνυς ὢν ϗ τὴν αὐτὴν (διαθ) εσιν ἔχων 19. φα-

Verſ. 5., & 7. Vox πράγματα apud optimos quoſque auctores, idem quod nunc apud noſtrates, *Affaires* & *Things*, ſignificat; res nempe, Rempublicam, rerum ſummam, negotia, potentiam, & majeſtatem Regni: familiarius tamen de Regum Syriacorum rebus dicebatur; ut conſtat ex noſtro marmore; ex Magnetum & Smyrnæorum fœdere; nec non ex Maccabæorum ſcriptore; apud quem notandæ phraſes, πραγμάτων ἐπίβυλος, 2. Mac. III. 38. ἀλλότριον γεγονέναι τῶ πραγμάτων, IV. 21. ἀλλότρια φρονεῖν τῶ πραγμάτων, XIV. 26.

Verſ. 8. Syriam intelligit intra Euphratem & Mare Mediterraneum ſitam, Aſiamque intra montem Taurum. Tranſeuphratenſem enim Regionem jam olim, fere tredecim retro annis, una cum uxore Stratonice, Antiocho, dilecto ejus Filio, conceſſerat Seleucus.

Verſ. 9. Sententia vere pia & magnæ erga Deum fiduciæ plena. Accedit enim ad illud Marci Evangeliſtæ XVI. 20. τῦ κυρίυ συνεργῦντος, Pauli item I. ad Cor. III. 9. θεῦ γάρ ἐσμέν συνεργοί· niſi quod verear his per Δαιμόνιον intelligi Genium Alexandri M. cui devotus Antiochus noſter, & in ſomniis per eum monitus, abhinc triennio, præclaram illam de Gallis victoriam reportavit. Vid. Lucianum Vol. 1. pag. 499. Edit. Var.

Verſ. 9. Ita ſcilicet in Oriente de ſubjectis Regi Satrapis & Dynaſtis amabant loqui. Verſio enim LXX. huic lapidi coæva, ſic habet Eſtheræ cap. II. 18. *fecit Rex convivium magnum*, τοῖς φίλοις αὐτῦ ϗ ταῖς Δυνάμεσιν, cum in Hebræo ſit *Principibus ſuis & ſervis ſuis*. Et poſtea Maccabæorum ſcriptor I. Mac. XII. 43. ἐπέταξε τοῖς φίλοις ϗ ταῖς Δυνάμεσιν αὐτῦ. Cum vero Δυνάμεις ſecundum vulgarem vocis notationem reddiderim *copias militares*; eaſdem ſcilicet quas & Anglice *Forces* dicimus; merito tamen dubitandum, annon hic Δυνάμεις ſignificet Δυνάςας; non aliter ac ἐξυσία apud Divum Paulum pro ἐξυσίαν gerente, & *Poteſtas*, apud Varronem & Juvenalem, pro poteſtatem habente ponitur. Ex eâ certe *Poteſtatis* notatione, & Italicum *Podeſtà*, & Turcicum *Podeſcha* enatum.

Verſ. 12. Pergit nunc Pſephiſma ad expeditionem cis montem Taurum, quam, anno Regni ſecundo, præſens ipſe Antiochus contra Nicomedem ſuſceperat; mortem ſcilicet Patroclis, & exercitus excidium, ulturus. De eâ ſic idem Memnon, cap. XVI. διὰ ταῦτα δὴ ἐπιςρατείαν ἐγνωκότος Αντιόχυ κατ' Βιθυνῶν, ὁ τύτων Βασιλεὺς Νικομήδης διαπρεσβεύεται πρὸς Ηράκλειαν συμμαχίαν αἰτῶν. Ideſt: *Hanc ob rem Antiocho contra Bithynos bellum decernente, Rex eorum Nicomedes Legatos ad Heraclienſes mittit, auxilium ab iis petens*. Iterumque cap. 19. ὅπω συῤῥαγεὶς Αντιοχος Αντιοχος Αντιγόνῳ τὸ πρὸς Νικομήδην χωρίζεται πόλεμον. ὁ δὲ Νικομήδης, ... τριήρεις τρισκαίδεκα συμμάχυς λαμβάνει, ϗ λοιπὸν ἀντικαθίςεται τῷ τῦ Αντιόχυ ςόλῳ. ἐπὶ χρόνον δέ τίνα ἀντικαςάντες ἀλλήλοις, ὐδέτεροι μάχης ἦρξαν, ἀλλ' * ἄπρακτοι διελύθησαν. Ideſt: *Nondum Antigono colliſus Antiochus contra Nicomedem Bellum ſuſcipit: Nicomedes autem triremes tredecim auxiliares accipit, & claſſem tum demum Antiochi opponit claſſi. Aliquandiu vero alter alteri oppoſitus neutrâ ex parte fecere initium pugnæ, ſed manibus non conſertis receſſere*. Apprime hæc conſonant Pſephiſmati. Claſſe ſcilicet Antiochi Helleſponti fauces occupante; præſens ipſe, & ad omnem eventum paratus, Sigei ſubſtitit, una cum Regina & Dynaſtis & univerſo comitatu Regio. Idque grate nunc recolens Sigeorum Populus, nullâ pugnæ factâ mentione, ſolo Regis adventu ſtabilitum imperium, & ſervatas intra montem Taurum civitates, gloriatur.

Verſ. 12. Non hic lego cum vulgaribus ἐπιταδε, ſed ἐπίταδε, ad normam adverbii ἐπέκεινα. contraria vero ſignificat, nempe cis, citra, intra, ultra, pro loci & loquentis ratione; ſicut & עבר apud Hebræos, & πέραν apud Evangeliſtas Græcos.

Verſ. 14. Non incongrue in lacunâ πλειωτέραν leges, ut 3. Macc. III. 26. διειλήφαμεν . . . τελέως ἡμῖν τὰ πράγματα ἐν εὐςαθείᾳ ϗ τῇ βελτίςῃ διαθέσει κατασθήζεσθαι. Quæ libentius hic allego, ut ſcilicet notetur phraſeologiæ per totam hanc Inſcriptionem cum Phraſeologiâ Maccabaicâ conſpiratio: nimirum Hellenicâ puritate jam tum apud Syrios in Helleniſticam degenerante. Obſervanda etiam in lapide vox ἀγήοχα in libris.

19. ΦΑΝΕΡΟΣΗΙΤΩΙΒΑΣΙΛΕΙΤΥΧΗΙΤΗΙΑΓΑ-
ΘΗΙΔΕΔΟΧΘΑΙΤΗΙΒ.....ΤΩΙ
20. ΔΗΜΩΙΤΗΝΜΕΝΙΕΡΕΙΑΝΚΑΙΤΟΥΣΙΕΡΟ-
ΝΟΜΟΥΣΚΑΙΤΟΥΣ......ΕΙΣΕΣΞΑΣ
21. ΘΑΙΤΗΙΑΘΗΝΑΙΤΗΙΙΛΙΑΔΙΜΕΤΑΤΩΝ-
ΠΡΕΣΒΕΣΤΩΝΤΗΝΠΑΡΟΥΣΙΑΝΓΕΓΟ
22. ΝΕΝΑΙΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΚΑΙΤΗΣΑΔΕΛΦΗ-
ΣΑΥΤΟΥΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣΚΑΙΤΩΝΦΙΛΩΝ
23. ΚΑΙΤΩΝΔΥΝΑΜΕΩΝΚΑΙΓΙΟΕΣΘΑΙΤΑΤΕ-
ΑΛΛΑΓΑΘΑΤΩΙΒΑΣΙΛΕΙΚΑΙΤΗΙΒΑΣΙ
24. ΤΙΣΣΗΙΠΑΝΤΑΚΑΙΤΑΠΡΑΡΜΑΤΑΚΑΙ-
ΤΗΝΒΑΣΙΛΕΙΑΝΑΥΤΟΙΣΔΙΑΜΕΝΕΙΝ-
ΛΑΜΒΑΝΟΥ
25. ΣΑΝΕΠΙΔΟΣΙΝΚΑΘΑΠΕΡΑΥΤΟΙΠΡΟΑΙ-
ΡΟΥΝΤΑΙΕΥΞΑΣΘΑΙΔΕΚΑΙΤΟΥΣΑΛ-
ΛΟΥΣΙΕΡΕΙΣΚΑΙ
26. ΙΕΡΕΙΑΣΜΕΤΑΤΟΥΙΕΡΕΩΣΤΟΥΤΟΥΒΑΣΙ-
ΛΕΩΣΑΝΤΙΟΧΟΥΤΩΙΤΕΑΠΟΛΛΩΝΙ-
ΤΩΙΑΡΧΗΓ....
27. ΤΟΥΓΕΝΟΥΣΑΥΤΟΥΚΑΙΤΗΙΝΙΚΗΙΚΑΙ-
ΤΩΙΔΙΙΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΘΕΟΙΣΠΑ-
ΣΙΚΑΙΠΑΣΑΙΣ.....
28. ΤΑΙΣΕΥΧΑΙΣΤΗΙΜΕΝΑΘΗΝΑΙΣΥΝΤΕΛΕ-
ΣΑΤΩΣΑΝΤΗΝΝΟΜΙ⌑ΟΜΕΝΗΝ-
ΚΑΙΤΑΤ........
29. ΣΙΑ-

19. φανερὸς ᾖ τῷ βασιλεῖ, τυχῇ ἀγαθῇ δεδόχθαι τῇ Β (ουλῇ καὶ) τῷ
20. Δήμῳ τὴν μὲν Ἱέρειαν καὶ Ἱερονόμους, καὶ τοὺς (Πρυτάν) εις εὔξασ-
21. θαι τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Ἰλιάδι, μετὰ τῶν Πρεσβευτῶν, τήν τε παρουσίαν γεγο-
22. νέναι τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς Ἀδελφῆς Αὐτοῦ βασιλίσσης, καὶ τῶν φίλων,
23. καὶ τῶν Δυνάμεων, καὶ γίνεσθαι τά τε ἄλλα ἀγαθὰ τῷ βασιλεῖ, καὶ τῇ βασι-
24. λίσσῃ πάντα, καὶ τὰ πράγματα καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῖς διαμένειν λαμβάνου-
25. σαν ἐπίδοσιν, καθάπερ Αὐτοὶ προαιροῦνται. Εὔξασθαι δὲ καὶ τοὺς ἄλλους Ἱερεῖς καὶ
26. Ἱερείας, μετὰ τοῦ Ἱερέως τούτου βασιλέως Ἀντιόχου τῷ τε Ἀπόλλωνι τῷ Ἀρχηγ (έτῃ
27. τοῦ γένους Αὐτοῦ, καὶ τῇ Νίκῃ, καὶ τῷ Διΐ, καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις. (Ἅμα δὲ
28. ταῖς Εὐχαῖς τῇ μὲν Ἀθηνᾷ συντελεσάτωσαν τὴν νομιζομένην καὶ πατ (ρ)ιομένην θυ-
29. σίαν

Verf. 20. Lucefcit hic Minervæ Ilienfis Religio, per facerdotem fœminam & Ἱερονόμους, hoc eft facrorum fub ea magiftros, & Prytanes adminiftrata. Nimirum, vaftato quanquam Ilio, & portato in Italiam Palladio, revixit tamen in Troade Minervæ Ilienfis cultus. Huic (inquit Herodotus) mille boves Xerxes immolavit, ex Afia in Europam trajecturus: Huic etiam, tefte Arriano, litavit Alexander magnus, factâ jam ex Europâ in Afiam excenfione. Eâdem nunc Antiochus religione motus fupplex adiit τὸ Ἀθηναῖον τὸ ἐν Σιγείῳ, ideft Minervæ apud Sigeos templum, fic fcilicet ab Herodoto in Terpfichore cap. 95. appellatum: inferius vero verfu 35. τὸ Ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἐν τῇ Σιγιέων πόλει.

Notetur in eodem verfu vis vocis εὔξασθαι, ubi, ut *fupplicatio* apud Latinos, non tam precationem, quam gratiarum actionem denotat.

Verf. 22. Nonnihil hinc accedit lucis ad ftemma Regum Syriæ plenius evolvendum. Huic fcilicet Antiocho, Soteri appellato, aliam fuiffe uxorem, præter Stratonicen Novercam, ex Polyæno viri docti collegere; at eandem fuiffe ipfius fororem nunc primum ex hoc lapide compertum eft. Polyæni verba, lib. 8. c. 50. fic fe habent: Ἀντίοχος ὁ προσαγορευθεὶς Θεὸς, ἔγημε Λαοδίκην ὁμοπάτριον, ἀδελφὴν ἐξ ἧς αὐτῷ παῖς ἐγένετο Σέλευκος. Ideft: *Antiochus cognomine Theus Laodicem uxorem duxit ex eodem, quo ipfe, patre* (Antiocho Sotere, a matre diverfa) *natam*, &c. Ut igitur Antiocho Theo dicto, parentes fuere Antiochus Soter & Stratonice, ita & Laodice ejus uxori idem pater fuit Antiochus Soter; at mater, quæ, in noftro lapide, Regina, Soteris foror appellatur. Nomen ejus vix ullibi fervatur: at credibile eft fuiffe germanam mariti fororem, ex iifdem queîs Ipfe parentibus, Seleuco Nicatore, & Apame filia Megabyzi genitam. Non diu igitur poft patris Seleuci obitum Stratonicen novercam & uxorem amiferat Antiochus: tantum abeft à vero quod contra omnem Hiftoriæ fidem Julianus in Mifopogone tradidit, recufâtam eam vivente patre, & demum, eo mortuo acceptam. Tutius longe, inter cæteros, Plutarcho, in Demetrii vita, creditur, nuptam eam Antiocho, & in novum Regnum Tranfeuphratenfe ductam, ftatim poftquam pater ejus Demetrius Macedoniæ fibi Regnum ufurpaverat; decimo nono videlicet, aut vicefimo æræ Seleucidarum anno. Rite hæc omnia in Seleucidarum genere perpendens Lector non poteft non deteftari propudiofum ex omni parte amoris incefti fcelus. Tum fcilicet apud gentes non fine laude perpetrabatur, quod D. Pauli tempore, ne fando quidem inter eafdem auditum fuit, *ut nempe quis patris uxorem habeat*, II. Cor. V. 1.

Verf. 26. Glifcit in his verbis non ferva tantum fed & profana Græcorum adulatio, quâ Alexandri fucceffores Σωτῆρας Θεοὺς folenni Refcripto appellavere. Perpulchre hanc Athenienfibus in *Demetrio* exprobrat Plutarchus. Μόνοι inquit (Ἀθηναῖοι Δημήτριον καὶ Ἀντίγονον) Σωτῆρας ἀνέγραψαν θεοὺς καὶ τὸν ἐπώνυμον καὶ πάτριον Ἄρχοντα καταπαύσαντες ἱερέα Σωτήρων ἐχειροτόνουν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. Ideft: *Demetrium & Antigonum foli omnium Athenienfes Servatorum Deorum titulo in acta retulerunt. Abrogatoque patrio Archonte, urbis nomen ferente, Sacerdotem Servatorum fingulis annis creaverunt*. Pari titulo ἱερεὺς ὁ τοῦ βασιλέως, ideft: Sacerdos Regis Antiochi Soteris hîc Sigei conftitutus ejus adhuc viventis ἀποθέωσιν teftatur. Huic, & Seleuco patri, idem Lemni quoque attributum Athenæus, l. 6. c. 16. affentatione ibi graphice defcripta, prodidit. Οἱ Λημνόθεν inquit Ἀθηναῖοι οὐ μόνον ναοὺς κατεσκεύασαν τοῦ Σελεύκου, ἀλλὰ καὶ τοῦ υἱοῦ Ἀντιόχου. Ideft: *Qui Lemnum incolebant Athenienfes Templa extruxere non Seleuci folum, fed & filii ejus Antiochi*. Facile ex his clarefcet, cur in Magnetum & Smyrnæorum marmore, verfu 101 Ὁ Θεὸς καὶ Σωτὴρ Ἀντίοχος, pater nempe Antiochi Thei, & Seleuci Callinici avus, geminato fic titulo defignetur: paratumque jam refponfum clariff. Joanni Harduino; qui in Chronologiâ Vet Teftam. p. 173. verborum hâc ftructurâ deceptus, Antiochum primum & fecundum, patrem fcilicet & filium, Soterem & Theum, in unum temere confinxit; & Antiochum Theum ex canone Regum Syriæ expunxit. Obiter enim patrem Antiochum, ut & folennius ejus ex Stratonice novercâ filium, θεὸν appellatum novimus. Sed & ipfe præftantiffimus Spanhemius verba ifta Θεὸς καὶ Σωτὴρ Ἀντίοχος de Antiocho Theo filio (patris fcilicet Soteris ἀποθέωσιν non advertens) male videtur accepiffe, *de ufu numifm.* p. 415.

Verf. 26., & 27. Nota, ex Juftino, male gloriofa fabula, quâ Apollinem auctorem generis Seleucidæ præ fe ferebant. *Seleuci mater Laudice, cum nupta effet Antiocho, claro inter Philippi duces viro, vifa eft fibi per quietem ex concubitu Apollinis concepiffe; gravidamque factam, munus concubitûs annulum à Deo accepiffe, in cujus gemma anchora fculpta effet; juffaque donum filio, quem peperiffet, dare. Admirabilem fecit hunc vifum & annulus, qui pofterâ die, ejufdem fculpturæ, in lecto inventus eft, & figura anchoræ quæ in femore Seleuci nata cum ipfo parvulo fuit. Quamobrem Laudice annulum Seleuco, eunti cum Alexandro Magno ad Perficam militiam, edocto de origine fuâ dedit. Ubi poft mortem Alexandri, occupato regno orientis, urbem condidit, ibique geminæ originis memoriam confecravit. Nam & urbem ex Antiochi patris nomine Antiochiam vocavit, & campos vicinos urbi Apollini dicavit. Originis ejus argumentum etiam in pofteris manfit: fiquidem filii nepotefque ejus anchoram in femore veluti notam generis naturalem habuere. Juftin lib. 15. cap. 4.* At quid verius, aut quid clarius, ex hoc tanto hiatu colliges, amice Lector, quam inceftam hanc familiam, ex nothâ prorfus origine, & congreffu adultero prognatam?

Verf. 28. A voce νόμος, & *legem* fignificante & *legitimam confuetudinem*, νομιζομένην θυσίαν interpretabere *juftum*, *legi-*

29. ΣΙΑΝΟΙΤΕΙΕΡΟΝΟΜΟΙΚΑΙΟΙΠΡΤΤΑΝΕΙΣ-
ΜΕΤΑΤΗΣΙΕΡΕΙΑΣΚΑΙΠΡΕΣΒΤΤΩΝ ....
30. ΑΛΩΝΙΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΘΕΟΙΣΟΙΣΤΡΑΤΗ-
ΓΟΙΜΕΤΑΤΩΝΑΛΛΩΝΙΕΡΕΙΩΝΟ-
ΤΑΝ........
31. ΣΙΑΣΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΕΙΤΩΣΑΝΟΙΤΕΠΟΛΙ-
ΤΑΙΚΑΙΟΙΠΑΡΟΙΚΟΙΠΑΝΤΕΣΚΑΙ-
ΣΤΝ ....
32. ΑΣΣΤΝΤΕΛΕΙΤΩΣΑΝΘΤΣΙΑΣΤΟΙΣΘΕΟΙΣ-
ΘΕΟΙΣΤΠΕΡΤΟΤΒΑΣΙΛΕΩΣΚΑΙΤΟΤ-
ΔΗΜΟΤ......
33. ΕΙΣΤΗΝΤΙΜΗΝΚΑΙΔΟΞΑΝΗΚΟΝΤΑΣΤΓ-
ΚΑΤΑΣΚΕΤΑΞ ΩΝΟΔ.........
34. ΝΕΣΑΙΜΕΝΑΤΤΟΝΕΠΙΤΗΙΑΡΕΤΗΙΚΑΙ-
ΤΗΙΑΝΔΡΑΓΑΘΙΑΤΗΙ.........
35. ΚΟΝΑΧΡΤΣΗΝΕΦΙΠΠΟΤΕΝΤΩΙΕΡΩΙΤΗ-
ΣΑΘΗΝΑΣΕΝΤΗΙΣ........
36. ΕΠΙΒΗΜΑΤΟΣΤΟΤΛΕΤΚΟΛΙΘΟΤΚΑΙΕΠΙ-
ΓΡΑΨΑΙΟΔΗΜΟΣ........
37. ΟΧΟΝΒΑΣΙΛΕΩΣΣΕΛΕΤΚΟΤΕΤΣΕΒΕΙΑΣΕ-
ΝΕΚΕΝΤΗΣΕΙΣΤΟΙΕΡΟ ....
38. ΤΗΡΑΓΕΓΟΝΟΤΑΤΟΤΔΗΜΟΤΑΓΟΡΕΤΣΑΙ-
ΔΕΚΑΙΕΜ .....
39. ΓΤΜΝΙΚΩΙΑΓΩΝΙΤΟΝΑΓΩΝΟΘΕΤΗΝΚΑΙ-
ΤΟΙΣ ...
40. ΛΙΣΚΑΙΑΙΛΟΙΠΑΙΠΟΛΕΙΣΣΤΕΦΑΝΩΣΙΝ...
41. ΙΛΙΑΔΑΤΗΝΑΓΓΕΛΙΑΝΠΟΙΟΤΜΕΝΟΤΣ...
42. ΕΛΕΣΘΑΙΔΕΚΑΙΠΡΕΣΒΕΤΤΑΣΕΚΠΑΝ ...
43. ΑΣΠΑΣΑΜΕΝΟΙΑΤΤΟΝΠΑΡΑΤ ....
44. ΠΙΑΙΝΕΙΝΑΤΤΟΝΤΕΚΑΙΤΗΝ ....
45. ΚΑΙΤΟΤΣΦΙΛΟΤΣΚΑΙ ....
46. ΜΗΝΚΑΙΑΠΟΛΟΓΙΣΑΜ ...:
47. .... ΑΤΤΟΤΒΑΣΙΛΕΩΣ

29. σίαν οἵ τε Ἱερονόμοι, καὶ οἱ Πρυτάνεις, μετὰ τῆς Ἱερείας, καὶ τῶν Πρεσβευτῶν, (τῷ δὲ Απο-
30. λλωνι καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς οἱ Στρατηγοὶ μετὰ τῶν ἄλλων Ἱερέων. Ὅταν (δὲ ποιῶσι θυ-
31. σίας, ςεφανηφορείτωσαν. Οἵ τε πολῖται, καὶ οἱ πάροικοι πάντες τε καὶ συν (οικοι δημοτί-
32. ας συντελείτωσαν θυσίας τοῖς θεοῖς ὑπὲρ τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ Δήμου (Σιγείων. Τὰ δὲ
33. εἰς τὴν τιμὴν καὶ δόξαν ἀνήκοντα συγκατασκευάζων ὁ Δ (ῆμος παρέξει εἰς τὸ ἐπιαυ-
34. νέσαι μὲν Αὐτὸν ἐπὶ τῇ καὶ τῇ Ανδραγαθίᾳ Αρετῇ τῇ (τοσαύτῃ, ςῆσαί τε Αὐτοῦ εἰ-
35. κόνα χρυσῆν ἐφ' ἵππου ἐν τῷ Ἱερῷ τῆς Αθηνᾶς ἐν τῇ Σ (ιγαέων πόλει
36. ἐπὶ βήματος τοῦ λευκολίθου, καὶ ἐπιγράψαι, ὁ Δῆμος (Σιγαέων βασιλέα Ἀντι-
37. οχον βασιλέως Σελεύκου Ἐυσεβείας ἕνεκεν τῆς εἰς τὸ Ἱερὸ (ν, Ἐυεργέτην καὶ Σω-
38. τῆρα γεγονότα τοῦ Δήμου. Αγορεῦσαι δὲ καὶ ἐν (πανηγύρει καὶ ἐν τῷ ἐνεςῶτι
39. γυμνικῷ ἀγῶνι τὸν Αγωνοθέτην καὶ τοὺς (κήρυκας τὴν τιμὴν . . . :

legitimum, *solenne*; *ordinarium*, ex præscriptâ nimirum lege & recepto more, non ex novâ aliquâ superstitione aut privatâ religione introductum, *sacrificium*. Jubebat scilicet Lex Atheniensium Θεὸς τιμᾶν καὶ Ἥρωας ἐγχωρίας ἐν κοινῷ, ἐν ποινίμοις πατρίοις νόμοις. Ideſt: *Ritu communi venerari Deos & Heroas indigetas, secundum patrias, easque sub pœnâ indictas, leges*. Unde & in XII. Tabulas Romæ quoque illatum; *separatim nemo habessit Deos*. Hoc igitur sensu & Epicteta, in supra laudato ipsius Testamento, νομιζόμενα dixit & νενομισμένα ἱερά. Maccabæorum auctor (II. Macc XIV. 14.) τῶν νομιζομένων θεῶν. Josephus quoque in Antiq. lib 4 c. 4. τετράποδα εἰς τὰς θυσίας νενομισμένα Thucydides lib. 6. c. 69. σφάγια τὰ νομιζόμενα, & alicubi, tametsi non succurrit locus, εὐχὰς νομιζομένας. Hinc igitur explicandus, simul & reddendus, D. Lucas, Act XVI. 13. ὃ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι. Pro quo minus clare Latina Versio (ut & citato Maccabæorum loco) *ubi videbatur oratio esse*. Anglicana aliæque, *vvhere Prayer vvas vvont to be made*. Paulo tamen melius, *vvhere Prayer vvas appointed to be made*.

Vers. 33. Ita & de Antigono Macedoniæ Rege Polybius l. 2. c. 70. ἐπ' αὐτὴν ἦλθε τὴν Νεμείων πανήγυριν... τυχὼν πάντων τῶν πρὸς ἀθάνατον δόξαν καὶ τιμὴν ἀνηκόντων. Notanda quoque τιμὴ καὶ δόξα in Nov. Test. sæpissime conjuncta.

Vers. 32., 35., 36. Ter excidit, ab extremo horum versuum, Populi Sigeorum nomen: quasi de industriâ, ad hanc præcipue partem, destituente lectorem lapide. Illud vero in honorario hoc Psephismate, in æde Minervæ posito, non tam malâ fortunâ factum reor, quam invidiâ Iliensium, qui, Strabone teste, Sigeum urbem delevere. Cum vero diserte in Herodoto legatur τὸ Αθηναῖον ἐν τῷ Σιγείῳ, pariterque in versu lapidis 35.° τῷ Ἱερῷ τῆς Αθηνᾶς ἐν τῇ Σ... non potui non illic legere Σιγαέων πόλει. Quo dato, & in fine versuum 32., & 36., idem Σιγαέων nomen reponendum fuit.

Vers. 34., & 35. Lego in lacunâ (ςῆσαί τε Αὐτοῦ Εἰ) κόνα χρυσῆν ἐφ' ἵππου; & adduco ex Diodoro Siculo consimile quoque Atheniensium eodem fere tempore de Demetrio & Antigono Psephisma, lib. nempe 20. ubi Archonte Anaxicrate ἐψηφίσαντο χρυσᾶς μὲν εἰκόνας ἐφ' ἅρματος ςῆσαι τοῦ τε Αντιγόνου καὶ τοῦ Δημητρίου. Ideſt: *statuas curules aureas Antigoni & Demetrii ponendas decrevere*.

Vers. 37. Pari honore Delii in Arundeliano marmore Reginam Laodicem Seleuci Philopatoris uxorem prosequuntur: nempe ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐσεβείας τῆς περὶ τὸ Ἱερόν. pag. 142.

Vers. 37., & 38 Supplendum, probabili conjectura, ob ubique fere conjunctos *Evergetæ* & *Soteris* titulos, Ἐυεργέτην καὶ Σω) τῆρα γεγονότα τοῦ Δήμου. Σωτῆρα enim quin hic in marmore scribatur, nullum esse statuo, ne vel minimum dubitandi locum. Itaque, ex hoc ipso tempore, Antiocho id cognominis adhæsit. Et quod nummi non hactenus fecere, unus hic ab ipsâ felici expeditione servatus lapis historicis adstruxit fidem. Memoratur quidem ab Appiano in Syriacis, Αντίοχος Σελεύκου . . ὁ τῆς μητρυιᾶς ἐρασθείς, ὃς καὶ Σωτὴρ ἐπεκλήθη, Γαλάτας ἐκ τῆς Ἐυρώπης ἐς Ασίαν ἐμβάλλοντας ἐξελάσας. Fallitur tamen, aut non recte intelligitur Appianus, qui verbis sic constructis, *Sotera* eum tum primum cognominatum innuit, cum Gallos ex Europâ in Asiam irrumpentes repulerat: Prius enim repressus Nicomedes, & firmatum paternum imperium, & Salus data tot intra Taurum montem civitatibus mansurum hunc nominis honorem Antiocho peperere. Cæterum Appianum non male lapidi conciliandum reor, si de Gallis quibusdam intelligatur, jam tum, ut auxilio Nicomedi essent, in Asiam transfretantibus. Nam justus ille Gallorum exercitus, a Luciano in Xeuxide descriptus, uno alterove abhinc anno, elephantorum ope debellatus est. Neque post eam, utcunque claram & memorabilem victoriam, Σωτῆρος hocce cognomentum, sed Καλλινίκου acclamatum fuit. Ipse etiam Antiochus, Σωτῆρος à se titulum longe alienum ratus, partam sibi & suis per sedecim Belluas Σωτηρίαν cum pudore & lacrymis est professus: ideoque & erecto post prælium trophæo nil nisi elephantum inscribi jussit.

Sotera vero inscribi, si vel unius solummodo Populi aut civitatis fuerit, *hoc quantum est? Ita magnum*, inquit Cicero, (in Verrem. 2.) *ut Latino uno verbo exprimi non possit. Is est nimirum* Soter *qui salutem dedit*. Sed auxit titulum Nero, Σωτὴρ inscriptus τῆς Οἰκουμένης. Quibus commotus Divus Paulus, & terrenum Soteris honorem præ cœlesti indigne ferens, non sine honestâ æmulatione quosdam monet è Philippensibus; coloniæ nimirum jure, & civitate Romanâ, & Sotere Cæsare gloriantibus; Ἡμῶν . . . τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ιησοῦν Χριςόν. Ideſt: *Nobis est in cœlis civitatis jus* (non ut habet Latina, aliæque multæ versiones *nostra conversatio in cœlis est*, sed) *nobis est in cœlis civitatis jus; unde etiam* Sotera *expectamus Dominum Jesum Christum*. Phil. III. 20 Præterea, aut ego egregie fallor, aut idem ille & κήρυξ, & Απόςολος, & Διδάσκαλος ἐθνῶν, falsos Σωτῆρας Θεὸς toties à Græcorum Præconibus annuntiatos, toties in nummis & lapidibus inscriptos detestatus, veram idcirco appellationem Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, non semel, ad Timotheum & Titum scribens, unico mundi *Salvatori*, Deo atque homini asseruit. Vid. 1. Tim. II. II. 3., 7. 2. Tim. II. 10., II. Tit. I. 3., 4. II. 10., 23., III 4.

Psephismatis Versio Latina.

EPimenia procurante Nymphio, Diotrephis F. Epistatam vero agente Dionysio Hippomedontis F. Demetrius Diis F. sententiam dixit. Quoniam Rex Antiochus Regis Seleuci F. quo primum tempore Regnum capessivit; bonum præ se ferens & plenum gloriæ propositum, quæsivit quidem, quæ in Seleucide sunt urbes, difficultate temporum implicitas, culpâ quorundam qui se à rerum statu alienos gesserant, in pace & pristinâ felicitate stabilire; factoque in eos impetu qui rerum invaserant administrationem, paternum, uti æquum fuit, Imperium sibi recuperare; quamobrem & bonâ & honestâ diligentiâ usus, & accipiens secum, non solum amicos, & copias militares, ut prompte ei pro Republica periclitantes adessent, sed & ipsum Deum fautorem sociumque operis, & urbes in pace, & regnum in dispositione pristinâ stabilivit; Jamque veniens ad ea loca quæ sunt intra montem Taurum, omni cura studioque, simul urbibus pacem procuravit, simul Rempublicam Regnumque ad ampliorem statum, & meliorem dispositionem perduxit; maxime quidem propria sui ipsius virtute, deinde etiam amicorum & Potestatum benevolentiâ. *Ut Ergo* Populus (quoniam quo tempore Regnum capessivit, supplicationibus & victimis pro eo Diis omnibus attentè faciens perseveravit) nunc etiam bonum animum & eandem erga Regem dispositionem clarè se habentem demonstret; *Bonâ Fortunâ* placere Senatui Populoque, & Sacerdotem ipsam, & Sacrorum Magistros, & Prytanes supplicationem Minervæ Iliensi facere; tum ob adventum Regis, & sororis ejus Reginæ, & Amicorum & Potestatum; tum quòd alia quoque bona omnia & Regi eveniant, & Reginæ, quodque Respublica & Regnum ipsis permaneat, incrementum etiam accipiens, prout ipsi præoptant: Supplicationem item facere alios aliasque Sacerdotes, unà cum Sacerdote Regis Antiochi, & Apollini generis ejus auctori, & Victoriæ, & Jovi, & aliis Diis, & Deabus omnibus: Quinetiam unâ cum supplicationibus, Minervæ quidem legitimum & præscriptum sacrificium peragunto Sacrorum Magistri, & Prytanes, cum ipsâ Deæ Sacerdote & Legatis; Apollini vero, cæterisque Diis Prætores, cum aliis Sacerdotibus. Cum vero sacrificia peragunt, coronas gestanto. Cives quoque & Incolæ omnes, & contubernales, Diis publica sacrificia peraganto, pro Rege, & Populo *Sigeorum*. Omnia vero ad honorem & gloriam Regis pertinentia Populus apparata habeat *præbeatque*; tum ad laudandum eum, ob Virtutem & Fortitudinem; tum ad ponendam ejus statuam Equestrem auream, in Templo Minervæ, quod est in Urbe Sigeorum supra Basin candidi Marmoris, eique sic inscribunto, ***Populus Sigeorum*** hoc honore prosecutus est ***Regem Antiochum Regis Seleuci F. ob suam erga Minervæ Templum Pietatem, Benefactorem & Sotera Populi***. Hunc vero Honorem & in *Panegyri*, & in Gymnico *proximo* certamine Agonothetâ & *præconibus* proclamatum iri.

EDMUNDI CHISHULL, S. T. B.

Ad Egregium Virum NICOLAUM FRANCISCUM HAYM, Thesauri Britannici Authorem Laudatissimum,

De Nummo CKωΠΙ inscripto Dissertatio.

HABES, Vir egregie, has meas conjecturas, non inanes spero, nec suo pondere carentes, de nummo isto plane singulari, quem ipse olim accuratissimus *Bellorius*, sed nec explicatum, nec bene lectum protulit. Tu vero nunc longe sinceriorem, atque omnibus suis apicibus conspicuum, e *Celsissimi Devoniæ Ducis* Thesauro depromsisti. Mire perstrinxit oculos nova illa & insolita Inscriptio; neque aliud mihi in mentem primo aspectu revocavit; quam 'Εφέσια quæ vocantur Γράμματα: hoc est enormes illas, absonas & ignotas voces, *Suidæ*, *Hesychioque* memoratas, quas Incantamenti loco, nonnulli secum Ephesii circumtulisse dicebantur. At utramque Nummi faciem attentiore cura perpendenti, paulatim visum est aperiri reconditum hoc quod sequitur, Antiquitatis eruditæ specimen.

I. Prima Nummi Facies aream videtur exhibere, inscriptam Literis ε φ, & circulari quadam linea undiquaque terminatam. Huic insistit Cervus Capitis sui, atque Colli, circumductione notabilis; cui CKωΠΙ Vocula, aut Voculæ certe pars subjicitur. Hanc ego Aream, Literulis ε φ notatam, Theatri Ephesini *Orchestram* esse arbitror; hoc est Locum in Theatro Saltationibus destinatum, proprio suo *Scammate* sive Lineâ circumseptum. Cervus agillimum animalium, notum alias Ephesiorum Symbolum, hic apposite saltatorum eximiam agilitatem denotat. At singularis ista Colli circumductio, cum adjecta vocis CKωΠΙ inscriptione, tantum non clare eloquitur satyricam quandam saltationis speciem, non Ephesi solum, sed & tota passim Ionia celebratam. Nomen indidit saltationi Avis saltatrix Σκὼψ. Quæ *Aristoteli* inter edulia, & delicias admodum laudata, nostratibus, ni fallor, *Dotterellus*, *Wilughbejo Morinellus* audit. Motus ejus satyricos, non addito Latino nomine, *Plinius* dubitanter attigit; aliique capi avem tradidere, ab Aucupe istos motus non inscitè imitante. *Athenæus* id de Oto, hoc est de Asione, sive noctuâ majore referens, subdit statim, καὶ τοὺς σκῶπας ὀρχήσει, λόγος ἁλίσκεσθαι ..... γένος τε ὀρχήσεως ἀπ' αὐτῶν καλεῖται σκώψ. Idest: *Quin & scopas quoque perhibent saltatione capi. Et quoddam saltationis Genus ab iis vocatur* scops, *lib.* 9. Paria his & plura *Pollux*; apud quem σκώψ, & variato nomine σκωπίας, sub morphasmo, hoc est saltatione mimicâ, tanquam ei cognata recensetur: ὁ δὲ μορφασμὸς (inquit) παντοδαπῶν ζώων μίμησις ἦν. ἦν δέ τι καὶ σκώψ, τὸ δ' αὐτὸ καὶ σκωπίας, εἶδος ὀρχήσεως ἔχον τινὰ τοῦ τραχήλου περιφοράν, κατὰ τὴν τοῦ ὄρνιθος μίμησιν, ὃς ὑπ' ἐκπλήξεως τὴν ὄρχησιν ἁλίσκεται. ὁ δὲ λέων ὀρχήσεως φοβερᾶς εἶδος. Idest: *Morphasmus Saltatio fuit omnium cujuscunque generis animalium imitatrix. Fuit etiam in Honore* Scops, *seu quod idem est* Scopias, *saltationis species, habens certam quandam colli circumgyrationem, avis istius imitatione, quæ attonita saltando capitur. At* Leonem *quod attinet, erat ea horrificæ saltationis species*. Vid. Jul. Poll. lib. 4. cap. 14 & in voce μορφάζω, *cap.* 13.

Nec mirum forsitan videbitur, mimicâ istâ saltatione Ephesium hunc nummulum insigniri, reputantibus quæ retulerit *Lucianus*, de Ionum ingenio in hanc rem perdite propenso: „ Bacchica saltatio „ in Ioniâ præcipue in Ponto assueta celebrari, satyrica licet fuerit, gentis illius animos ita tamen „ mancipavit, ut singuli, statâ occasione cæterorum „ omnium obliti, de die in diem sedeant, spectantes „ Titanas, Corybantas, Satyros & Bubulcos. Saltant hæc nobilissimi quinque, & cujusque civitatis Principes: Nec id ut erubescentes certe; immo eo se nomine longe magis efferentes, quam „ aut nobilitate ipsa, aut muneribus publicis, aut „ dignitatibus majorum. Hæc *Lucianus* περὶ ὀρχήσεως: ubi per statam occasionem indigitat ille & annua, & Quinquennalia Certamina, Deorum Indigenarum Festa, nec non & πανηγύρεις sive Conventus mercatorios, ad quos Populus magnâ frequentiâ è finitimis passim regionibus commeabat. Hinc in Lapide Honorario, quem, cum aliis bene multis, ex Asia in Britanniam transtulit Celeberrimus Doctissimusque Vir *Gulielmus Scherard*, *L. L. D.* Nobiles duas Fœminas a Smyrnæis celebratas legimus, *quod* Saltationem, *& omnia ad* Cereris *religionem spectantia, & Mystarum Festum, magnifice exhibuerint*: ΤΗΝ ΟΡΧΗΣΙΝ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΤΕ ΠΕΡΙ ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ ΤΗΣ ΘΕΟΥ ΚΑΙ ΤΗΝ ΤΩΝ ΜΥΣΤΩΝ ΕΟΡΤΗΝ ΕΚΤΕΝΩΣ ΠΑΡΑΣΧΟΥΣΑΣ. Jam vero ut Smyrnæi Deæ Cereri; ita Ephesii Dianæ suæ frequentissimi saltavere. Atque hanc ob rem tot nudi saltatores Symbolicas, quæ adhuc extant, Dianæ Ephesiæ statuas affabre effícti ambiunt. Tres certe istius Numinis marmoreæ Figuræ, è totidem Italiæ nobilissimis Cimeliothecis, Authore *Claudio Menetrejo* in Lucem datæ, hunc ipsum clare exhibent Saltatorem scopicum; idque non solum collo isto circumducto, sed (quo CKωΠΑ certius cognoscas) alato quoque humero conspiciendum.

Sed erit fortasse majori adhuc oblectamento musivam adire tabulam in Villa Corsinâ, ad Viam Aureliam, erutam; atque in eâ ad libitum contemplari saltatores duos colli-flexos; quibus bis geminæ hinc inde adstant ipsæ aves *Scopes*, ad vivum justâ magnitudine depictæ, caudæ & colli flexu mirum in modum gesticulantes. *Vid. Fig.* 18. inter *Bartolii Sepulchra Veterum* à Bellorio *explicatam*. Sed absit Verbo invidia; tum hancce tabulam, tum Symbolicam illam *Dianæ Ephesiæ* statuam, noster iste nummulus longe felicius explicavit.

II. Altera nummi facie impressam habemus apem; &, cum ape, Inscriptionem prorsus inusitatam; ΚΗΡΙΑ ΛΙCωΔε ΠΡΟC ΠΛΑVΡΝ. Hîc enim non solum Litera ε loco η, communi alias errato, substituitur; sed quod nunquam alibi, (sive in nummo, sive in Lapide nihil detrimenti passo) Α Δ Λ uno omnes ductu efformantur.

Apis ista in Ephesiorum & Smyrnæorum nummis, aliisque eorum sculpta Monumentis, testari videtur receptam olim apud *Ionas* vetustam illam traditionem, a *Philostrato* in imagine *Meletis* memoratam; quod nempe Atheniensibus colonos suos illuc deportantibus, Musæ classem rexerint, sub formâ *Apum*. Putarem tamen ad mellis & ceræ Copiam, per omnia Ephesi confinia abunde provenientem, apem hîc melius referri. Quicquid sit; nequeo Monetam hic agnoscere jure publico receptam:

tam : non solum quia tot sphalmata Artificis privatam potius arguunt, quam legitimam manum ; sed quia nullus urbis Magistratus, nulla ejus Religio, in Numismate conspicitur. Fuisse ergo *Symbolum* crediderim, *Polluci* inter *nummulos* recensitum, Latinisque *Tesseram* nominatum ; cujus Ectypa, Gymnasiarchorum Jussu, magno numero percussa, viritimque populo divisa, locum cuique in Theatro ad spectandam saltationem darent. Interim ne Symboli aversum Latus vacuum prorsus & infructuosum relinqueretur, occuparunt illud Gymnasiarchi, qui in spectaculis soli omnia potuerunt, Pharmaci cujusdam Publicatione : Pharmaci dico : quod apud ipsos, aut eorum saltem administros, Balneatores nempe, Unguentarios & Jatraliptas, propalam in Balneis & Gymnasiis venale prostitit. Hoc suadebit certe duarum Inscriptionis partium divisa commode interpretatio : quarum prima sic apertius legitur ΚΗΡ ΙΔ ΛΙCωΔΕ, at altera paulo intricatius ΠΡΟC ΠΛΛVΡΝ.

1. ΚΗΡΙΔ ΛΙCωΔΕ (corrupte pro ΚΗΡΙΑ ΔΙCωΔΗ) auctoribus Aristotele *Plinioque*, non verebor interpretari *Favos Bithymos*, sive Favos bina Thyma redolentes : Favos intelligo, colore albos, melli faciundo non omnino aptos, sed ad medicamina & varios curationum usus apprime commendatos. Ita enim de cera, de melle, & favis agens *Aristoteles* (de Hist. Animal. lib. 9. cap. 40.) τὸ δὲ λευκὸν (κηρίον inquit) ἐκ τοῦ θύμου εἰλικρινοῦς, ἀγαθὸν δὲ πρὸς ὀφθαλμοὺς καὶ ἕλκη. Jam locum istum sic expressit *Plinius* (lib. 11. cap. 16) *Album mel non fit, quod* Bithymum *est, sed Oculis & ulceribus aptissimum existimatur*. Nec hanc solum, sed & alias *Favi Bithymi* Virtutes ex *Plinio* aliud agente obiter colligimus. Nam, *Duo* (inquit) *sunt Genera Thimi .... utraque oculorum claritati multum conferre existimantur ... item* si lateralis dolor sit, *aut inter scapulas, aut in Thorace*, lib. 21. cap. 21.

Celebre hoc Pharmacum vetusta diu famâ & opinione nobilitatum, una cum cæteris & Medicinæ & Luxuriæ inventis, (unguentis nempe, odoribus, oleis factitiis, & Ceromate, post edita spectacula, ab Athletis jam sudantibus deterso,) aut ipsi illi Gymnasiarchi aut eorum certe Ministri in Balneis & Gymnasiis venditabant. Illic enim Medicinam eos factitasse, & Mercaturam, ex Authoribus abunde constat. Hinc *Plinius* (lib. 28. cap. 4) non sine indignatione quadam *Quæstuosorum* deprædicat *Gymnasia Græcorum*. Nec immerito, si eidem (lib. 15. cap. 4.) sic prius scribenti fides. *Usum ejus* (idest olei) *ad Luxuriam vertere Græci, Vitiorum omnium Genitores, in* Gymnasiis publicando. *Notum est Magistratus Honoris ejus Octogenis* (idest 80000.) *sestertiis strigmenta Olei vendidisse*.

Festo igitur Tempore, jamque ad saltationes, ad luctatus, ad pugilatus, & ad alia id genus certamina undique confluente populo, hæc sua κηρία διϑύμα Balneator quis, aut Unguentarius, aut Jatraliptes publicavit : idque arrepta hujus *Symboli Saltatorii* occasione, quo latior rei Notitia per manus, hinc inde, volitaret. Latinas hujusmodi Publicationes, utcunque vulgo non notatas, at revera, mercimonii ergo, a Veteribus olim factas, nemo est qui recte pernegabit. Tales enim duas, ceræ pulchre impressas, & a tesseris Archetypis longiusculis more quodam Typographico desumptas, adhuc apud me servo ; aliquot abhinc annis, a Domino *Luftins* Colcestrensi, Antiquitatum harum studioso, humaniter mihi communicatas. Hæ igitur ad Colcestriam, Romanam olim coloniam, repertæ, & (quod mirandum subit) in usus etiam Iatraliptæ cujusdam, sive Unguentarii, fabrefactæ, dici vix potest, quantum & in re ipsa, & verborum formula, huic nostræ nummulariæ Publicationi ad amussim per omnia respondeant. Sunt enim hujusmodi;

QIULMURRANIMELI
NUMADCLARITATEM
QIULMURRANISTAGIU
MOPOBALSAMATADCAP

Idest : Quinti Julii Murranii Melinum, sive ex malis cotoneis oleum, ad claritatem oculorum faciens. Iterumque Quinti Julii Murranii stagium opobalsamatum, sive myrrhæ oleum opobalsamo permixtum, ad cap. idest caput medicandum utile.

2 Sed his tandem adductis, redeat iterum sub oculis inscriptionis illa pars posterior ΠΡΟC ΠΛΛΤΡΝ. Hanc ΠΡΟC ΠΑΛΙΡΙΝ legebat, & de fluvio aliquo, aut monte, sic lectum intelligebat nuperus ejus editor *Bellorius*. Nummum quoque vidimus, ad Lectionis Bellorianæ formam recente scalpro adulteratum. Sed si in isto ΠΛΛΤΡΝ nomen aliquod proprium delitescat, (seu ΠΑΛΤΡΙΝ id fuerit, sive ΠΑΛΤΡΑΝ) oportebit esse aut Balnei in quo venderentur hi Favi Bithymi, aut Balneatoris qui illos venderet. Cum vero alterutrum horum sensuum nec res, nec ratio concinnè pati videatur ; deveniendum est tandem ad conjecturam : quærendumque de Vocula πρὸς, post Pharmacum sic positâ expressa, annon satis apertè oleat notam medicorum Phrasin, quâ hoc aut illud Pharmacum ad hunc illumve morbum, curationem, aut partem corporis, bonum atque utile, compendio quodam, commendatur. Sic (ut cognata solummodo exempla adducamus) κηρίον hocce *Aristotelis* πρὸς ὀφθαλμοὺς καὶ ἕλκη : Κηρώματα Hippocratis πρὸς ἀλγήματα πλευρῶν : melinum illud *Murranii* ad claritatem oculorum ; stagium ejusdem opobalsamatum ad caput ; & passim illa *Plinii* Pharmaca, ad claritatem, ad argema, ad albugines, ad luxata membra, ad nervos, ad sanguinem, ad tussim, ad lateris dolores. His positis, in abstruso isto ΠΛΛVΡΝ clarè mihi videor deprehendere ΠΛΕVΡΑΝ. Cumque duo Thymi Genera (ut a *Plinio* jam didicimus) ad lateralem dolorem faciant ; neque id solum, sed & ΚΗΡΙΑ quoque ab *Hippocrate* ad eundem sæpius commendentur ; lego tandem κηρία διϑύμα πρὸς πλευράν, hoc est (phrasi *Murraniana*) *Favi Bithymi ad Latus* : Sive Favi *bina thyma* redolentes, ad lateris dolorem utiles. Artifex enim Scalpturam (ut par est credere) magis quam literaturam callens, suum illud Λ, loco Α & Δ erronee prius usurpatum, hic quoque loco Ε errante effinxit manu. Et tum demum spatio destitutus, Α & Ν literas in unum (ut fit plerumque) combinatas, Eruditorum Crucem, & Antiquariis offendiculum reliquit.

Eodem res recidit, si Rei forte Numismaticæ peritis ΠΛΕΤΡΟΝ potius quam ΠΛΕΤΡΑΝ legendum videatur : eo solummodo casu, non jam Α & Ν, sed Ρ & Ο literas fas fuerit combinari.

Finieram ; nisi quod aliquid mihi Theologicum ex hâc Ethnicâ farragine colligendum restet. Est vero loci *Tertullianei* ad *Scapulam*, capite quarto, vindicatio. Proculum quendam Christianum ibi memorat Tertullianus, *Euodiæ Procuratorem*, *qui Severum*, Antonini Patrem *per Oleum aliquando curaverit*. Hic vero, extrusâ voce *Euodiæ*, Euodî legunt Emendatores : & ad Euodium nos nescio quem remittunt, cujus negotia Proculum hunc nostrum procurasse suspicantur. At re ipsa *Euodiæ Procurator* erat εὐωδίας, hoc est odorum, unguentorum, oleorum, sub Gymnasiarcho aliquo in Balneis Præfectus. Cumque tales (uti vidimus) constanter Iatraliptas agerent ; Proculus noster, eo nomine evocatus, oleo peritè administrato, Imperatori saluti fuit.

Vale, Vir accuratissime, & dum solerti, quo polles ingenio, evanescentia indies monumenta ab interitu revocare pergis ; monumentum tibi para inscribendum REPERTIS BRITANNIÆ THESAURIS. Dabam è Villa Walthamstoënsi prope Londinum, Calendis Februariis, A. D. 1719. 20.

IN SUBSEQUENTEM URBIS ROMAE DESCRIPTIONEM *MONITUM.*

Notissimum est ex Suetonio in Vita Augusti Cap. 30. ex Plinio, Tacito, & aliis, Urbem Romam ab Augusto divisam fuisse in *Regiones XIV.* quas posterior aetas corrupto nomine appellare coepit *Rioni*. Idem testatur Inscriptio, quae Romae sub porticu Palatii Conservatorum adhuc visitur hisce verbis concepta:

IMP. CAESARI. DIVI
TRAIANI. PARTHICI. FIL
DIVI. NERVAE. NEPOTI
TRAIANO. HADRIANO
AVG. PONTIFICI. MAXIMO
TRIBVNIC. POTEST. XX
IMP. II. COS. III. P. P
MAGISTRI. VICORVM. VRBIS
REGIONVM. XIIII.

Ejusmodi *Regionum* brevem *Descriptionem* sub Valentiniano & Valente Imperatoribus elaboratam habemus, Auctoribus, ut creditur, *Sexto Rufo*, & *Publio Victore*. Istorum foetum luculentius auxerunt atque illustrarunt Onufrius Panvinius, Famianus Nardinus, & alii. Prostant vero Opuscula Rufo & Victori tributa non semel edita; eadem etiam postremis hisce temporibus Graevius intulit in Tomum III. Antiquitatum Romanarum. At nullum ex iis ad nos pervenit integrum, atque a mendis defaecatum. Ad haec Guido Pancirolius egregio Commentario ad Notitiam Dignitatum utriusque Imperii Parte II. praemisit alteram *Descriptionem Urbis Romae*, cujus Auctor, sive Victor, sive alius quisquam, floruisse videtur sub Honorio, aut Valentiniano III. Augustis. Ibi eadem habemus, quae in Rufi, & Victoris Descriptione leguntur, modo plura, modo pauciora, atque interdum diversa. Postremum hoc Opusculum, veluti rem novam, Anno 1651. recudit Philippus Labbe Soc. Jesu Presbyter. Gemina vero ejusdem exempla, eaque vetustissima, inter Codices MStos omnium ditissimae Bibliothecae Vaticanae reperit ac descripsit *P. Joseph Blanchinius* Veronensis, Oratorii Romani Presbyter, celeberrimi Viri Francisci Blanchinii ex fratre Nepos, qui grandem sibi famam ex sacra Eruditione editis Libris jam comparavit. Et quando is pro suo erga me amore idem Opusculum mihi tradidit, hoc ipsum publici juris factum heic volui, alicui fortassis usui futurum Romanae eruditionis amatoribus, adjectâ etiam Descriptione a Pancirolio & Labbeo editâ, ut uno sub aspectu Lector habeat, quae Variantes Lectiones in utroque exemplo occurrant. Quamvis enim potiorem locum sibi poscat Labbeana praestantior editio, & mendis minime careat Vaticanum exemplum: fieri tamen potest, ut ex illius etiam Codicis scriptura aliquid lucis hauriat, qui magnifica aeternae Urbis ornamenta scrutatur. Neque reticere possum, mihi quoque in hoc ipso Opere probatam fuisse eorum opinionem, qui *Insulas* in Urbe positas arbitrantur Domos a reliquis spatio aliquo disjunctas. At quum ante oculos meos versantur *Insulae per totam Urbem XLVI. Millia & DCII.* & rursus *Domus MDCCXC.* uti in ejusmodi Descriptione legitur: dubitare admodum cogor, an eorum praeferenda opinio sit, quibus videntur *Insulae* fuisse, quas nos Aedes privatas Populi, plerasque conductitias, appellamus, parietibus tantum a vicinis divisas; sub *Domorum* vero nomine venisse, quae nunc Palatia nuncupamus. Cur enim vetusti illi Descriptores omisissent Aedes Populi conjunctas, praecipuam videlicet ingentis illius Urbis partem, enumeratis tantum Aedibus spatio aliquo inter se divisis? Certe *Quadraginta sex Millia Insularum, & sexcentae duae*, additis Templis, Palatiis, Theatris, Amphitheatris, Thermis, Circis, Horreis, Ludis &c. nimis vastam atque immanem Urbem constituebant. Plura non addo.

Ex editione P. Philippi Labbe Soc. Jesu Anno 1651.	*Ex Codice Vaticano unciali millenariæ antiquitatis num. 3321. & collato cum altero num. 1984.*
Descriptio Urbis Romæ, quæ aliquando desolata, nunc gloriosior piissimo Imperio restaurata. Incerto Auctore, qui vixit sub Honorio, aut Valentiniano III.	Incipit Curiosum Urbis Romæ Regionum XIIII. cum Brebiariis (Breviariis) suis.
REGIO I.	REGIO I.
PORTA CAPENA. CONTINET AEDEM HONORIS, ET VIRTVTIS.	PORTA CAPENA. CONTINET AEDEM HONORIS, ET VIRTVTIS.
CAMENAS, ET LACVM PROMETHEI.	CAMENAS.
	LACVM PROMETHEI.
BALNEVM TORQVATI, ET VESPASIANI.	BALNEVM TORQVATI.
THERMAS SEVERIANAS, ET COMMODIANAS.	THERMAS SEVERIANAS, ET COMMODIANAS.
AREAM APOLLINIS, ET SPEI, ET GALLI.	AREAM APOLLINIS, ET SPLENIS.
VICVM VITRIARIVM.	VICVM VITRIARIVM.
AREAM PANARIAM.	AREAM PANNARIAM.
MVTATORIVM CAESARIS.	MVTATORIVM CAESARIS.
BALNEVM BOLANI, ET MAMERTINI.	BALNEVM ABASCANTI, ET MAMERTINI.
AREAM CARSVRAE.	AREAM CARRVCAE.
BALNEVM ABASCANTI, ET ANTIOCHIANI.	
AEDEM MARTIS, ET MINERVAE, ET TEMPESTATIS.	AEDEM MARTIS.
FLVMEN ALMONIS.	FLVMEN ALMONIS.
ARCVM DIVI VERI PARTHICI, ET D. TRAIANI, ET DRVSI.	ARCVM DIVI VERI, ET TRAIANI, ET DRVSI.
VICI DECEM.	VICI X.
AEDICVLAE DECEM.	AED. (AEDES) X.
VICOMAGISTRI QVADRAGINTA OCTO.	VICOMAG XLVIII.
CVRATORES DVO.	CVRIAE II.
INSVLAE TRIA MILLIA DVCENTAE QVINQVAGINTA.	INSVLAE ĪĪĪCCL.
	DOMVS CXX.
HORREA TREDECIM.	HORREA XVI.
BALNEA OCTOGINTA SEX.	BALNEA LXXXVI.
LACVS OCTOGINTA QVATVOR.	LACOS LXXXI.
PISTRINA VIGINTI.	PISTRINA XX.
CONTINET PEDES DVODECIM MILLIA DVCENTOS, ET NOVEMDECIM.	CONTINET PEDES XĪĪ. CC. XI.
REGIO II.	REGIO II.
CAELIMONTIVM. CONTINET TEMPLVM CLAVDII.	CAELIMONTIVM. CONTINET CLAVDIVM.
MACELLVM MAGNVM.	MACELLVM MAGNVM.
LVPARIOS.	LVPARIOS (*Cod. alt.* LVPANARIOS)
ANTRVM CYCLOPIS.	ATRIVM CYCLOPIS.
COHORTES VIGILVM.	COHORTES V. VIGILVM.
CASTRA PEREGRINA.	CAPVT AFRICES.
CAPVT AFRICAE.	ARBOREM SANCTAM.
ARBOREM SANCTAM.	CASTRA PEREGRINA.
DOMVM PHILIPPI, ET VECTILIANAM.	DOMVM PHILIPPI, VICTILIANA.
LVDVM MATVTINVM, ET GALLICVM.	LVDVM MATVTINVM, ET DACICVM.
SPOLIARIVM.	SPOLIARIVM.
SAMARIVM.	SANIARIVM.
ARMAMENTARIVM.	
MICAM AVREAM.	MICAM AVREAM.
VICI SEPTEM.	VICI VII.
AEDICVLAE SEPTEM.	AEDES VII.
VICOMAGISTRI QVADRAGINTA OCTO.	VICOMAG. XLVIII.
CVRATORES DVO.	CVRAT. (*alt. Cod.* CVRATORIA) II.
INSVLAE TRIA MILLIA ET SEXCENTA.	INSVLAE ĪĪĪĪ. DC. (*alt. Cod.* ĪĪĪ. DC.)
DOMVS CENTVM VIGINTI QVATVOR.	DOMVS CXXVII.
HORREA QVATVORDECIM.	HORREA XXVII.
BALNEA OCTOGINTA DVO.	BALNEA LXXXV.
LACVS SEXAGINTA DVO.	LACOS LXV.
PISTRINA DVODECIM.	PISTRINA XV.
CONTINET PEDES DVODECIM MILLIA ET DVCENTOS.	CONTINET PEDES XĪĪ. CC.

REGIO III.

ISIS ET SERAPIS. CONTINET MONETAM.
AMPHITHEATRVM, QVOD CAPIT LOCA OCTOGINTA SEPTEM MILLIA.
LVDVM MATVTINVM, ET DACICVM.
DOMVM BRYTTI.
PRAESENTISSIMVM CHORAGIVM.
LACVM PASTORIS.
SCHOLAM QVAESTORVM, ET CAPVLATORVM.
THERMAS TRAIANAS, ET TITIANAS.
PORTICVM LIVII.
CASTRA MISENATIVM.
VICI DVODECIM.
AEDICVLAE DVODECIM.
MAGISTRI QVADRAGINTANOVEM.
CVRATORES DVO.
INSVLAE DVO MILLIA SEPTINGENTAE QVINQVAGINTA SEPTEM.
DOMVS SEXAGINTA.
HORREA QVATVORDECIM.
BALNEA OCTOGINTA.
LACVS SEXAGINTA QVINQVE.
PISTRINA SEXDECIM.
CONTINET PEDES DVODECIM MILLIA TRECENTOS QVADRAGINTA.

REGIO IV.

TEMPLVM PACIS. CONTINET PORTICVM ABSIDATAM.
AREAM VVLCANI.
AVREVM BVCINVM.
APOLLINEM SANDALIARIVM.
TELLVRIS TEMPLVM.
HORREA CHARTARIA.
TIGILLVM SORORIVM.
COLOSSVM ALTVM PEDES CENTVM.
HABET IN CAPITE RADIA NVMERO SEPTEM, SINGVLA PEDVM VIGINTI DVORVM SEMIS.
METAM SVDANTEM.
TEMPLVM ROMAE ET VENERIS.
AEDEM IOVIS STATORIS.
VIAM SACRAM.
BASILICAM CONSTANTINIANAM.
TEMPLVM FAVSTINAE.
BASILICAM PAVLI.
FORVM TRANSITORIVM.
SVBVRRAM.
BALNEVM DAPHNIDIS.
VICI OCTO.
VICOMAGISTRI QVADRAGINTA OCTO.
CVRATORES DVO.
INSVLAE DVO MILLIA SEPTINGENTAE QVINQVAGINTA SEPTEM.
DOMVS OCTOGINTA OCTO.
HORREA DECEM ET OCTO.
BALNEA SEPTVAGINTA QVINQVE.
LACVS SEPTVAGINTA OCTO.
PISTRINA DVODECIM.
CONTINET PEDES TREDECIM MILLIA.

REGIO V.

ESQVILIAE. CONTINET LACVM ORPHEI.
MACELLVM LIVIANI.
NYMPHAEVM D. ALEXANDRI.
COHORTES DVAS VIGILVM.
HERCVLEM SYLLANVM.

REGIO III.

ISIS ET SERAPIS. CONTINET MONETAM.
AMPHITHEATRVM, QVI CAPIT LOCA LXXXVII.
LVDVM MAGNVM.
DOMVM BRITTI.
PRAESENTIS SVMMVM CHORAGVM.
LACVM PASTORVM.
SCHOLAM QVAESTORVM ET CAPLATORVM.
THERMAS TITIANAS, ET TRAIANAS.
PORTICVM LIBIES (*seu* LIVIAE)
CASTRA MISENANTIVM.
VICI XII.
AED. XII.
VICOMAG. XLVIII
CVRAT. II.
INSVLAE IIDCCLVII.
DOMOS LX.
HORREA XVIII.
BALNEA LXXX.
LACOS LXV.
PISTRINA XVI.
CONTINET PEDES XIICCCL.

REGIO IV.

TEMPLVM PACIS. CONTINET PORTICVM ABSIDATAM.
AVRA BVCINVM.
APOLLINEM SANDALIARVM.
TEMPLVM TELLVRIS.
VIGILVM SORORVM.
COLOSSVM ALTVM PEDES CII. -S-.
HABET IN CAPITA VII. SINGVLA PEDVM XXII. -S-.
METAM SVDANTEM.
TEMPLVM ROMI (*alt. Cod.* ROMAE)
AEDEM IOBIS.
VIAM SACRAM.
BASILICAM NOVAM, ET PAVLI.
TEMPLVM FAVSTINAE.
FORVM TRANSITORIVM.
SVBVRAM.
BALNEVM DAFINIDIS.
VICI VIII.
AEDES OCTO.
VICOMAG. XLVIII.
CVRAT. (*alt. Cod.* CVRATORIA) II.
INSVLAE IIDCLVII.
DOMVS LXXXVIII.
HORREA XVIII.
BALNEA LXV.
LACOS LXXI.
PISTRINA XV.
CONTINET PEDES XIII.

REGIO V.

EXQVILIAE. CONTINET LACVM ORFEI.
MACELLVM LIVIANI.
NYMPHEVM ALEXANDRI.
COHORTES II. VIGILVM.
HORTOS PALLANTIANOS.

HER-

HORTOS PALLANTIANOS.	HERCVLEM SYLLANVM.
AMPHITHEATRVM CASTRENSE.	AMPHITHEATRVM CASTRENSE.
CAMPVM VIMINALEM SVB AGGERE.	CAMPVM VIMINALEM SVB AGGERE.
MINERVAM MEDICAM.	MINERBAM MEDICAM.
ISIDEM PATRICIAM.	ISIDEM PATRICIAM.
VICI QVINDECIM.	VICI XV.
VICOMAGISTRI QVADRAGINTA OCTO.	VICOMAG. XLVIII.
CVRATORES DVO.	CVRAT. II.
INSVLAE TRIA MILLIA OCTINGENTAE QVINQVAGINTA.	INSVLAE $\overline{III}$DCCCL.
DOMVS CENTVM OCTOGINTA.	DOMVS CLXXX.
HORREA VIGINTI TRIA.	HORREA XXIII.
BALNEA SEPTVAGINTA QVINQVE.	BALNEA LXXV.
LACVS SEPTVAGINTA QVATVOR.	LACOS LXXIV.
PISTRINA QVINDECIM.	PISTRINA XV.
CONTINET PEDES QVINDECIM MILLIA ET SEXCENTOS.	CONTINET PEDES $\overline{XV}$DC.

REGIO VI.	REGIO VI.
ALTA SEMITA. CONTINET TEMPLVM SALVTIS ET SERAPIS.	ALTA SEMITA. CONTINET TEMPLVM SALVTIS ET SERAPIS.
TEMPLVM FLORAE.	FLORAM.
CAPITOLIVM ANTIQVVM.	CAPITOLIVM ANTIQVVM.
STATVAM MAMVRII PLVMBEAM.	THERMAS CONSTANTINIANAS.
AEDEM QVIRINI.	STATVAM MAMYRI.
MALVM PVNICVM.	TEMPLVM DEI QVIRINI.
HORTOS SALVSTIANOS.	HORTOS SALLVSTIANOS.
GENTEM FLAVIAM.	GENTEM FLABIAM.
THERMAS DIOCLETIANAS ET CONSTANTIANAS.	THERMAS DIOCLETIANAS.
	COHORTES III. VIGILVM.
DECEM TABERNAS.	X. TABERNAS.
GALLINAS ALBAS.	GALLINAS ALBAS.
AREAM CANDIDI.	VICI XVII.
COHORTES TRES VIGILVM.	AEDES XVII.
VICI DECEM ET SEPTEM.	VICOMAG. XLVIII.
AEDICVLAE DECEM ET SEPTEM.	
VICOMAGISTRI DECEM ET OCTO.	
CVRATORES DVO.	
INSVLAE TRIA MILLIA QVADRINGENTAE TRES.	
DOMVS CENTVM QVADRAGINTA SEX.	
HORREA SEPTEMDECIM.	
BALNEA SEPTVAGINTA QVINQVE.	BALNEA LXXV.
LACVS SEPTVAGINTA TRES.	LACOS LXXIII.
PISTRINA SEXDECIM.	PISTRINA XVI.
CONTINET PEDES QVINDECIM MILLIA ET SEPTINGENTOS.	CONTINET PEDES $\overline{XV}$DCC.

